Act. 10. Mat. 15. 3. Re. 3. Luc. 18. Syro phœniſſam ex aſſiduitate Salomonem, ex modo petitionis. Propterea enim, inquit, quòd non petijſti pecunias, neque animas inimicorum tuorum. Publicanum ex humilitate, & alios ex alia ratione. Quemadmodum ergo efficitur ex his, vt audiamur, ita etiam alia ratione fit, vt non exaudiantur, licet iuſti ſint qui petant.

C Quid enim fuit Paulo iuſtius? Sed quoniam petiuit, quæ erant inutilia, non fuit exauditus pro eo, inquit, ter dominum rogaui, & dixit mihi, ſufficit tibi gratia mea. 2. Co. 12. Deut. 3. Quid vero Moſe? Sed nec ille exauditus eſt, Deo dicente. Satis tibi ſit. Quia enim petebat ingredi in terram promiſſionis, hoc autem erat inutile, non permiſit Deus. Cum his etiam eſt aliud quod facit non exaudiri, quando in peccatis perſeuerantes oramus. Quod etiam de Iudæis dixit Deus Hieremiæ. Ne deprecare pro hoc populo. An non vides quid hi faciunt? Ab impietate non defecerunt, & tu offers pro eis preces? Sed te non exaudiam. Rurſus quando contra inimicos petimus, non ſolum non exaudiamur, ſed etiam irritamus, eſt enim oratio medicamentum, ſed ſi neſciamus quomodo ſit adhibendum medicamentum, vtilitatem ex eo non capiemus. Videamus ergo quid hic etiam orans dicit. Domine Deus meus, ſi feci iſtud. Quid eſt, ſi hoc feci. Quod patior, inquit, Si inſurrexi aduerſus patrem, ſi ſic me inique geſſi. Sed ne hic quidem, eum qui fecit iniuriam, dicere nominatim in animum inducit, ſed pro filio erubeſcit, & pudore afficitur. Quemadmodum ſiquis vir generoſus videns vxorem ſuam adulterari, ne nominatim quidem eius delictum in medium proferre ſuſtineat, ita hic etiam. Non dixit, ſi inſurrexi aduerſus eum qui genuit, ſi fui parricida, ſed, ſi feci hoc. Et quid hoc dico, inquit? cuiuſmodi enim eſt virtus, non fuiſſe parricidam, quod nec in feris quidem cernitur? Si eſt iniquitas in manibus meis. Non dico de hac iniquitate, ſed nec alia, inquit, inuenietur eſſe in meis manibus iniquitas. Hæc autem dicit, non glorians, nec ſe magnifice extollés, ſed, quę recte facta erant, coactus dicere. Sed nec hoc quidem magnum eſt, ſi conferatur cum eo quod eſt dicendum. Quid hoc autem eſt? [Si reddidi retribuentibus mihi mala,] inquit. Attende diligenter. Non eſt enim vulgare quod dicitur. Bonum quidem eſt iniuriam non facere, ſed multo præſtantius, et ſapientis eſt animi, non vlciſci eum qui facit iniuriam. Atqui hoc quidem lex concedebat, iubens oculum pro oculo, & dentem pro dente exſcindere: nec ſic lex tranſiliebatur, ſed hic tanto erat ſtudio ſapientiæ præditus, vt non ſolum legem non tranſgrederetur, ſed etiam ex nimia quadam abundantia eam longè ſuperaret, foſſas, vt eſt in prouerbio, tranſiliens. Non enim exiſtimabat ſufficere ad virtutem, niſi etiam iuſſa longo interuallo ſuperaret. Quemadmodum ergo fecit etiam Paulus, qui ex Euangelio iubebatur viuere, & non viuebat, ſed ſine ſumptu prædicabat Euangelium: ita etiam beatus Dauid, cum lex ei permitteret vlciſci inimicos, non ſe continuit intra hunc modum, ſed eum longe etiam ſuperauit. A nobis autem hoc non ſolum exigitur, vt non retribuamus, ſed etiam vt benefaciamus. Orate enim, inquit, pro ijs qui vos offendunt, benefacite ijs qui vos oderunt. In Dauid autem non paruum eſt non vlciſci, ſed etiam multo eſt maius quàm ſit legis præceptum. Et ideo dicit, Si hoc feci, ſi eſt iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi mala. In filio enim vel ipſa natura prohibebat, ſed ſi alios, inquit, iniuria affeci, vel etiam vltus ſum. Quamnam ergo nos veniam conſequemur, & quam afferemus excuſationem, qui poſt Chriſti aduentum non peruenimus ad menſuram eorum qui viuebant ſub veteri teſtamento? Idque cum à nobis longe maiora exigantur. Niſi enim abundauerit, inquit, iuſtitia veſtra pluſquàm Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Quemadmodum enim non eſt æqualis is qui ſe in lege recte gerit ei qui in ijſdem ſe recte geſſit ante legem, ita nec qui in gratia ei qui ſub lege, ſed etiam ex tempore magna fit differentia. Hoc oſtendens Paulus, & in vitio, & in virtute, vide quomodo illos quoque magis admiratur, & hos maiori ſupplicio dignos eſſe pronunciat, ita dicens. Quando enim gentes, quæ legem non habent, natura quæ ſunt legis faciunt, ij legem.

Deu. 19

E

1. Cor. 9.

Matt. 5.

F

Matt. 5.

Ro. 2.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

gem non habentes sunt sibiipsis lex. Vides quomodo eos, qui sine lege, si recte gerunt, laudat, & prædicat. Vide rursus quomodo eos etiam, qui peccant in gratia, ostendit esse dignos maiori supplicio iis, qui
Heb. 10. peccant in lege, sic dicens. Qui irritam fecit legem Mosis, sine misericordia sub duobus, vel tribus testibus moritur, quanto (putatis) deteriori supplicio dignus habebitur, qui filium Dei conculcauit, & sanguinem testamenti communem existimauit? Et rursus eos, qui ante legem, ijs qui in lege transgressi sunt, minori supplicio dignos esse ostendens. Quicunque, inquit,
Ro. 2. sine lege peccarunt, sine lege, & peribunt,
G hoc est, mitius, vt qui legem non habeant accusatricem, sed naturam tantum. Quicunque autem in lege peccarunt, per legem iudicabuntur, hoc est, habentes grauiorem etiam cum natura legem accusatricem. [Decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meã, & comprehendat, & conculcet in terram vitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat.] Vidisti iusti fiduciam, & optimam conscientiam. Nisi enim valde sibi confidisset, non esset talia imprecatus.
Quod autem dicit, est eiusmodi. Si feci iniuriam, si me vltus sum, hæc & illa patiar, & in seipsum fert sententiam, & non postulat, vt pro modo rei iudicetur, sed multo magis, vt supra meritum luat pœnas, & seipsum reddit illi supplicio obnoxium, a quo ipsum lex prohibet. Vide autem quodnam sit illud. Decidam, inquit, ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat. Hoc est, Me inglorium, & bonæ famæ, & existimationis expertem perdat, & simul cum vita mea meam quoque gloriam destruat.
Quid est, Et gloriam meam in puluerem deducat? Humiliet, conculcet, efficiar, in-
H quit, meis inimicis expositus. Quid possit esse Absalon sceleratius, qui Patrem, & talem patrem, adeo mansuetum, & mitem persequebatur, cum esset impudicus, petulans, & contumeliosus? Quid ergo? Num reddidit retribuentibus ei in mala? Num reuocauit in memoriam quas acceperat iniurias? Nequaquam, & si examinaueris Saulis historiam, tunc maxime videbis illam vocem esse claram, & illustrem. Cum enim eum, qui post innumerabilia beneficia, & trophæa, & victorias, ei iniuriam faciebat, & insidias tendebat, & quotidie cupiebat de medio tollere, & semel, & bis, & ter, & sæpe dormientem, & tanquam in carcere inclusum, & satellitibus destitutum in manus accepisset, multique eum iuberent occidere, & de medio tollere, ei pepercit, & iram vicit. Idque cum sciret, quòd eum dimittens hostem esset, & irriconciliabilem inimicum dimissurus. Sed tamen neque memoria præteritorum, nec metus futurorum, neque vllum aliud eiusmodi, eum ad illam cædem faciendam impulit: sed sapientia vsus est, & manum continuit, & iram refrænauit, & maluit periculum adire, & insidijs appeti, & a patria, & libertate excidere, quàm inimicum, qui nulla de causa ei insidiabatur, qui post innumerabilia beneficia ei mortem moliebatur, occidere, & de medio tollere. Ex multis quoque alijs potest cognosci bonus eius, & innocens animus, & ideo multa sibi imprecatur, eaque grauia ac difficilia, vt re infecta rediret, vt inimici eius sint pro arbitrio compotes, vt moriatur inglorius, vt hoc patiatur ab inimicis, quod videtur esse morte multo grauius, & ideo nihil homo non molitur, vt post mortem possit eius esse memoria. Vide igitur quod sibi imprecatur, vt frustra laboret, vt ab inimicis vincatur, vt moriatur, vt ne morte quidem communi, vt eius etiam memoria deleatur, vt cum ignominia, non tot, & tanta sibi imprecaturus, nisi conscientiæ vehementer confideret. Quòd si illi erat inimicus, non potest in eum culpa conferri, neque enim ipse præbuit occasionem. Quam enim dedit filio occasionem? Quam Saul? Num illum, cum quæ mortem mereretur fecisset, ad tempus castigatum reduxit, & restituit? Hunc autem mortem ei machinantem, in manus sæpe acceptum seruauit. Non ergo respice an inimicos habuerit, sed an eos ipse fecerit. Neque enim Christus hoc iussit, nos non habere inimicos, sed non odisse, hoc enim est in nostra potestate, illud vero omnino non est. Ne autem sine causa odio habeamur, non est in nostra potestate, sed in eorum, qui oderunt. Improbi enim bonos nulla omnino de causa odisse consueuere. Etenim Christum

Merito non est in græco Chrysostomi, sed ἄρα, quæ est expletiua parti cula.

1. Reg. 16. & seq. 1 Reg. 24. 26.

I

K

quoque

Psal.34. quoque sine causa odio habuerunt, quemadmodum dicit. Oderunt me gratis. Et Apostoli habuerunt inimicos pseudo apostolos,& prophetæ falsos prophetas. Non est enim hoc spectandum,vt non habeamus inimicos,sed ne iuste,& ne cum causa,& vt licet millies odio habeamur,non habeamus odio, neque auersemur. Sunt hæc enim inimica,odio habere,& auersari. Quando ergo odio habeor,& odio nõ habeo,illa me inimicum,non ego eum habeo. Quando ei bene precor,quãdo ei volo benefacere, quo

Ro. 12. modo ego illi sum inimicus? Propterea dicebat Paulus. Si possibile est, quod est in vobis,cum omnibus hominibus pacem habentes. Nostra ergo afferamus,& huic ipsi sufficientem laudem. Quænam sunt autem nostra? Vt verbi gratia, Hic odio habet,& bellum gerit, tu ama, & eum beneficio affice. Probris,& maledictis appetit, tu benedic,& lauda. Sed ne sic quidem soluit inimicitias, maiorem igitur tibi affert mercedem. Mali enim,quo magis a nobis obseruati bellum nolunt componere, eo nobis splendidiorem remunerationem comparant,& se reddunt imbecilliores. Qui enim odio habet,& non reconciliatur, colliquatur, tabescit, & in perpetuo bello versatur. Qui est autem his telis superior, stat remotus a magnis tempestatibus, & sibijpsi ante illum maxime prodest,studet illi reconciliari,& non cum eo bellum gerere, seipsum a bello, & pugna liberans. Fugiamus ergo inter nosipsos bellum gerere,& eorum radicem de medio tollamus,vanam gloriam,& auaritiam. Vel enim propter pecunias est inimicus quispiam: vel propter vanam gloriam. Quòd si ijs fuerimus superiores etiam ne nos apprehendant inimicitiæ, euademus superiores. Et si ergo contumelia affecerit,magno,& forti animo seramus,se-

M ipsum enim non te affecit iniuria, & si percusserit,ne dextram contra tendas. Ipse est enim,qui feritur,te quidem manu, seipsum vero ira pulsans,& sibi malam ab omnibus existimationem comparans. Quòd si hęc tibi videntur esse difficilia, considera. Siquis furens vestem tuam perfregerit,quem nam dixeris male pati, tene qui passus es, an illum,qui male fecit? Clarum est, quòd illum. Deinde vbi vestis quidem confringitur,qui fecit,passo grauiora passus est,vbi autem corrumpitur (hoc enim facit ira) num illũ grauiora esse passum putabis eo, qui nihil omnino passus est? Neque enim hoc dixeris, quòd vestem tuam disrupit, sed quòd prius cor tuum. Quemadmo ἔκτροπος dum enim non fuerit morbus regius,nisi bilis disrupta sit,& proprios limites transilierit:ita vehemens ira tibi non fuerit, si non fuerit cor disruptum. Quemadmodum ergo si videris aliquem regio morbo teneri, & si mala fecerit innumerabilia, morbum ad te nolis attrahere: ita etiam in ira. Ne imitare vitium, sed illius potius miserere, qui quam in se habet non frænat beluam, sibique prius damnum afferet, & exitium. Quod enim, qui tales sunt sibijpsis damnũ afferunt,licet audire multos, qui huiusmodi pugnas,& lites componunt, dicentes, & eos admonentes. Parce tibijpsi, facis tibi A iniuriam. Tale est vitium,eum qui ipsum parit solum damno afficit,omnia susque deque mouens,& agitans. Ne ergo volentes alios vlcisci,ipsi a portu excidamus. Neque enim si quispiam nauem fracturus, & submergendus,te in terra sedentem contumelijs afficeret,ex eo dolorem caperes,nec è terra excedens,cum eo esse velles naufragij particeps. Hoc ergo apud te reputa, quòd qui te contumelia afficit, & probris insectatur, tanquam turbine, & procella aliqua agitatus submergitur, in iræ naufragium incidens. Tu autem, qui fers fortiter, & in portu, & in littore agis suauiter, Sed si ad eandem deferaris contentionem, non illum,sed teipsum demersisti. [Exurge domine in ira tua, exaltare in finibus inimicorum tuorum.] Hoc ita dixit, ostendens quòd potest etiam surgere, non in ira, vt quando dicit. Surge domine, serua me Deus meus. Cum autem audis, Exurge, nihil corporale suspiceris. Quemadmodum enim sedere, non dictum est in Deo corporaliter,ita nec hoc. Tu enim, inquit, Psal.44. sedens in sæculum. Quid est ergo, quod significat per sessionem? Firmitatem, immobilitatem, & naturæ stabilitatem, constantiam. Quod quidem significauit etiam B per id,quod ei ex aduerso opponitur. Cum enim dixisset, Tu sedens in sęculum, subiũxit, Vos autem pereuntes in sęculum. Quẽ Psal.91. admodum ergo sedere non est corporale: ita nec etiam surgere, sed illic quidem stabilitas:hic autem puniendi vis, & cõsumendi potestas. Sedere autem significat etiã non-

nunquam iudicandi facultatem, vt quando
Psal.9. dicit. Sedisti super thronum, qui iudicas
Dan. 3. iustitiam. Et Daniel. Throni positi sunt:
& sedit iudicium. Est etiam regale sedere,
vt quando dicit. Thronus tuus Deus in
Psal.44. sæculum sæculi. Virga rectitudinis, virga
109. regni tui. Vnde illud, Sede a dextris meis,
significat æqualitatem honoris. Quid est
autem, In ira tua? Id quoque ita rursus ac-
cipiendum est, vt Deo conueniat, eumque
deceat. Ira enim Dei, non est animi per-
Sap. 12. turbatio, sed punitio. [Exaltare in finibus
Deu. 32 inimicorum tuorum.] Alius dicit, In ira
Heb. 10 aduersus inimicos tuos. Alius, In bile eo-
rum qui me affligunt. Alius, In dilationi-
bus affligentium. Hebræus autem id quod
C est, In finib⁹, dicit בעבות עורתי Vide quo
modo rursus non se vindicatur, sed hæc dicit
pro Dei gloria. Non enim dixit solummo-
Eccl.18. do, Puni inimicos meos, vel tuos, sed, Exal-
tare. Et quomodo exaltatur altus, & qui
est semper altissimus? Eius enim naturę al-
titudo, nec crescit, nec minuitur, est enim
Mala.2. perfectus, & nullius rei indigens, & qui sem
& Psal. per similiter, & eodem modo se habet. Quo
109. modo ergo, & quanam ratione exaltatur?
Rom.2. Exaltatur in multorum mentibus. Quem-
admodum sæpe lenitate, & longanimitate
vsus est. Inimici autem existimabant hoc
non esse longanimitatis, sed humilitatis, &
imbecillitatis. Quocirca etiam humilia-
tur, non re quidem ipsa, sed illorum cogita-
ἀμυ tione. Quemadmodum enim sol videtur
δρὸς esse obscurus, & sublustris ijs, qui laborant
oculis: ita Deus videtur esse infirmus, &
imbecillus in eorum mentibus. Sed quem-
admodum sol ita existimatur, non est au-
tem sublustris, & opacus, sed est affectio il-
lorum imbecillitatis: ita etiam Deus, etiam
si hoc existimetur, non est imbecillus: sed
id ex illorum insipientia accidit. Quid er-
go dicit iustus, Exaltare etiam apud inimi
cos meos? Persequere, & vires tuas osten-
D de, vt qui te humilem existimant, ex ijs,
quæ patiuntur, tuam videant gloriam.
Vidisti eius institutum, non id quod suum,
sed quod Dei est quærentis. Illud autem,
In finibus alij quidem dicunt, In capiti-
bus. Alij autem, nullus fugiat inimico-
rum. Magna est autem iusti virtus, quan-
do eosdem habet Dei inimicos, & eosdem
amicos, quemadmodum magnum vitium,
quando Dei amicos inimicos, & inimicos
amicos habeat. Quemadmodum ergo
Deus dicitur habere inimicos, non odio ha
bens, neque eos auersans, sed improbas eo-
rum actiones abhorrens, ita etiam iustus
habet inimicos, non eos vlciscens, sed im-
probitatem auersans. [Et exurge domine
Deus meus in præcepto quod mandasti.]
Alius dicit, In iudicio. Et Synagoga po-
pulorum circundabit te. Alius dicit, Cir-
cundet te. Et propter hanc in altum regre
dere. Alius dicit. Et supra ipsam in altum
conuertere. Hebræus autem illud, super
ipsam, dicit, עליה vealeah, Quid est, in
præcepto quod mandasti? Vt opem fera-
mus, inquit, iis qui iniuria afficiuntur, &
non negligamus eos quibus struuntur insi-
diæ: Quod tu ergo nobis lege constituisti,
hoc etiam factis nobis exprime. Alij autem
dicunt etiam aliud, quod iusserit non habere
odio inimicos. [Et Synagoga populorum
circundabit te.] Nihil humanum ne hic
quidem suspiceris. Etsi enim tales sunt di-
ctiones, sunt tamen sensa, quæ Deo conue-
niant. Quid est ergo, Circundabit te?
Pro eo quod est, canet tibi, laudabit te, bo-
nis & honorificis te verbis affatim prose-
quetur, quoniam enim hoc per choros fa
ciebant, in orbem circunstantes in tem-
plo, & in altari, & ita gratiarum actiones
offerebant: ex ipsa standi forma laudatio-
nem eorum significauit. Quod autem di-
cit, tale est. Persequere, fer auxilium.
Hoc te, & apud inimicos reddet excelsum,
& vt tuus populus multis te laudibus, &
hymnis afficiat, efficiet. Vide quomodo
non quod suum, sed quod est Dei quærit
vbique. Vult enim ipsum, & apud inimi-
cos, & apud suos gloria, & honore afficit.
[Et pro ipsa in altum conuerte.] Pro ip-
sa. Quanam? Synagoga, inquit. Hoc
est, propter ipsam in altum conuerte, exal
ta nos, extolle nos, fac vt sint res altæ, &
excelsæ, fac vt sit clarior, & illustris, re-
duce eam ad priorem prosperitatem. Vi-
de autem quomodo vbique precibus do-
ctrinam admisceat. Etenim cum prius di-
xisset, Miserere mei, & exaudi me, con-
uertit sermonem ad consilium, sic dicens.
Filij hominum quousque graui corde?
Et hic cum dixisset, in altum conuerte do-
mine, subiungit. [Dominus iudicabit po-
pulos.] Alius autem dicit, dominus iudi-
cabit 2.

F. ὑπὲρ ταύτης εἰς ὕψος ἐπιστρέψον in altum conuerte, vel super ipsam, ὑπὲρ ἐκείνης ambigimus. συναγωγὴ τῶν λαῶν congregatio. Iob. 4. 2. 34.

cabit, docens eos qui omnia casu, & temere fieri putant, rebus quandam præesse prouidentiam, quæ eorum, quæ fiunt, rationem exigit. Iudicium autem hic dicit, & futurum, & præsens. Illic enim ipsum erit, & vniuersum, & manifestum, hic autē ex parte etiam sumit pœnas, & locordiores excitans, & infideliores attrahens ad cogitandam vniuersi prouidentiam. [Iudica me Domine secundum iustitiam meam.] Alius dicit, secundum ius meum. [Et secundum innocentiam meam super me. Consumetur nequitia peccatorum.] Alius dicit, peragatur vexatio aduersus impios. [Et dirigit iustum.] Alius. Et stabilies iustum. Qui fit, vt qui alibi dicat, ne ingrediaris in iudicium cum seruo tuo, hic dicat, Iudica me secundum iustitiam meam? Quod hoc aliud, & illud aliud. Illic enim dicens, ne ingrediaris in iudicio cum seruo tuo, significat, ne tu mecum iudicio contenderis, ne meam vitam, eam cum tuis beneficijs conferendo, examinaueris. Et ideo subiunxit etiam. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, hoc est, si tecum in iudicio contendat. Hic autem non hoc dicit. Non vult enim in iudicio cum ipso contendere, sed secum. Et ideo dicit, secundum iustitiam meam. Hoc est, secundum iustitiam, quæ mea est. Iustitiam autem hic dicit, non aliquem affeciſſe iniuria, quod dixit superius, si hoc feci, & quæ sequuntur. Idem autem significat illud secundum innocentiam meam, secundum hoc, inquit, volo iudicari. Magna est autem etiam hic iusti fiducia. Hæc autem dicit coactus. Et quomodo? Quòd multi stulti, ex ijs, quæ patiebatur, malam de eo opinionem ceperant. Multi enim stulti ex ijs, quæ accidunt calamitatibus solent etiam vitam criminari. Quod etiam in Iob accidit. Quocirca ei etiam dicebant, cum nihil scirent ab eo male factum. Num digne pro peccatis tuis flagellatus es? Paulum quoque sceleratum aliquem, & maleficum existimabant Barbari, quoniam vipera eius manum apprehenderat, & ideo dicebant. Seruatum ex mari iudicium non sinit viuere. Porro autem Semei quoque Dauid vocabat homicidam, propter calamitatem, hanc nefariam de eo ferens sententiam. Ne ergo idipsum quoque vobis accidat, age de his paulisper disseramus. Multos enim audio dicentes. Si Deus amaret pauperes, non fineret esse pauperes. Rursus alios. Vbi sunt illius eleemosynæ? Vbi eius benefacta? Ne in his ergo peccatis, de his clare, & distincte dicamus. Si enim homo qui sapit, nec bonos odisse, nec malos amare potest: quomodo tu audes dicere, quòd eos qui sunt in paupertate odit Deus, & si sint virtute præditi? diuites autem, & si sint vitiosi, & scelerati, diligite maledicum, & blasphemum os aperiens? Ne ergo preces in talibus, disce quid Deus amat, & odit. Quem ergo amat Deus? Eum qui mandata eius seruat. Eum enim, amabo, inquit, & veniam ad eum, non eum qui est diues, non eum qui sanus est, sed qui paret meis præceptis. Quemnam autem odit, & auersatur? Eum qui præcepta non facit. Quando ergo videris aliquem, qui præcepta eius non seruat: etiamsi sanus sit, etiamsi opibus affluat, refer eum in numerū eorū qui odio habentur. Virum autem bonū, & virtute præditum, etiamsi ægrotum videris, & inopia oppressum inter eos, qui amantur, annumera. Non enim in his consistit amicitia, sed in illis. An non vides etiam in ijs rebus, quæ ad vitam præsentem pertinent, Regum amicos in bellis maxima adire pericula, & accipere vulnera, & peregre proficisci? Non audiuisti quod scriptum est, quem diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit? At multi, inquit, offenduntur hæc videntes. Non propter ipsos, sed propter suam stultitiam. Non datur enim hic nobis laborum remuneratio, sed sunt hic quidem fossæ transiliendæ: postea autem erunt præmia, & coronæ. In tempore ergo luctæ, & certaminis, ne queras quietem, & animi remissionem: nec confundas tempora. At multi sunt, inquit, imbecilliores, sed Deus his etiam prouidit, & permisit, vt multi etiam iusti hic quoque in prosperitate agerent, non propter illos, sed propter imbecilliores. Quare si te etiam offendunt qui sunt in afflictione: ædificent rursus qui in quiete vitam degunt, & si te supplantant scelesti qui rebus vtuntur secundis: te erigant, & recreent qui torquentur ac puniuntur. Non audiuisti Christum dicentem. In mūdum afflictionem habebitis? Quid ergo

Ioan. 16 quæris quietem, cum ille hæc dixerit? Non audiuisti eum dicentem, Mundus gaude-
Ibidem. bit, vos autem tristitia afficiemini? Proinde consentaneum esset offendi insipientiores, si ijs quæ dixit euenirent contraria, sin autem omnia eueniunt e xcõsequentia, cur ergo offenderit? Et cur, inquit, Deus ita de-
Eccl. 3. creuit? Ne inquire, nec sis nimium curio-
Rom. 9. sus. Neque enim dicit figmentum figulo, cur me sic fecisti? Propterea etiam propheta increpabat Iudæos, quòd cum innumerabilibus essent malis referti, Dei vias nimis curiosè scrutarentur, dicens. Sci-
Esa. 58. re vias meas desiderant tanquam populus, qui fecit iustitiam, & iudicium Dei sui non reliquit, perinde facientes ac si quis seruus qui offendisset, & innumerabilium esset reus criminum, mittens studium adhibere vt sedetur ira Domini, exigat ab eo rationem, cur sic fecerit. Ne hæc itaque inquiras, prætermittens flere, & lugere,
L & tua peccata abluere. Hæc dico non quòd non possim rationem dicere, sed volens te ab hac nimis curiosa inuestigatione ad salutis tuæ curam traducere. Cur ergo sic iussit? Humano generi parcens. Labores enim hic vbi breuis est vita attribuit, coronas autem in futurum reseruauit, vbi senij expers est euum, & nunquam finien-
2. Co. 4. dum. Et hic quidem labor celeriter soluitur, & præterfluit, illa autem manent æterna, & nunquam desitura. Alioqui autem exercet etiam animas ad amorem virtutis. Quando enim vel cum laboribus ipsam eligit, nunquam præmium accipiens, meditatur in eam exactissime affici: quando autem etiam cum voluptate fugit vitium, supplicium nunquam sustinens, ad ipsum odio habendum, & auersandum exercetur. Vnde fiet, vt ex hoc accipiat habitum, & odij aduersus improbitatem, & amoris in virtutem. Est etiam alia ratio. Quænam autem ea est? Quòd afflictio nos, vel maxime vngit confirmat, & fortiores reddit ad studium sapientiæ. Et eum hac etiam alia. Quænam autem ea est? Vult nos docere præsentia despicere,
M & non eis affixos, & alligatos. Propterea afflictionem concessit, & laborem: quæ autem bona sunt, & iucunda, vt facile soluerentur effecit. Consumatur nequitia peccatorum, & diriges iustum. Quid est consumatur? Iuser, inquit, supplicium, & cessare facies à vitio. Quemadmodum enim putrefactiones cedunt amaris medicamentis, vsturis, & sectionibus, ita etiam a supplicio arcetur improbitas. Cum hæc ergo Pro. 14
intelligant, non oportet eos flere qui puniuntur, & supplicio afficiuntur: sed eos, qui peccantes nullas omnino pœnas luunt. Primum enim malum est, peccare: Secundum autem, si peccantibus nulla adhibeatur medicina. Immo, vel hoc, primum iure dixerit quispiam, & longe grauius. Quemadmodum enim non graue est ægrotare: sed eum qui ægrotat non curari, nec eum qui putrefactione laborat simpliciter, & absolute deflemus: sed eum qui laborat quidem, sed iacet neglectim, nec habet medicum qui ei manus adhibeat, eum autem qui scinditur, & vritur, eum dixerimus iter ad sanitatem ingredi, non respicientes dolorem qui ex sectione, sed sanitatem, quæ ex ea oritur, ita etiam oportet nos in anima affici: lugere quidem & deflere non eos qui puniuntur: trahuntur A
enim ad sanitatem: sed eos, qui cum peccant, non dant pœnas. Et si pœnę, inquit, peccata prohibent, cur non, inquit, quotidie damus pœnas nostrorum peccatorum? Quoniam si hoc factum esset, peremptum fuisset humanum genus, & sublatus esset fructus pœnitentiæ. Considera in Paulo. Si ille enim dedisset persecutionis pœnas, & fuisset sublatus: quomodo habuisset tempus agendi pœnitentiam, & post pœnitentiam faciendi bona innumerabilia, & vniuersum, vt semel dicam, terrarum orbem deducendi ab errore ad veritatem? Non vides etiam medicos, quando quis multis est affectus vulneribus, non tantam adhibere medicinam quantam postulat natura vulnerum, sed quantam ferunt vires eius qui est sauciatus, ne dum vulneribus medentur, ægrotum de medio tollant? Ea de causa Deus nec omnes simul punit, nec omnes pro meritis, sed sensim, & aliquantum cedens, & sæpe vnum puniens, multos per illum castigauit. Hoc etiam sæpe fit in corpore. Vnius membri abscissio, pluribus alijs præbuit sanitatem. Vide autem caritate plenam iusti animam, quomodo vbique quærit quod est communiter vtile, & vt peccatum de medio tollatur, non vt sumat pœnas de inimicis, sed vt inimici cessent ab improbi- 1. Cor.
tate. B

tate. Hoc ergo semper spectemus, vt sistatur vitium, & lugeamus eos qui illo tenentur, etiamsi sericis vestibus sint induti, eosque beatos iudicemus qui sunt virtute præditi, etiamsi cum extrema inopia colluctentur, ab externis cogitationem vtriusque subeuntes. Tunc enim videbimus huius quidem diuitias, illius vero inopiam. Quid enim si splendida veste extrinsecus est indutus? Quid differt ab officinis, & lignis, quæ eam ferunt? Quid est iis locupletis qui eam vendendam accipiunt? Sed non iusti sunt eiusmodi diuitiæ, sed firmæ, & stabiles. Quòd si non sentiunt diuites se esse in paupertate, nihil mirum nec ij etiam malũ sentiunt qui laborant phrenesi, & propterea sunt maxime miserandi, non beati ducendi. Si enim sentirent, ad medicum accurrerent, nunc autem hoc est in vitio grauissimum, quòd cum in eo sint, ne se quidem in eo esse sentiant. Ne hoc respexeris quòd se esse diuitem lætatur dives, sed propter hoc ipsum, vel maxime eum dese, quòd ne sentiat quidem in quanto malo versetur. Non est enim humanum, sed a ratione maxime alienum, propterea exultare. Et diriges iustum. Quid hoc est? Punitis enim malis, inquit, fiunt iusti attentiores. Proinde duo hinc bona oriuntur. Nam & illi a vitio desistunt, & hi ad virtutem magis accedunt. Quemadmodum enim homo sanus, cum videt quempiam vri aut secari, redditur attentior ad sanitatem, ita hic etiam. Et multi eorum qui tunc erant, offendebantur, etiã eorum qui videbantur seipsos attendere, propter malorum prosperitatem adhuc imbecillius affecti. Quapropter hic etiam alibi dicit. Propemodum effusi sunt gressus mei, quoniam æmulatus sum propter iniquos. Alius autem rursus. Quare via impiorum prosperatur? Quinetiam Iob multa quærebat eiusmodi. Sed tunc quidem imperfectius affecti, dicebant, hęc dicentes, & quærebant quærentes, nunc autem nulla est dignus venia qui his perturbatur: qui tot, & tanta philosophiæ scita didicit, & de futuris talia decreta accepit, & de gehenna, & regno apertius edoctus est: & quòd illic vnusquisque accipiet pro meritis. [Scrutans corda, & renes Deus iustus. Adiutorium meum a domino qui saluos facit rectos corde.] Alius. Examinator cordium, & renum deus, iustus defensor meus. Et alius. Deus iustus. Septuaginta autem ita dixerunt scrutans corda, & renes Deus, iustum auxilium meum a Deo. Dixit eum esse iudicaturum orbem terræ. Dicit deinceps etiam quomodo sit iudicaturus. Dixit eum non egere testibus, non probationibus, non demonstrationibus, non scriptis, aut instrumentis, aut alio eiusmodi. Ipse est enim qui scit etiam quæ sunt arcana. Ne dicat ergo stultus quispiam. Et quomodo iudicabit mundum qui est tantus? Qui enim fecit eum non esset, is factum iudicabit. Renes autem hic dicit mentis arcana, quæ sunt intima, quæ sunt profundissima, ex positura partis. Quid est, scrutãs? Quod alius duxit, probans. Et si sint autem humanæ dictiones: sunt tamen sensa Deo conuenientia. Quemadmodum enim Paulus, cum dicit, Qui autem scrutatur corda, scrutati ponit, pro aperte scire, etiam hic scrutans, pro perfecte cognoscere. Porro autem examinare est etiam nudare, quod est perfectæ scientiæ, vt etiam dicit Paulus. Omnia autem sunt nuda, & resupinata oculis eius. Iustum auxilium meum. Alius. Iustus defensor meus. Quid est, Iustum auxilium meum a Deo? Nihil enim peto iniustum. Quare si supernum auxilium impetrare volumus, ea sunt petenda, quæ etiã iusti habent rationem, vt natura petitionis attrahamus auxilium eius, qui seruat rectos corde. Hoc est eius officium, hæc est ei consuetudo. Quoniam ergo, nec ego eum iniuria prouocaui, nec vlcisci desidero: propterea mihi iustum fuerit a Deo auxilium. Hæc ergo cum sciamus, nihil petamus eiusmodi, quod vetet donationem. Quando enim contra inimicos petieris, non est iustum tuum quod petis auxilium, est enim contrarium legi eius qui præbet. Itidem etiam quando diuitias, quando pulchritudinem, quando aliquid aliud quod ad hanc vitam pertinet, quod præterfluit, & est contrarium philosophiæ animæ, petieris. Petamus ergo, vt etiã consequamur. [Deus iudex iustus, fortis, & patiens, & iram non inferens per singulos dies.] Alius dicit, Fremens quotidie. Hebræus autem, In omni vita. Et alius, Minas fremens, non puniens. Quod autem dicit, est eiusmodi. Si est iustus, volet omnino punire iniquos. Si fortis: omnino poterit. Et vbi, inquit, est clementia, si ex iusto iudicabit?

Pro. 20. Hie. 17.

E Hebr. 4.

Matt. 5.

F

bit? Primum quidem in eo quòd non ſtatim pœnas infligat, vel potius in eo quòd ante omnia remiſerit per lauacrum regenerationis. Secundo autem in eo quòd etiam dederit pœnitentiam. Si enim cogitaueris, quòd peccamus quotidie, tunc maxime videbis ineffabilem eius clementiæ magnitudinem. Quod quidem etiam ſignificans, ſubiungit, dicens. Deus iudex iuſtus, fortis, & patiens. Dubitas cur cum velit, & poſſit non puniat? Diſce, inquit, quòd eſt patiens, & non inferens iram per ſingulos dies. Nequis enim ſtultus exiſtimet quòd propter imbecillitatem non exequitur: oſtẽdit cauſam dilationis, quòd magna habeat ſpatia, & magnam menſuram patientiæ. Quia enim propterea mitis eſt, & patiens, te adducens ad pœnitentiam: quando nihil tibi prodeſt hoc medicamentum, etiam exequitur. Nos ergo quotidie digni ſumus qui puniamur. Niſi enim ita eſſet, non tanquam magnum quid poſſiſſet illud,
G Non inferens iram per ſingulos dies, ſed tanquam rebus quidem hoc poſtulantibus, Dei autem clementia iuſtam ſuſtinente punitionem, hoc dicit. Vide quomodo hic etiam oſtendit Deum à moleſtia alienum, & iram appellat punitionem. Nemo enim iram infert alij: ſed ipſe quidem habet iram: ſupplicium autem infert alij. Nihil ergo ſignificat aliud quàm punitionem, cum dicit, Et non inferens iram per ſingulos dies. Et quomodo dicit per ſingulos? Ingrediatur vnuſquiſque ſuam conſcientiam, & tũc videbit. Vt enim prætermittam arcana vniuſcuiuſque peccata, hæc quidem communia quis effugiet? Quænam autem ea ſunt? Quis eſt dies in quo non ſocorditer oremus, & cum magna negligentia? Quod autem hoc etiam ira dignum ſit, hinc ſciri poteſt. Dic enim mihi. Si ad iudicem oſcitans acceſſiſſes, & conuictus eſſes, non de te ſtatim ſumpſiſſet pœnas, & miſiſſet in exilium? Certè, inquit, homo enim eſt. Et quid tum? Si homo enim affectus eſt contumelia non fuerit æquum, vt iraſcatur, ab eo enim contumelia affectus eſt, qui eſt ei honore æqualis. Deus autem contumelia affectus, iure ſupplicium intulerit.
H Maius enim eſt hoc peccatum eo quod fit in hominem. Et homo quidem hoc facit querens quod ſuum eſt: Deus autem quod eſt tuum. Quamobrem, vel hoc nomine iuſtius iraſcatur. Non eſt enim æquale, eos contemnere, qui ſua quærunt, & eum qui quæ tua. Hoc maiorem enim iram meretur, quando nec ea quidem petiturus, quæ tibi vtilia ſunt, ſapis. Quis eſt autem qui non fratrem contumelia ſine cauſa affecerit? Nec mihi dixeris, ſeruum affecit contumelia. In Chriſto enim nec maſculus, nec fœmina, nec ſeruus eſt, nec liber. Quis te accuſauit, nec eſt mentitus? Quis mulierem non aſpexit impudicis oculis? Quis non inuidit? Quis non inani gloria laborauit? Quis non locutus eſt verbum otioſum? Hæc autem omnia pœnæ ſunt obnoxia. Et ſi in ijs quidem, quæ ad vitam pertinent non verſantes, eſſemus diligentes in ſpiritualibus, venia digni eſſemus, nunc autem hæc quoque nobis præcepta eſt defenſio, etenim in illis quidem ſumus vigilantes: in his vero plane ſupini. Ne autem qui audiunt eum eſſe patientem fiant negligentiores, ſubiunxit. [Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit.] Alius autem dicit, [Enſem ſuum acuet. Arcum ſuum tetendit, & parauit ipſum.] Alius dicit. [Intendet. Et in eo parauit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardẽtibus effecit.] Alius dicit, [Ad ardendum.] Quid hęc? Dicant qui Deum dicunt humana eſſe forma præditum, ex eo quod dicatur habere manus pedes, & oculos. Suntne in ſupernis cœli regionibus arcus, & tela, & os, & gladius, & pharetra? Atqui dicit alius. Tu reſpexiſti, turbabuntur a te montes terræ. Et hic ipſe, Qui reſpicit in terram, & facit eam tremere: Quòd ſi qui terram ſolum aſpicit, lapidum naturam liquefacit: quanto magis hoc ipſum poterit in hominibus? Cur ergo qui ſolo obtutu poteſt orbem terrarum euertere, immo qui ſola voluntate: qui enim per ſolam eam fecit voluntatem, clarum eſt quòd ſola poteſt eam voluntate tollere: dicitur gladium, & arcum habere? Si enim in manu eius ſunt fines terræ. & qui in ea habitant, vt locuſtæ: & omnes gentes tanquam gutta a cado, & tanquam trutinæ momentum reputabitur: iam vero Angelus quoque ab eo egreſſus breui momento temporis centum octoginta quinque millia interfecit: Quid dico Angelus Muſcæ, erucæ, & vermes Aegyptiorum exercitum perdiderunt, vbi illic arcu opus eſt? Vbi gladio? Cur ergo K hæc

Nõnul-
la deeſſe
videntur.

Gala. 5.

I

Deſcri-
ptio
mundi,
bit, &
reddet
lucidũ.

Tũ
ſcabẽs
inſtitu-
menta,
ſuppelle
ctilem.
Pſ. 103.

hæc dicta sunt? Propter auditorum crassitudinem, & vt his consuetis armorum nominibus eorum mentem terreant. Cuius enim in manu est omnium nostrum spiritus, & in facie frigoris eius quis sustinebit; quomodo his armis indiget? Sed (vt dixi antea) hæc propter auditorum crassitudinem, & tarditatem, ita dicta sunt. Quid est autem, Et vibrabit, seu Acuet? Cotene opus est, & est rubigo in gladio? Et quis nam qui sapiat, hæc ita accipere, sustinebit, vt dicta sunt? Sed, vt ante dixi, per omnia describit punitionem, & procedit ad ea, quę sunt crassiora, vt etiam, qui sunt valde stulti, intelligant non esse insistendum dictionibus, sed quæ Deo conueniant sensa esse ex ijs accipienda. Quare siquis dubitat qua de causa excandescentia, & ira de Deo dicta est: multo magis propter hæc dubitauerit. Sin autem hæc non sunt accipienda, vt dicta sunt, sed ita vt Deo conueniant: clarum est quòd etiam ira, & excandescentia. Crassæ autem sunt dictiones, vt auditorum penetrent crassitudinem. Et ideo nec ijs quidem, quæ dicta sunt, fuit contentus, sed terrorem adaugens adhuc more magis humano procedit. Non solum enim inducit eum habentem gladium, sed etiam armatum. Quia enim non æque quis metuit audiens acui gladium, & audiens arcum esse in manibus: ex figuris humanis mentem auditorum concutit, dicens. Arcum suum tetendit, & parauit illum, auditorem terrens, simul & patientiam eius, & iram indicans. Non enim dixit, Immisit, nec iaculatus est, sed intendit, & parauit, hoc est, est paratus ad emittendum. Et quid miraris si sic in veteri dictum est, cum etiam in nouo Ioannes cum Iudæis tale quid dicit. Iam autem ad radicem arboris securis posita est. Quid ergo? Lignicidamne Deus imitatur securi ligna scindentem, & hic, & securis accipienda est, & ligna? Absit. Quemadmodum nec paleæ, nec frumentũ quando dicit, Cuius ventilabrum in manu eius, & mundabit aream suam, & frumentum quidem congregabit in aream suam: paleam autem comburet igne inextinguibili? Quæ est ergo securis. Punitio, & supplicium? Quæ vero sunt arbores? Homines? Quænam vero paleæ? Mali. Quod vero frumentum? Boni? Quid autem ventilabrum. Discretio. Ita etiam hic, gladius, arcus, & sagittæ, pœna est, & supplicium. Deinde dilationem, & abesse quidem pœnam, sed non longe, abesse autem, in foribus, per intendisse, & parasse ostendit. Instrumenta autem mortis, dicit sagittas. Quemadmodum instrumenta agriculturæ, ea quibus terra colitur, & nauigationis, quæ ad nauigandum conferunt, & textrinæ, quibus texitur: ita etiam mortis instrumenta, quæ mortem efficiunt. Deinde interpretans quænam sunt instrumenta mortis, subiungit, sagittas suas, ostendens celeritatem supplicij quando voluerit. Quid est autem ardentibus? Ijs qui puniuntur, iis qui dant pœnas. Vide quòd omnia per translationem, & emphasim dicta sunt, & vt per hæc cuncta augeretur timor. Quod enim dicit tale est. Parauit supplicia ijs qui sunt puniendi. Sed si non sic dixisset, non ita terruisset. Nunc autem cum sagittarum, & gladij, & arcus, & immissionis, & intensionis, & instrumentorum mortis, & incendij meminit, nominũ varietate metum incussit. Deinde rursus metum consolans, subiunxit. Ardentibus. Ne quis enim insipientior existimaret in A omnes eum manus dirigere, & armatum esse, subiunxit. Ardentibus. Quod etiam Paulus significat de magistratu, dicens. Non enim frustra gladium portat. Quòd Ro. 13. si in magistratibus gladius hoc facit, & terret: multo magis in Deo. Porrò autem hoc est non vulgaris clementiæ, per verba terrere, & pœnam amplificare, ne re ipsa eam experiamur. Propterea enim intendit, propterea parauit, propterea sagittas imposuit, propterea se parat ad supplicium, ne veniat ad supplicium. Orationem autem reddit grauiorem, per vibrauit quidem seu acuit, supplicij vehementiam, per intendit autem, propinquitatem, per appropinquauit vero, id quod omnino futurum est, si non fuerint mutati, per ardentibus autem, reos ostendens, vt per hæc omnia docti, improbitatem reprimant. Quòd si hæc essent furoris, & excandescentiæ, non prædixisset eis quos est inuasurus. Ira enim non hoc facit, sed contrarium, & maxime quando ad summum peruenerit, & supplicio ac supplicij apparatui imminet. Hostes certè & qui volunt supplicium infligere, non modo id non dicunt, sed etiam id celantes inua B dunt, ne qui sunt puniendi, si resciuerint,

caueant. At non sic Deus, sed contra omnino, & prædicit, & differt, & verbis terret, & nihil non facit, vt quæ minatur non afferat. Hoc etiam facit in Niniuitis: Nam illic quoque arcum tetendit, & gladium vibrauit, & iacula parauit, & ictum non inflixit. An non tibi videntur verba prophetę esse arcus, & telum, & gladius acutus, quan
Ion. 3. do dicit, Adhuc tres dies, & Niniue subuertetur? Sed telum non emisit. Non ideo enim erat paratum, vt emitteretur, sed vt reponeretur. Nam milites quidem ea de causa armantur, vt puniant, Deus autem non sic, sed vt cum reddiderit metu modestiores, abstineat manum a supplicio. Ne ergo conturbemur, est enim terror verborum, maximæ clementię, & quo dicit intolerabiliora, eo illa ex maiori dicit mansuetudine. Nam patres etiam quando nolunt punire filios verbis iram attollunt: ita ipse etiam, quia non vult punire, verbis metum
Mat. 10. reddit grauiorem. Dicit etiam se parasse
18. & 25 gehennam, ne mittat in gehennam, & ideo etiam in euangelijs plura dicuntur de supC plicio quam de regno. Quia enim in ijs qui minus sentiunt, non tam bonorum promissio, quam tormentorum metus adducit ad virtutem, & abducit a vitio: propterea in ijs magis immoratur, & ea ponit assidue. Ne ergo molestia afficiamur, dum grauia verba audimus, magnum enim lucrum in se continent, sed eius considerantes, & patientiam, & iustum iudicium, nec de salute desperemus, est enim patiens, neque tristi animo simus, est enim iustus, hic quidem multam ostendens patientiam, illic autem eos, qui non hic ueriti fecerunt, experiendo tradens supplicio. Quod ne fiat, hic iam supplicium depellamus. [Ecce parturijt iniustitiam.] Hebræus autem pro parturijt. [Concepit dolorem.] Alius, [Et cum concepisset. Et peperit iniquitatem.] Alius, [Mendacium. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fe
Incidit ἐμπεσεῖται cit.] Alius, [Interitum quem fecit.] Dixit Deum esse paratum ad supplicium. Dixit eum immittere supplicia, hoc castigauit, & modestũ reddidit auditorem, vt qui. supernam iram ei impendere ostenderit, eum deinceps docet etiam ex rebus ipsis, docens, vel ante supplicium, ipsum vitium esse pœnam. Quod quidem etiam Paulus ostendens dicebat. Et mercedem quam oportebat erroris in se recipientes. Et adD Ro. 1. duxit in medium eos qui extrema a vitio passi sunt. Quia enim multi ex crassioribus tunc maxime solent reprimi, & moderatiores effici, quando eos qui passi sunt viderint: propterea ipse quoque eos adducit in medium. Ita etiam facit Christus, qui cum de gehenna multum disseruisset, eos etiam, qui illuc mittuntur in medium adduLuc. 16. Mat. 25. 16. Luc. 13 cit, vt diuitem, qui erat sub Lazaro, virgines, eum qui vnum talentum absconderat, & in præsenti vita eos qui in turri obruti fuerant, & quorum sanguinem Pilatus miscuit in sacrificijs. Ita etiam Petrus cum de gehenna multum disseruisset, eos tunc maxime perculit, quando punitos adduxit Act. 5. Act. 13. in medium, & ante oculos ostendit supplicium. Quod quidem fecit etiam Paulus in mago. Porrò autem hoc etiam alio quoque modo confirmat, quando eorum, qui in solitudine fuerant meminit, sic dicens. Nolo vos ignorare fratres, quod omnes Pa 1. Cor. 10 tres nostri sub nube fuerunt, & omnes in Mose baptizati sunt, & cibum spiritualem comederunt, & potum spiritualem biberũt, sed non in pluribus eorum complacitum E est Deo, sed perierunt, & ceciderunt. Quia enim differuit de futuris, de gehenna, inquam, pœna, & supplicio, ex præteritis, eorum quoque affert probationem, eos qui puniti sunt adducens in medium, hos quidem a serpentibus: illos vero ab exterminatore. Quod quidem hic quoque facit Dauid, vel de Achitophele dicens, vel de Absalon. Nonnulli itaque dicunt dicta esse de Achitophele. Non enim erat eiusdem dicere, Parcite filiolo meo Absaloni, & 2. Re. 18 post casum, Quis dederit mihi mortem pro te, & hæc nunc dicere. Sed illa quidem dicebat, instigante natura, nunc vero afflatus a spiritu. Sed siue de Absalone, siue de Achitophele dicta fuerunt, considerանda sunt, quæ dicta sunt. Neque enim de personis a me nopere agendum est. Quid ergo ex hoc loco discimus? Ostendit quòd qui propinquo fodit foueam, ipse in eam incidet, & quemadmodum mulieres parturientes a doloribus discerpuntur: ita etiam, qui facit dolum, priusquam propinquum iniuria afficiat, ipse discerpitur, & non leui aliquo sed vehementissimo dolore afficiunt. Quocirca cum vellet acerbitatem doloris ostendere, rem parturiẽtis

nis nomine appellauit. Quando enim vult scriptura intolerabilem aliquem dolorem
Ose.13. 1.Re.5. 1.Thes.5 ostendere, partus doloris eam nomine describit. Proinde alibi dicit. Pariendi dolores ceperunt habitantes Philistijm, hoc est, timor, tremor, labor, & dolor. Et rursus. Quando autem dixerint, Pax & securitas, tunc eis repentinus imminet interitus, quemadmodum dolor pariendi ei, quæ vterum gerit. Hic duo significat, & esse intolerabile, & esse inopinatum. Et Ezech. Venit dolor parienti, non habet autem virtutem pariendi, intolerabilem eius timorẽ
4.Re.19 Esa. vlt. indicans. Ita etiam hic propheta. Etsi enim sit quis millies improbus, non interijt iudicium conscientiæ, est enim naturale, & a Deo ab initio insitum. Etiam si quis millies se ambitiose iactet, & glorietur, instat il
Esa. 57. lud vociferans, castigãs, condemnans, & nemo est eorum, qui viuit in scelere, qui non innumerabiles dolores sustineat, & de malis consultans, & consilium exequens. Quid
1.Re.21 Achaab sceleratius? Sed tamen cum ille vineam concupijsset, considera quantum dolorem senserit. Itaque cum Rex esset, & G omnia dominatu teneret, nec vllus esset, qui ei contradiceret, quoniam conscientiæ non ferebat sententiam, ingressus est tristis, humi procumbens, confusus, vel ipso aspectu præ se ferens conscientiæ condemnationem, prædicans in vultu probationem, nec valens tegere, quam animo conceperat tristitiam. Ita ergo fuit, vel ab vxore deprehensus. Proditor, quidem certe, qui in tantum scelus impegerat, cum non posset ferre iudicij conscientiæ dolorem, adaptato sibi
Act.1. laqueo vitam finijt. Quemadmodum ergo, qui improbè viuit, tanta patitur: ita qui vitam ex virtute instituit, tranquillitate & mente minime perturbata fruitur. Considera autem. Si voluerit quis vlcisci quempiã, vel prior iniuriã facere: vide quot mala patitur, furore repletur, ab ira discerpitur, mouet innumerabiles fluctus cogitationũ, mille vias ingreditur, inuadit timor, pauor, ac tremor, quomodo offendet, quomodo rem perficiet, & ante eum quem est iniuria affecturus, seipsum perdit. Qui autem iram expulit, ab his omnibus liber est, & iure certe. Hoc enim est in eius potestate, & vniuersum confecit. Sed illud non itidem, sed &
H opportunitate opus est, loco, & dolo, & malefício, & armis, & machinationibus, & offensionibus, & adulatione, & securitate, & simulatione. Vides quàm res sit facilis, virtus, difficilis autem, vitium: quemadmodum illa quidem est, tranquilla, hoc verò turba, & tumultu refertum. Hoc ergo describens dicebat propheta. Ecce parturijt Psal.7. iniustitiam, cõcepit dolorem, & peperit iniquitatem. Ex hoc ostendit iniustitiam non esse nobis secundum naturam, sed esse quid alienum, & ideo graue est, & donec ab eo fuerimus liberati, nobis dolores immittit. Nam fœtus etiam donec secundum naturã perficitur, naturæ adhæret. Propterea & manet, & dolorem non habet: Postquàm autem perfectus fuerit, si intus maneat, mora est præter naturam. Vnde etiam fiunt partus dolores. Quapropter vexata natura ad eum extrudendum vim affert, vt quæ vniuersum fecerit ac perfecerit, & ferre nõ possit amplius. Sed illic quidem prius fit conceptio, & tunc dolor partus. Hic autem primum parturijt, & tunc concepit. Quid hoc autem sibi vult? Quòd illic quidem in tempore partus est dolor, hic autem dolor est a principio. Simulac enim quispiam de malo consultauit, etiam priusquam in cogitatione concreuerit, tumultus ac turba est in cogitatione. In muliere enim de- I iectum semel semen, ipsum etiam formatur. In ijs autem, qui dolos construunt, hæc hodie deiecta est cogitatio, & cras rursus alia, & sunt innumerabiles malorum seminum deiectiones, & sunt singulis diebus conceptiones, & partus dolores, qui perimunt. Non est enim talis partus qualis est in mulieribus, sed quemadmodum in veteris, vterum discerpunt, & latera dilanientes fœtus procedunt: ita etiam in fraudibus, & in iniustitia. Sed quantumuis contendamus, non poterimus oratione explicare molestiam ac dolorem, quem improbi sustinent. Et ideo dicit quispiam. Exhauriet vero malus solus mala. Quid est enim eo, qui inuidet grauius, & dolentius, eo qui insidiatur, eo qui aliena concupiscit? Quouis carnifice grauius perturbationes hæ mentem excruciant. Merito ergo dolores partus has vocauit cogitationes. Sed quemadmodum mulieres ex congressione pariunt, & si sunt sana quidem corpora, talia sunt etiam, quæ nascuntur, vt quæ parentum naturam imitentur: ita etiam in cogitationibus, & si cum bonis K versetis,

verseris, tales quoque erunt tui fœtus. Sinautem cum malis, & non attendas, magnum illinc quoque damnum capies. Audi ergo, quid dicit Propheta. A timore tuo
Esa. 26. in vtero concepimus, & parturijmus, & pe-
Esa. 39. perimus spiritum salutis. In ijs autem, qui ex diabolo: Oua aspidum fregerunt, & araneæ telam texunt. Fugiamus ergo improbos. Quomodo enim non est absurdum, cum liceat ex Dei præceptis, & concipere, & parere, id nolle, sed improbor um persequi congressiones, sed perinde facere ac si mulier, in cuius est potestate, cum Rege cõiungi, non sustineat, sed pro illo latronem, & murorum perfossorem velit habere coniugem? Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit. Vsus est rursus translationibus, quemadmodum per parturitionem, dolorem, ita per lacum, difficilem liberationem, indicans. Et incidet
Pro. 26. in foueam, quam fecit. Quod alius dicit. Qui fodit foueam proximo suo, incidet in ipsam. Porrò autem hoc quoque, quia Dei benignitas, & clementia, insidijs talem tribuere naturam, vt retia conuertantur in ipsos insidiatores, vt ideo desistant cum prepinquis belligerari, & eis parare insidias.
L Hoc etiam in Mose accidit. Qui enim esset perimendus, conseruatus est. Pharao
Exod. 2. autem per viam, quam aduersus infantes
Ibid. 14. machinatus est, per eam petiit. Cum enim iussisset infantes interimi, coegit matrem Mosis, infantem propter metum exponere. Cum autem filia Pharaonis fiscellam scirpeam de fluuio sustulisset, & infantem inuenisset, eum nutriit, auctus autem ille omnes perdidit. Hinc & Dei maxime elucet solertia, & improbis magna castigatio, & ijs, qui effugiunt, voluptas. Ita
Gen. 37. etiam in Ioseph accidit. Cum enim eum
vsquead fratres in seruitutem coniecissent, passi
finem li- sunt, quæ passi sunt, & eum quidem nihil
bri. læserunt, sed etiam iuuerunt: ipsi antem tragœdiam illam sustinuerunt. Cum multa autem possint dici eiusmodi, considera etiam in alijs. Aliena inuasit aliquis, seipsum perdidit. Eum enim, in cuius bona inuasit, sæpe etiam iuuerit, suam autem animam prodidit. Fecit aliquis iniuriam, ense seipsum confodit. Non enim male affectum esse, sed male affeciisse, hoc vero est male pati. Et ideo Paulus quoque
1. Co. 6. suadebat iniuria potius affici, quàm afficere & Christus alapis impeti, & non contra im- Matt. 5
petere, sed etiam seipsum ad patiendem offerre. Hoc est maximæ virtutis, hoc efficit tolerantiam, hoc fortem reddit animam, hoc omnibus animi perturbationibus potentiorem efficit. Qui enim alij iniuriam facit, vel cum verè erat, aut contumelia afficit, ipse prius ab animi perturbatione victus, & in seruitutem redactus, tunc videtur proximo iniuriam facere, ipse autem grauiora passus est, in extremam redactus seruitutem. [Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.] Et de Achitophele, & de Absalone hæc dicta esse dicunt. Vtriusque enim caput descendit ad supplicium. Ille enim laqueo vsus vitam finijt, hic verò cũ sub arborem veniisset, & coma fuisset suspensus, illic longo tempore pependit. Ita etiam 2. Reg. 17
Iudas laqueo vitam finit, sciens se hæc, om- 2. Reg. 18
nia fecisse in malum sui capitis, & Achito- Act. 1.
phel cum animaduertisset omnino futurũ, vt Dauid vinceret, seipsum suffocauit, Absalon autem inuitus pepẽdit, & non statim de medio sublatus est, sed tanquam in iudicio prius suspensus est, & ligno affixus, & A
Deo è superius ferente sententiam longo tempore pependit, à conscientia deinceps flagellatus. Ipse enim cupiebat in patris gulam dexteram intingere. Pater autem vel sic rogabat milites ei parcere. A vana autem gloria, quod dixit, erat adeo alienũ, vt etiam post mortem eũ lugeat, & vt scias quòd factum est, non fuisse humanæ industriæ, sed totum fuisse humani iudicij, capilli, & lignum eum alligarunt, & brutum eum animal tradidit, & pro fune quidem coma, pro ligno autem arbor extitit. Pro milite autem eum adduxit mulus. Considera autem (id quod est admirabile) cum hæc passus est, nemo suorum ad eum accedere ausus est, cum tantum fuisset spatium. Hoc autem Deus prouiderat, vt neque detraheretur, nec vinctus ad patrem afferretur, quoniam paterna viscera ei parci velle vltra modum indicauerant, & quod est admirabilius, qui patrem ei reconciliauit, is ipsum interfecit, propemodum instans vehemens accusator, sed is quidem eum occidit. Deus autem tulit sententiam. Quòd enim è superis lata sit sententia, audi quomodo id ipse ostenderit. Cum enim dixisset, & in verticem ipsius iniquitas eius B
descen-

descendet dicit. [Confitebor Domino secundum iustitiam eius, & psallam nomini Domini altissimi.] Gratias agam, inquit, non aliorum gaudens cædibus, sed Dei sententiam suscipiens. Et quis potest ei gratias agere secundum iustitiam eius? Quis autem eum laudabit, sicut est? Nullus. Quid est secundum iustitiam eius? Pro eo quod est, propter iustitiam eius. Et psallam domino altissimo. Eius est enim victoria, eius trophæa, non mea. Quemadmodum enim in bellis, cum rex vicit, chori ducentes canunt, laudes in eum conferentes, ita ego quoque faciam, inquit, propterea non dixit, confiteor, sed confitebor, significans quòd nec postquam est assecutus, bonorum obliuiscitur, nec fit negligentior, sed est diligens, & vigilat, non quòd Deus iis indigeat, sed quod hoc sit nobis vtile, & commodum. Quemadmodum enim
Psal. 48. accipiebat sacrificia, non egens sacrificijs: Si enim esuriero, inquit, non dicam tibi: sed homines deducens ad eius honorem: ita etiam hymnos laudesque suscepit, nostra laudatione non egens, sed nostram salutem de
C siderans, Deo enim magnæ curæ est, vt in virtute crescamus. Nihil autem, æque facit in virtute crescere, atque cum Deo assiduè versari, & colloqui, eique perpetuo gratias agere, & psallere. Psallit autem Deo iustum eius iudicium admirans, & patientiam. Et vbi, inquit, eius est patientia interfecto tyranno? Longe certe maxima. Longo enim tempore eum dimisit, vt veniret ad pœnitentiam, & regiam tenendam dedit, vt cum videret domum in qua creuerat, & educatus fuerat, & patris signa, ad pœnitentiam veniret. Si enim non fuisset immanis bestia, nec cor habuisset lapideum, omnia illa sufficiebant ad illum reducendum, mensa cuius cum patre erat particeps, domus, sedilia vbi verba cum reconciliauerant, cum talem cædem feciſſet, cum his erat etiam alia, quæ ad eum emolliendum sufficiebant. Audiuerat enim eum exulem sedibus incertis errare, & mala grauia tolerare. Quòd si ne hæc quidem eum molliebant, oportebat ea, quæ Achitopheli euenerant eum castigare, laqueum, mortem, vt per hæc omnia veniret ad pœnitentiam.
D Neque enim ignorabat, quæ amico accideserens, hæc faciebat? Quòd eum ab aspectu remouit? Sed eo nomine debebat eum admirari, & suscipere, quòd cum fratrem interfeciſſet, eum molli, & leni animo tuliſſet. Sed cum nihil ei posset dare crimini, sed importuna teneretur cupiditate, idque cum pater esset iam senex, & esset expectatio in foribus, ne tantillum quidem expectauit. Quomodo autem non cogitauit, quòd etiam si viciſſet, miserrimam omniũ vitam esset acturus, cum esset sceleroſus, immundus, & execrandus? Vbi nunc sunt, qui deflent paupertatem? Qua non pauper tate, quo non morbo, quo non dolore, sunt hæc longe grauiora? Nihil tale dixit apud se, neque indignatus est, nec lamentatus est dicens, Egregiam vero refero mercedem, qui in eius lege die, & nocte meditor, qui cum in tanta essem authoritate, nunc sum omnium abiectissimus, qui peperci inimicis, in petulantis filij sum manus traditus, nihil tale dixit, nec cogitauit, sed omnia sapienti, & forti animo ferebat, in his, quæ fiebant vnam habens consolationem, quòd Deo hæc sciente fierent. Quemadmodum tres quoque pueri dicebant, Sin minus:
Notum sit tibi Rex, quòd Deos tuos non Dan. 3.
colimus, & statuam tuam auream, quam E
statuisti, non adoramus, siquis autem eis dixisset, & qua tandem spe morimini, quid expectantes, quid vero sperantes post mortem, post ignem, resurrectionis enim nondum erat expectatio, audiuisset, hæc est maxima remuneratio, mori propter Deum, ita hic etiam maximum existimabat solatium, Deum hæc scientem non prohibere. Amator enim, vel millies pro amica moreretur, quanuis post mortem, nihil ab ea expectaret. Ita etiam nos oportet non propter regni expectationem, nec propter aliquam spem futurorũ bonorum, sed propter ipsum Deum omnia pati. Sed sunt multi adeo ignaui, & supini, vt ne cum mercede quidem virtutem expetant. Et Deus quidem, qui regnum promittit, non auditur, qui gehennam autem procurat, Diabolus Mat. 19
amatur. Quid hac est insania grauius? 25.
Quid autem dixi de procurante gehẽnam? Etiam ante gehennam, hic dolorem, risum, & ignominiam, & innumerabilia adducens supplicia, multos habet, qui ad ipsum accurrunt. Considera quomodo adulter, vel ante gehennam est omnium miserrimus, omnia suspicans, vel ad vmbram contremiscẽs, F

ad

ad nullum liberis reſpiciens oculis, ſed omnes pertimeſcens, & qui ſciunt, & qui neſciunt, acutos vidtns gladios, impendentes lictores, iudicia. Quid tale habet temperantia, etſi labores habeat innumerabiles? Non eſt ſemper in voluptate continens, in dolore autem ſemper eſt adulter, etiam in tenebriis. Ita etiam videre poſſumus in alijs qui vincuntur ab ira, & qui iram vincunt, in ijs qui rapiunt, & in ijs, qui ſua propter Deum donant, vel, vt verius dicam, profundunt. Hi enim ſedent in portu, Illi vero in præſentium malorum euripum detruſi, quotidie circuncurſant. Præter hæc autem, quando qui eſt maxime auarus præſentia bona non ſatis ducit ad fruendum, & mortem timet imminentem. Conſidera quanta patitur. At non qui eſt virtute præditus, ſed tunc gaudet, & oblectatur, cum eius non pereat, ſed potius germinet, & efflorescat fruitio. Adulteris itaque, & iucontinentibus, & auaris, & helluonibus ſenectus affert, vt ab illis fruendis excidant, bonis autem maiorem fruendi facultatem. Quare vel ante gehennam hoc, vel ad mentem vexandã ſuffecerit. Hæc ergo cogitantes, fugiamus vitium, ſectemur virtutem, Deum amemus non propter ea, quæ ſunt eius, ſed propter ipſum. Ita enim in præſenti vita ingredie mur via, quæ ducit ad virtutem, quæ eſt an guſta quidem natura, ſed viatorum voluntate, & inſtituto lata redditus. Ad cuius faſtigium, & cacumen nobis detur peruenire, gratia, & clementia domini noſtri Ieſu Chriſti: cui gloria in ſecula ſeculorũ. Amẽ.

Matt. 7.
Pro. 4.
Voluntate quidẽ miſericorditer adiuta à Deo.

IN OCTAVVM PSALMVM.

In finem pro torcularibus. Alius. Epinicion pro torcularibus. Alius victoriæ effectori, progitthitide. Hebræus autẽ לַמְנַצֵּחַ עַל־הַגִּתִּית Lamnazeah al hagithith.

DOmine dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.] Alius. [Quàm magnum nomen tuum.] In priore pſalmo dixerat, Confitebor domino ſecundum iuſtitia eius, & pſallam nomini domini altiſſimi, hic implet, quod promiſerat, ei hymnum offerens. Et in illo quidem ſunt ea, quæ dicuntur, tanquàm ex vna perſona, Domine enim Deus meus, inquit, in te ſperaui, ſaluum me fac, hic autem, tanquam ex perſona multorum. Domine enim, inquit, Deus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum. Sed præbete ſilentium, & attente audite. Si enim cum in theatro chori canunt ſatanici, ſumma eſt quies, & maximum ſilentium, vt pernicioſa percipiantur cantica: hic vbi Chorus, quidem eſt ex viris ſanctis: qui autem chorum ducit, eſt propheta: canticum autem ac melodia non eſt ex operatione ſatanæ, ſed ex gratia ſpiritus: qui autem canitur, non eſt dæmon, ſed Deus: quomodo non eſt ſummum adhibendum ſilentium, & cũ veneratione, & ſumma reuerentia audiendum? Chorum enim ducimus vna cum ſupernis poteſtatibus. Supernorum enim chororum, Cherubim, & Seraphim, hoc eſt munus, Deum aſſidue laudare, & hymnis celebrare. Ex his choris etiam in terra apparuerunt cum vigilantibus paſtoribus canentes. Audiamus ergo hoc quoque canticum. Qui terrenum quidem regem laudant, cum eo loquuntur de imperio, de trophæis, de victoria, & dicunt gentes, quæ ab eo victæ ſunt, vocantes eos expugnatores, & barbarorum victores, & quæcunque ſunt eiuſmodi. Huiuſmodi canticum canit etiam hic beatus, narrat enim victoriam, & trophæum, & bella confecta, non quidem talia, ſed his multo difficiliora. Vide autem quomodo incipit. Domine Deus noſter. Aliorum enim, qui non credunt in ipſum, vno modo eſt dominus. Noſter vero duplici ratione, & quòd ex ijs, quæ non erant fecerit, & quòd agnoſcatur a nobis. Et vide quomodo ſtatim a principio ponit, ſummam beneficij. Si enim didiceris, quomodo dominus tuus factus ſit: quòd abalienatos, & inimicos, & morte affectos familiares effecerit, & vinificauerit, pulchre videbis ſummam beneficij. Hoc ergo admirans propheta dicit, Quàm admirabile eſt nomen tuum. Hoc eſt valde admirabile. Quàm admirabile autem non dixit, neque enim, dimetiri potuit: ſed tantum amplificationem, & hyperbolem attulit. Vbi ſunt, qui Dei eſſentiam curiosè perueſtigant? Si enim cum

Luc. 2.

nomen

nomen eius dixisset, adeo admiratus est, vt obstupesceret: quomodo venia eis dabitur, qui se dicunt nosse Dei essentiam, cum propheta ne, quàm sit quidem admirabile eius nomen, cognoscere potuerit? Quàm admirabile nomen tuum. In nomine enim tuo mors victa, & fracta est, vincti sunt dæmones, cœlum apertum est, fores paradisi patuerũt, spiritus demissus est, serui facti sunt liberi, inimici filij, alieni hæredes, homines, Angeli. Quid dico Angeli? Deus homo factus est, & homo Deus, cœlum accepit naturam è terra sumpta, terra eum suscepit, q̃ sedet super Cherubim cum exercitu angelico, quæ intercedebat maceria, dirupta est, sublata est sepes, quæ diuisa, & disiuncta erant, vnia sunt, tenebræ sunt extinctæ, lux resplenduit, mors absorpta est. Hæc omnia cogitans, & longe his plura propheta, exclamat dicens. Quàm admirabile est, nomen tuum in vniuersa terra. Vbi nunc sunt Iudæi, qui sunt impudentes aduersus veritatem? Lubenter enim eos interrogarem de quonam hæc dicuntur. De omnipotente inquient, sed non erat nomen eius admirabile in vniuersa terra. Testatur Esaias dicens. Propter vos blasphematur nomen meum inter gentes. Si autem, qui eum colebant, in causa erant, vt ipse blasphemaretur, vbi erat admirabile? Quòd enim natura sit admirabile, clarum est, apud homines autem non erat tunc pluribus admirabile, sed etiam vile, & aspernandum. Sed non sic nunc, sed quando accessit vnigenitus filius, vbique nomen eius admirabile cũ Christo. Ab ortu Solis, inquit, vsque ad occasum glorificatum est nomen meum in gẽtibus. Et rursus. In omni loco offertur incensum nomini meo, & sacrificium mundum. Vos autem ipsum prophanatis. Et alius. Impleta est, vniuersa terra cognitione domini. Et rursus. Venient dicentes, patres nostri falsa idola possederunt. Videsne hæc omnia dicta esse de filio, factum est enim eius nomen admirabile in vniuersa terra. [Quoniam eleuata est magnificentia tua super cęlos.] Alius. Qui posuisti laudem tuam super cęlos. Quia enim terræ meminit, transfert etiam orationem in cęlum, quod semper consueuit facere, ostendens vniuersum orbem terrarum laudare suum dominum. Hoc etiam hic ostendens dicit. Admirabile infra, admirabile supra.

K
1.Co.15
Ephe.4.
Acto.4.
2.Cor.5
Homo factus ẽ Deꝰ, verũ q̃dẽ est, tãetsi nõ p-priæ. Nã sensus ẽ factũ est vt homo sit deus.
Acto.2.
Rom.8.
Rom.5.
Titu.3.
Io.1.
Ephe.2.
Io.1.
1.Co.15
Esa.52.

L
Ps.112.
Mal.1.
Esa.11.
Hie.10.

Non solum enim homines, sed etiam Angeli laudant ea, quæ facta sunt, & pro eius in homines beneficijs agunt gratias, quod etiam fecerũt in principio, cum in terris choros duxerunt. Vel hoc ergo dicit, quòd canunt etiam Angeli, vel vult eius ostendere magnitudinẽ. Quando enim scriptura vult aliquid magnum dicere, distantiam horum elementorum adducit in medium, vt quando dicit. Secundum altitudinem cœli a terra. Et rursus. Quantum distat ortus ab occasu, longe fecit à nobis iniquitates nostras. Hic ergo admiratur, quàm magna sint, & quam grãdia, quę facta sunt. Omnia enim, infimam substantiam effecit omnibus superiorem. [Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem.] Alius. [Ex ore infantium fundasti fortitudinem.] Alius. [Constituisti robur.] Quod autem dicit, est eiusmodi. Potentiam tuam ex hoc maxime ostendisti, quòd vires imbelles moueris, & linguam balbutientem ad illam glorificationem claram, & expeditam feceris. Quæ. n. fit a pueris in templo, hymnorum decantationem hic dicit. Et quamnam ob causam, alijs prætermissis miraculis, mortuorum resurrectione, leprosorum mundatione, Dęmonum expulsione, nunc puerorum miraculi meminit? Quoniam illa quidem etiã antè facta sunt, etsi nõ sic, tamen facta sunt, & aliquid inter se commune habuerunt, licet non modum. Suscitatus est enim mortuus sub Helisæo, & leprosus mundatus, & Dæmon a Dauid expulsus est, quando Saul inuadebatur a Dæmone. Chorus autem infantium lactentium tunc primum, locutus est. Ne ergo impudenter se gereret Iudæus, dicens hæc dicta esse de ijs, quæ facta sunt in veteri, elegit signum, quod tunc primum, & solum factum est, & alioqui, quæ fiebant, erant figura ac typus Apostolorũ. Nam cum ij essent, valde infantes, & ipsis piscibus magis muti, vniuersum orbem terrarum irretierunt. Quòd autem hoc fit maxime Dei virtus, & potentia, vide etiã prophetam, hoc de patre dicentem. Cum Mose enim loquens, dicit, Quis fecit mutum, & surdum, videntem, & cæcum? Et rursus. Qui dat linguas expeditas ijs, qui sunt impeditioris linguæ. Et rursus. Donus dat mihi linguam disciplinæ, vt sciam quando oporteat loqui sermonem. Iam vero dicit etiam in principio. Agite, descendamus,

Luc.2. M
Ps.102. 16.
Matt.21
A
4.Re.4.
4.Re.5.
1.Re.16.
Exod.4.
Esa.50.
Ge.11.

damus, & confundamus ipsorum linguas. Magna ergo est, & valida demonstratio. In alijs enim, etsi præter rationem, aliqua
B tamen suspecta habebant, qui sunt impudentes, hic autem nihil potuerunt dicere, cum ipsa per se nuda natura contenderet. Et ideo nō dixit simpliciter infantium, nequis innocentes, & simpliciores eum dicere putaret, sed subiunxit, Et lactentium, ætatem cibi adiectione exprimens. Non enim dixit solum modo infantium, sed etiam vbera sugentium, qui nondum solidi cibi fuerunt participes. Non est ergo hoc solum admirabile, quòd vocem eamque claram, & expressam emiserint, sed etiam quòd plenam bonis innumerabilibus. Quæ enim Apostoli nondum nouerant, ea pueri laudibus hymnisque celebrabant. Ex hoc etiam aliquid aliud significat, nempe oportere eos, qui ad dogmata accedunt, animo pueros effici. Siquis enim non susceperit regnum cę
Mat. 18. lorum, vt puellus, inquit, non potest ingredi. [Propter inimicos tuos.] Dicit etiam causam cur hoc miraculum factum sit. Alia enim non propter inimicos facta sunt, sed vt accedentes beneficium acciperent, & alij docerentur. Hoc autem non solum propterea factum est, sed vt obstruerentur ora ini-
C micorum. Quos etiam alius clarius significans dicit, Propter alligantes te. Ij enim eū alligarunt ductum ad crucem. [Vt destruas inimicum, & vltorem.] Vt compescas inimicum, & qui seipsum vlciscitur, populum hic dicens Iudaicum. Christum enim expellebant, vt inimicum, præ se ferebant autē hoc facere, tanquam patrem vlciscentes. Et ideo hanc illis excusationem auferens dicebat.
Ioan. 15. Qui me odit, odit & patrem, Et rursus. Qui credit in me, credit ī eū, q̄ me misit, honori
Io. 5. suo, & iniuriæ semper, patrē coniungens. Vide autem quàm accuratè locutus sit prophe
ἀνωμά- ξω. ta. Non dixit, Vt punias, sed, vt destruas, quod alius clarius significat dicens. Vt cessare facias, hoc est, vt eorum de medio tollas impudentiam, non vt doceas, laborabant enim morbo, qui corrigi non poterat. Cum ergo tale viderent miraculum, & nihil possent contradicere, in ipsum conuerte bantur, dicentes. Non audis, quid ij dicant? Et cum oporteret deinceps adorare, & admirari, erant valde perplexi, & incerti quid agerent, & cum deberent vnusquisq; inter se dicere, Non audis, quid hi dicunt, id seipsis dimissis Christo dicebant. Et cur non emissa est vox Angelorum? Quòd illud quidem visum seu spectum eis potuisset videri, ad hoc autem nihil poterant contradicere. Quid autem dicebant pueri?
D Nihil graue aut importunum, nec quod eos iure posset percellere, sed quod eius cum patre consensionem maxime significaret. Mat. 21 Benedictus dicebant, qui venit in nomine domini. Tunc ergo eorum coercuit impudentiam, postea autem vrbem quoque eorum euertit, nec est vlla pars totius orbis terrarum, quæ sit Iudæorum calamitatis expers, sed quemadmodum, qui corpore est mutilo, vndequaque circumcursat, sua vulnera ostentans, & quemadmodum Iudices, cum multos homicidas de medio sustulerint, vnum furcæ affigunt, vt vel ipsis mortuis, tanquam recenter inflictum supplicium, viuos coerceat, & in officio contineat, ita hic etiam non mortuos, sed viuos omnibus exemplum proposuit, eos quoquouersus dispergens, & qui vnam habitabant regionem nunc, sunt dispersi per totum orbem terrarum. Et si causam rogaueris, nullam aliam inuenies, quàm quòd Christum crucifixerint. Cur enim (dic mihi) hoc ita
E factum est? Sed etsi id aliquando factum est, in vnam gentem exterminati sunt, & ad paucos annos. Nunc autem non sic, sed infinito supplicio puniuntur. Et si eos rogaueris, cur Christum crucifixistis, dicunt. Quòd esset impostor, & præstigiator. Vos ergo oportebat propterea honorari, & fines vestros propagari, vt qui Deo fecissetis rem gratam. Qui enim impostorem, & præstigiatorem, & Dei aduersarium de medio sustulerit, is Dei hostem sustulit. Nu. 25. Qui autem hostem sustulit, is iure optimo laudetur. Nunc autem Phinees, quidem, quòd vnam meretricem interfecit, tantam laudem a Deo est consecutus, vt sacerdotio, & tanto honore dignus habitus fuerit. Vos autem, quos multo maiori honore affici oporteret, si modo impostorem occidissetis, non modo nullo honore afficimini: sed, quod longe est grauius, errones, & exules, nullamque certam sedem aut patriam habentes, huc & illuc abitis. Hoc ergo nulla alia de causa passi estis, quàm quòd præsidem, & benefactorem, & veritatis doctorem crucifixistis. Si fuisset enim impostor, ac planus, & Dei aduersarius, & cum Deus

non

non esset, voluisset esse Deus,& patris honorem ad seipsum attraxisset:& Phinee, & F
Samuele,& illis omnibus oportuit,vos magis honorari,qui legis defendendæ tantum zelum ostenderitis. Nunc autem quod nunquam passi estis cum idola coleretis, cum impij essetis, cum filios interficeretis, hæc nunc passi estis, & nulla datur ratio, vos liberandi a malis,& errones,exules,vagabundi, & Romanorum legibus seruientes terram,& mare abitis,migrantes,nullasque certas sedes,vrbes aut domos habētes, & in seruitutem redacti,& a patria, & a sacerdotio,& omnibus,quæ prius habebatis, expulsi estis,in medijs barbaris,& gentibus innumerabilibus dispersi, omnibus hominibus exosi,execrandi,& omnibus,ad iniuriam accipiendam expositi. Et merito quidem. Non enim præmia accepistis, quòd Dei inimicum occideritis: hoc mera est insania,& nugę. Quæ enim nunc patimini, non sunt eorum,qui Dei inimicos occidūt, sed eorum,qui amicos interimunt.Sed nos, o amice, inquit, hæc non dicimus. Propter nostra peccata hæc patimur. Nunc confitemini increduli. Et quænam peccata? Nunquid nunc primum peccastis? Nunc certè mitiores, & moderatiores euasistis. Sed nondum hoc agimus, sed vos illud lubenter interrogarem, quamobrem G
prius semper peccantes,Dei benignitatem, & clementiam sensistis, nunc autem non item dem, & quod est admirabilius,nunc maiora peccata committentes. Tunc enim, & Nu. 25. Exo.31. Ps.105. Exe.16. Exo.14. &17. Beelphegor initiabamini, & vitulum adorastis.& filios occidistis, & filias de medio sustulistis, idque cum vobis signa abunde supperterent, nunc autem cum nec videatis mare diuidi, nec petram frangi, nec adesse prophetas, nec vestri consuetam sentiatis prouidentiam,maior tamen apparet probitas & vitæ moderatio. Quænam est ergo causa,quòd quando minus peccatis, & maior est vestra modestia, maior est pœna ac supplicium? An non est, vel stultis clarum est,id ideo fieri, quoniam maius est vestrū nunc peccatum? Quandiu enim in seruos peccastis,veniam estis assecuti, vt cum prophetas interficeretis, & lapidibus impetere Mat.23. Actо.7. Heb.11. tis,sed postquam manus in dominum,iniecistis,vobis deinceps euasit vlcus immedicabile,& ideo quadringenti iam anni prætierierunt, ex quo ciuitatis,vel ipsum solum perijt, sublatum est sacerdotium, regnum abruptum,confusæ tribus, præclara illa, & Dan. 3.
magnifica euanuerunt,& ne vestigium quidem est apud nos reliquum, quod nunquā H
ante factum est. Sed in principio quidem cum dirutum esset templum, remanebant prophetæ,& supp editationes spiritus,& miracula,nunc autem,vt clarè intelligatis deū vos esse perpetuo auersatum, ea quoque sublata sunt,& seruitus,& captiuitas, & rerū omnium euersio,& quod est omniū difficillimum,Dei vos inuasit derelictio,& perinde fecit Deus, vt siquis seruum ingratum, sæpe flagris cæsum, & non correctum, vestibus exutum,nudum,desertum,vagabundum errare permitteret, mendicantem, & vndique iectum. Antea autem res vestræ non ita se habebant, sed apud vos erant prophetæ,& in Aegypto,& Babylone,& in deserto. Moses in Aegypto,& Babylone Daniel,& Ezechiel, in Aegypto rursus Hieremias,& miracula adiecta miraculis, clarioręque,& illustrior gens euasit, vt quæ apud vos captiuus Regibus esset superior. Sed nunc illa omnia perierunt, & supplicium est grauius prioribus, non solum propter longitudinem temporis,sed etiam propterea quod estis vndequaque derelicti. Quanam ergo de causa, dic quæso,quando I
plura peccabitis, tanta vestri erat cura, ac prouidentia: quando autem pro lege zelo accensi estis, passi estis grauiora? Ex hoc enim Deum damnatis iniustitiæ, quòd peccatores quidem honoraret, eos autem, qui se rectè, & ex virtute gerunt, contempserit. Si enim impostorem, vt dicitis, sustulistis,vos rectè ac præclarè gessistis. Vel si iustus est Deus, vt certè est iustus, clarum est vestra nunc esse grauiora peccata. Si autem nec nunc impij estis, nec filios,vt ante sacrificatis, quodnam est aliud peccatū,propter quod grauiora passi estis? An non est euidens,quòd crucis facinus est veluti quidam colophon, & summa omnia malorum? Hoc vos magis perdidit, quam idolorum cultus, vituli conflatio, & filiorum occisio. Non est enim conferendum filium suum interficere, & dominum suū crucifigere. Propterea, quando filios quidem occidebas, veniam es consecutus: sed quando dei filium,& tuum dominum occidisti, puniris deinceps absque vlla venia. Quot sunt anni ab exitu ex Aegypto, vsq;

ad

ad aduentum Christi? Mille & quingenti puto, & plures. Quomodo ergo in his omnibus, vos peccates passus est, nunc autem,
K vos abiecit, quando maxime coronare oportuit, & si multa peccassetis? Præclarum enim esset vestrum facinus, si impostorem occidessetis. Cum hoc autem nunc, & sabbata obseruare videmini, & idola minime adoratis, & alia seruare magno studio contenditis. Quando ergo, & vita vestra est melior, & tam præclarum, vt dicitis, facinus feciſtis, tunc vltima patimini. Quid hac in sania fuerit deterius? Quid hac amentia? quod cum vos defendere velitis, blasphemijs, & maledictis Deum insectamini. Si enim, quòd aduersus Christum peccastis, non est illis omnibus deterius, sed id a vobis, vt dicitis, iuste & recte factum est: cur vos quidem punit vos rectè gerentes, peccantibus autem pepercit? Hoc non solum Deus, sed nec vllus homo mentis compos, facere in animum induxerit. Sed quid ad hæc dicunt? Diſiecti sumus, vt essemus orbis terræ doctores. Nugæ sunt hæ, & ineptiæ. Eos enim, qui futuri sunt doctores, se prius recte gessisse oportuit, & tunc ad id mitti, cuiusmodi fuerunt prophetæ, & Apostoli, cum autem ipsi sint peruersi, & omni
L vitio referti, quomodo ad docendum processerint? Videamus ergo qualis eorum fuerit vita, quæ præcessit. Inuenietmus enim eos beluis fuisse immaniores, nam & parricidæ, & filicidæ, idolorumque cultores, & alienorum bonorũ occupatores fuere, eorum autem sunt plenæ prophetię. Ac vestram quidem libidinem ac incontinen-
Hier. 5. tiam significans Hieremias dicebat. Equi in equas insanientes facti sunt, vnusquisque hinniebat ad vxorem proximi. Quid hac fuerit peius immunditia? Non enim vt homines cum suis inuicem vxoribus coibant, & ideo eorum furorem appellauit hinnitum, nec eos solum arguit fornicationis, sed eos etiam accusat adulterij, quod etiam ab eis impudenter admittebatur, quemadmodum in brutis. Alius au-
Amo. 2. tem propheta dicit, Ingressi sunt ad mu-
ἐπὶ αὐτὴ τὸν πα- lierem facientes velamenta, filius & pater
τέρα ad eandem puellam. Propterea ergo, dic
Ezc. 5. quæso, vos misit doctores, vt fornicationes & adulteria discernemus, & quòd oportet patrem, & filium idem innire cubile? Quid vero Ezechiel? Nec secundum gentium quidem legitima feciſtis, inquit. Eos ergo, qui erant deteriores gentibus, dic mihi, Doctores misit? Factas autem ab eis cædes, M
quis ferre possit? Filios enim, & filias mactarunt dæmonijs, & eos combusserũt. Hoc autem Dauid quoque ostendit, dicens. Et mactarunt filios suos, & filias suas dæmonijs. Propterea ergo vos misit, vt hoc discerret natura hominum, quòd oportet filios, & filias mactare dæmonijs? Non erubescitis, nec pudore suffusi vos tegitis, cum huiusmodi nugas cominiscamini? Alius enim dicit. Sanguinem miscent sanguini, & execratio, & mendacium, & furtum, & adulterium fusum est super terram. Alius autem. Facta est tibi facies meretricis, erga omnes fuisti impudens. Alius rursus. Principes vestri tam quam lupi Arabiæ. Alius rursus. Non est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Egressi ergo estis, vt hæc doceretis impudentiam, amentiã, fornicationes, adulteria, cædes, omnem viam improbitatis? Nõ cessatis nos cogere vestra mala traducere. Vos estis, qui erigimini ex vtero, & docemini vsque ad senectutem. Vos estis cæci, & qui vos inuicem in foueam præcipitatis. Cæcus enim, inquit, cęcum ducit, & ambo in foueam cadent. Qui prophetas semper habuistis, & nunquam facti estis meliores, futuri estis aliorum doctores? Non cessatis A
hæc nugari, & vestram non agnoscitis culpam. Hoc enim vos semper perdet, quòd vestrorum malorum nolitis fundamẽtum cognoscere. Propterea (quòd faciunt iudices) qui iubent, vt eos, qui flagris cæduntur, sequantur, qui clament, & dicant cur cædantur, si fures, si raptores: ita etiam Deus, vos vbique traducens, iussit sequi prophetas, qui causam dicerent supplicij. Vbiq; enim terrarum vna vobiscum vincti sunt qui etiam nunc adhuc vobis inclamant. Et si in synagogas ingrediaris, audies assidue eos hæc verba dicere. Et Dauid quidem describens illud, quod latrocinij instar habebat, Caiphæ iudicium, dicit vos propterea perijsse. Cum enim dixisset, Disrumpamus vincula eorum, & abijciamus a nobis iugum ipsorum, subiunxit. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Esaias autem, cum dixisset ouem ductam esse ad occisionem, subiunxit. Et dabo improbos pro sepultura sua, & diuites pro

Ose. 4. Hier. 5. Eze. 22. Psal. 13.

Esa. 40. iux. 70. interpr. Psal. 70. Mat. 15.

Psal. 2.

Esa. 53.

Esa. 53.

tes pro morte sua. Et rursus alibi de vite lo
quens. Expectaui, vt faceres iustitiam, feci-
B sti autem iniquitatem, & non iustitiam,
Mat.27. sed clamorem. Quemnam autem clamo-
Mat. 15 rem? Crucifige, crucifige. Et subiungit. Pro-
Luc.23. pterea diruam sepem eius, & erit in concul
cationem, & mandabo nubibus, vt nō pluāt
super ipsam pluuiam. Non propter ea ergo
disperli estis, sed propter ea quæ in Cruce
ausi estis. Id q; manifestum est ex prophe-
tis. Et sciatis Christi virtutē, & vt ex vobis
ipsis discatis, quæ nō didicistis a prophetis,
videte res quoq; ipsas id testātes. Quod.n.
vos lex non docuit, hoc ex redundāti copia
fecit Christi potentia. Quandiu.n.legē ha-
buistis, & occidebatis, & filios mactabatis,
& adulterabatis. Postquā autē illuxit sol iu-
stitiæ, de vestris malis multum decessit, &
moderatius vitā instituistis, correcti per ve
stram in nos æmulationem. Propterea vos
dispersit, vt scirctis quātā in terris plantarit
rempublicam, & templū soluit, vos vel inui
tos a vitio abducens, & vbi templum fuit so
lutum, illic etiā Christus sepultus est, vt pp
illius sepulchrum recedentes viderent etiā
C trophæum illius potentię, & verbum stetis-
Mat.24. se, quod dicit. Nō manibit hic lapis super la
pidem. Vbiq; .n. sunt eius trophæa, & moni
menta potentiæ. Sin autem erat, vt dicitis,
impius, & Dei aduersarius, etsi innumerabi
lia peccata fecissetis, ne sic quidem puniri
oportebat, etsi oportebat, nō tūc, nequis exi
stimare vos pro illo pœnas luere. An nō au-
distis Deum dicentem, quando eratis in ca-
Eze.36. ptiuitate, Non propter vos facio, sed pro-
pter me, ne meum nomē prophanetur? At-
qui tunc erat maior vestra improbitas,
sed tamen, inquit, ne existiment barbari
me esse imbecillum, dimitto vestra peccata
& conseruo vos. Deinde tunc quidem vos
inique vos gerentes seruauit, ne eius nomē
prophanaretur: nunc autē hoc non feciſſet?
Si.n. vel innumerabilia peccata fecissetis,
vos nihil oportuit pati eiusmodi, si fuisset
impostor Christus, nequis existimaret vos
illa propter ipsum esse passos, sed etiam con
seruatos vos esse oportuit, etsi, vt iam dixi,
vos pati oportuit, at non tunc. Nunc autem
hæc simul facta sunt. Quādo enim crux p-
cessit, paulo post exierunt Apostoli, & diffi
cile bellum aduersus illam ciuitatem suscita
tum est, &, quod est in Euangelijs, væ lactā
tibus, & prægnantibus, & oia illa exitum
sortita sunt, & illud, tūc erit tribulatio, qua- D
lis nunquam ante fuit, impletum est. Nam, Mat.24.
& mulieres filios comederūt, & hostes per- Luc.21.
fregerūt ventrem mortuorum, & ignis bar Ios. de
baricus est omnia depopulatus, & omnia bello Iu
erant plena sanguine, & nouæ tragœdiæ, & daico.
vniuersus orbis terrarum refertus erat
malis Iudaicis. Hæc ergo apud vos cogi-
tantes, vestrum dominum agnoscite. An
non prophetas occidistis? Nunquid tale q̄d
passi estis? Non altaria diruistis? Nunquid Exo.32.
talis vobis contigit calamitas? Non vitu- Nu. 25.
lum adorastis, & Beelphegor estis initia-
ti, & naturam gnorastis? Nunquid tales hos-
tes experti estis? An non, vel in medijs
beneficijs immemores, & ingrati seruati
estis? Vnde ergo innumerabilia in vos ma-
la profecta sunt? An non clarum est, quòd
ex eo, quòd in dominū ausi estis peccare,
non in seruos? Vnde nec est vobis a malis li
beratio, nec erit. Si esset enim, eā prædixis-
sent prophetæ. Nunc autem dixerunt qui-
dem captiuitatem, sed non reditum, licet
bona supplicijs assidue admiscentes, & tem-
pora definientes. Etenim Hieremias desi- Hie. 26.
nijt septuaginta annos, & Daniel similiter & 29.
70. hebdomadas, & dimidium. Quin- E
etiam prædictum est eos quadringentis, & Dan. 9.
trigintas annis in Aegypto seruituros. Hu- Gen. 15
ius autem captiuitatis nusquam situm est Mat.23.
tempus, nec finis, sed relicta est vestra do-
mus deserta, & quotidie res vestrę deterius
procedunt. Hæc apud vos considerantes, &
quæ breuiter dicta sunt, fusius tractantes
(Da enim sapienti occasionem, & erit sa-
pientior) illorum impudentiam immemo- Prou. 9.
remque, & ingratum animum poteritis re-
fellere. [Quoniam videbo cęlos tuos opera
digitorum tuorum.] Alius. [Video enim cę
los, lunam, & stellas, quæ tu fundasti!.]
Alius, Parasti. Alius, Stabilijsti. Cum dixis-
set, destruxisti inimicos, splendidæ huius vi
ctoriæ affert probationē. Tu enim, inquit,
qui crucifixus es, qui de medio sublatus es,
apparuisti orbis terrarū creator, & opifex.
Propterea dicit, Videbo cœlos tuos, signifi-
cans multos non hoc antea cognouisse, po-
stea quidē certe omnes scient. Et cur non
vniuersas orbis terrę partes persecutus est?
Quod eorū, quæ videbantur opportuniora
secutus, de alijs docere minime opus ha-
buit. Adeo ergo destructi sunt inimici, vt
qui ab eis expellebatur, & ab eis de medio F

ſublatus eſt, omnium, quæ videbantur, apparuerit opifex. Et quare non dixit, Manuum tuarum, ſed, Digitorum tuorum? Minimæ operationis opus oſtendens ea, quæ videntur, & admirabilitatem opificij, quòd ſuſpenſæ ſtellæ non cadant, etſi natura fundamentorum exigat, vt inferne non ſuperne iaciantur, ſed opifex qui eſt optimus artifex, & qui facit admirabilia, in his, quæ apparent, plura fecit ſupra naturæ conſequentiam. Et quare nihil dicit de poteſtatibus incorporeis? Illinc etiam oſtendit eius creationē, quòd tunc cū hoc agebatur, vt ipſi diſcerent de ijs, quæ apparebant. Et propterea eius quoque paret, cum ſuſque deque cum Iudæis loqueretur, non dicit, Ego feci
Eſa. 48. Angelos, & Cherubim, ſed Ego cœlum extendi: manus mea terram fundauit, dextra mea firmauit. Et omnem ſemper orationē conſumit in ijs, quæ apparent, omnia agens ad ſalutem auditorum. Cum enim eſſent craſſiores magis ducebantur ab ijs, quæ videntur, quàm ab ijs, quæ ſub viſum non cadunt. Propterea Paulus quoque ſemper ingrediens, & concionans, ducit exordium a
Act. 17. creatura, quæ videtur, dicens, Deus qui fecit cælum, & terram, & mare, & omnia, quę
G in eis ſunt, & a pluuijs annuis, & a genere hominum ducit exordium orationis. Si enim dixero eum feciſſe Cherubim, duo erūt mihi probanda, quòd ſunt Cherubim, & quòd ea fecerit. In ijs autem, quæ videntur, cogor ſolum oſtendere eum illa feciſſe. Quocirca eſt etiam oratio facilior, habet enim viſum teſtem eorum, quæ dicuntur, videt enim auditor magnitudinem, pulchritudinem, & vſum, conſtantemque ac numeroſum curſum. In hoc ergo eſt ſolum mihi ſtudium ponendum, vt oſtendam id Deum feciſſe. Et quare non meminit ſolis, ſed lunæ, & ſtellarum? Hoc cum dixit, illud quoque ſignificauit. Quoniam enim nonnulli a Dei opificio noctem ſeparant, per lunam eam oſtendit, dicens eum etiam huius eſſe opificem. Non eſt autem parua ſtellarum varietas, & lunarium curſuum demonſtratio. [Quid eſt homo quòd memor es eius, aut filius hominis quòd viſitas eū?] Alius, Quid quòd virtutem eius recordaris? Alius pro viſitas eum, dicit, Viſitabis. Poſtquam dixit de opificio, & vniuerſum ex parte ſignificauit, inſerit deinceps ſermonem de
H prouidētia hominum. Nam illa etiam, quæ dicta ſunt, ſunt propter genus noſtrū, quin etiam, quæ eorū habetur cura, & prouidentia, vniuerſa enim creatura propter hominem. Verum enimuero aliud quoque genus pertractat prouidentiæ, & non temere, ſed valde prudenter, & grate de his dicere aggreditur, pro toto orbe terrarum agens gratias, & vniuerſum dicens beneficiū, & oſtendens magnitudinem eius diſpenſationis in hominem. Si enim nihil erat antea: multo magis quando Chriſtus acceſſit poſt tot, & tanta peccata, & oſtendit Chriſti aduētum ita fuiſſe, vt ei parceret, & is a ſumma proficiſceretur clementia. Nam tanquam optimus aliquis medicus, egrotis relictis venit ad nos qui laborabamus, qui nihil eramus. Hoc ergo oſtendens, dicebat. Quid eſt homo? Pro eo quod eſt, Nihil eſt, eſt quid vile. Ad tantam enim reſpiciens Dei curam, & prouidentiam, ad ea, & quæ fecit pro ſalute hominum, valde ſtupet, & admiratur cur eum tanta ſit prouidentia dignatus. Conſidera enim eſſe propter ipſum omnia, quę videntur, propter ipſum, quę ab Adam vſque ad eius aduentum diſpenſata, & adminiſtrata ſunt. Propter ipſum paradiſus, & præcepta pœnę, & miracula, ſuppliciaque, & beneficia poſt legem. Propter ipſum Dei filius homo factus eſt. Quid dixerit quiſpiam futura, quę eſt conſecuturus? Hęc ergo omnia reputans, dicit. Quid eſt homo tantum, quòd tot, & tantis dignus fuerit habitus? Siquis enim conſiderauerit quot, & quanta propter ipſum facta ſunt, & fiant, & quanta ſit poſtea percepturus, multo horrore implebitur, & tunc clare videbit, quantæ curę Deo ſit hoc animal.
[Minuiſti eum paulo minus ab Angelis.] Alius, parum à Deo. Hebręus autem
וַתְּחַסְּרֵהוּ מְעַט מֵאֱלֹהִים Hic meminit condemnationis, & veteris peccati mortem in medium reducens. Quin eam quoque ſoluit, cum veniſſet, vnigenitus. [Gloria, & honore coronaſti eum.] Alius, Gloria & authoritate coronabis ipſum, licet quidē hęc, & hiſtorice licet, & anagogice accipere. Dicit enim eius, & imperium, quòd ei cum factus eſt traditum eſt. Dicit etiam, quę bona conſecutus ſit poſt aduentum Chriſti. In principio enim audijt, tremor, & metus veſtri erit ſuper omnes beſtias terrę. Et Imperent piſcibus maris, eſt hęc autem, Calca-
K te

te ſuper ſerpentes & ſcorpiones. Sed his dimiſſis, contexit orationem ex humilioribus relinquens illa conſideranda ijs qui poſſunt cernere acutius. Gloria enim maior & honor ea ſunt quæ fiunt in nouo teſtamento, quãdo habet Chriſtum caput, quando eius corpus efficitur, quando fit frater & cohæres, & conformis eius corpori, quando maiorem Moſe accipit gloriam, ſicut ſignificauit Paulus, oſtendens quòd non quemad
2.Co.3. modum Moſes imponebat velamẽ, ſed omnes reuelata facie domini gloriam contemplamur, & ideo dicit. Non enim glorificatum eſt quod glorificatum eſt in hac parte propter excellentem gloriam. Hanc ergo gloriam dicit propheta per anagogẽ. Quid enim eſt cum ea conferendum, quando ſimul cum Angelis choros ducimus, quando in filios adoptamur, quando nec vnigenito quidem pro nobis parcitur? Qua non purpura, quo non diademate ſunt hæc longè ſplendidiora, quando mortem irridemus, quando ad poteſtatum incorporearum impatibilitatem traducti ſumus, qui prius eramus contempti, inglorij, & execrandi? Adã, cum ne boni nec mali quid feciſſet, ſtatim honoratus eſt, cum primum factus eſt. Quomodo enim feciſſet qui non erat? Nos autem qui mala fecimus innumerabilia, lon
Ioan.15 ge ſumus maiorem honorem aſſecuti. Non amplius, inquit, dico vos ſeruos. Vos enim amici mei eſtis. Non amplius noſtri cauſa
Act.8. pudore ſuffunduntur Angeli, ſed etiam no
Luc.2. ſtræ ſaluti deſeruiunt. Nam & ad Philippum venit Angelus, & ad multos alios & Euangelium nunciabant hominibus. Non terræ autem hæredes, ſed ſumus ſocij bono rum cęleſtium, & Chriſti participes, & venimus ad communionem vnigeniti. Hæc omnia per gloriam & honorem ſignificat. Quamobrem dicit etiam alius, gloria & ho nore coronabis eum, prædicens quod futurum eſt.] Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.] Alius. Feciſti vt haberet poteſtatem operum manuum tuarum. [Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Oues & boues vniuerſas inſuper & pecora cãpi.] Alius, feras. [Volucres cęli & piſces maris, qui perambulãt ſemitas maris. Domine do- M minus noſter quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.] Quemadmodum cum de creatione loquitur, nõ ſolum ſupernas attingit poteſtates, ſed etiam orationẽ deducit ad ſenſilia: ita etiam cum docet de honore habito hominibus, cum tantum ſignificaſſet illa arcana, & incorporea, quæ enumerauit, nũc amplius immoratur in ſenſilibus. Quænam autem ea ſunt? Terrenum illi datum imperium. Eſt autem admirabile, & quod maxime ſignificauit, quòd eum honoratum ante tranſgreſſionem ne poſt peccatum quidem priuauit honore, Minuiſti enim, inquit, eum paulominus ab Angelis, hoc eſt, morte condemnaſti, cum peccaſſet. Non tamen poſtquam eum morte condemnaſti, dono eum ſpoliaſti, & propterea poſtquam illud dixit, hoc ponit, oſtendens inenarrabilem Dei clementiam, quòd vel diminutum propter ſuam tranſgreſſionem permiſit eſſe, glorię honore coronatum, nec ei abrogauit imperium. Si autem parum quid detraxit, hoc eſt etiam eius prouidentiæ. Nam ante inobedientiam, dominabatur beſtijs. Poſt inobedientiam autem, de hac poteſtate aliquantum detractum eſt. Nam nunc etiam dominatur eis aliquibus A artibus, ſed cum timore ac tremore. Nam nec totum imperium ſuſtulit, nec totum reliquit, ſed quæcunque erant ei quidem ad alimentum, & exercitium neceſſariæ, ſubiectas eſſe permiſit, quæ autem ſunt efferatiores, non itidem, vt ex ſua cum illis contentione primi parentis Adæ veteris peccati admoneretur. Vnde etiam ex eo, quòd non valde nobis ſubijciuntur, magnum lucrum accedit. Quid enim nos iuuaret, ſi leonem noſtræ poteſtati obnoxium, & mãſuefactum haberemus? Quid nobis prodeſſet ſi pardum haberemus cicurem? Nihil, niſi ad arrogantiam tantum, & ſuperbiam. Propterea has quidem permiſit eſſe exemptas ab imperio, quæ ſunt autem nobis vtiles effecit manſuetas, bouem arantem, & ouem amicientem noſtri nuditatem corporis, & iumenta apta ad ea vehenda, quæ importari aut exportari poſſunt, aues & piſces vt eſſet nobis menſa lautior. Quemadmodum enim cum quis exhæredat filium, nõ priuat eum omnibus, ſed parte aliqua, vt ſe B corrigat, ita etiam Deus. Immo non ſic, ſed contra potius. Qui enim exhęredat, maiori parte priuat, minorem vero relinquit, Deus autem maiori relicta, exigua priuauit portiuncula. Idque ad eius vtilitatẽ, ne alia omnia facile ſuperaret. Sed hoc ipſum eſt etiam Dei prouidentię. Eius enim

ſapientiam excitans, & arrogantiam deprimens, & intempeſtiuum otium interrumpens. Quoniam ſi ei omnia cum facilitate ſuccederent, ſupinus, & diſſolutus euaſiſſet, comparando rerũ vſui amiſcuit quandã difficultatem, & nec omnibus cum labore, nec omnibus ſine labore frui permiſit, ſed q̃ ad vſum quidem ſunt ſine labore, & ſudore habere permiſit, ſed quæ ſunt ad delicias, cũ labore, & ſudore, volens hanc quoque nobis nimiam præſcindi facultatem. Si quis autem dicat, & quis eſt nobis vſus ferarum, dicemus. Primũ quidẽ, animæ humilitatem efficiunt, & vt homo ſe exerceat, & ad certamen comparet, in cauſa ſunt, & vel valde arrogantem propriæ naturæ admonent, quãdoquidẽ brutum eſt ei terribile. Iam vero laborantibus quoque corporibus multa ex his fiunt medicamenta. Qui hæc autem interrogat curnam feræ factæ ſint, interrogabit etiam cur in nobis ſit bilis, & pituita.

ἑξετρα χηλι'σθη.

C Nam ea quoque ſi incitata fuerint, exeunt fera vehementius ac perniciosius totique corpori exitium afferunt. Porro autẽ nobis quoq; ineſt ira, & cupiditas, quę ipſe quoq; feris grauius nobis incommodũ afferunt, niſi ea coerceamus, & refrænemus. Quid autem dico animum, & iram, cum ipſe etiam noſter oculus in peiores quàm feræ affectiones nos præcipitet, vt qui nos in amorem acerbum totos defigat? Sed non propterea dicemus, cur hæc facta ſunt, ſed etiam pro omnibus Deo gratias agemus. quod enim eſt puero ſcutica, hoc eſt fera hominibus. Si enim cũ, vel tot rebus aſperis, & difficilibus contineantur, plures tamen in tantam extolluntur arrogantiam, ſi hoc etiam frænum ademeris, conſidera quo ſit tandem proceſſura improbitas, ea de cauſa datum eſt nobis corpus adeo valetudinarium, morbisq; obnoxium patibile, quod obſidetur a malis innumerabilibus, & terra quæ ſua ſunt producit cum laboribus, & vniuerſa vita plena eſt ſudoribus, quoniam præſens vita eſt veluti quoddam gymnaſium, ſeu locus in quo exercentur pueri, otiumque, & remiſſio plures perdit homines, propterea nobis laborem, & inquietudinem admiſcuit, vt tanquam a quibuſdã frænis caſtigetur acrimonia mentis, & vigilantia. Tu autem conſidera quomodo ea etiam, quæ natant per profunditatem aquarum, & quæ ſublime tolluntur, per artem tibi dominus ſubiecerit. Et cur non omnia, quæ videntur perſecutus eſt, plantas, arbores, & ſemina? Ex parte totum ſignificauit, & ſtudioſis de ijs, quod dicerent reliquit. Et rurſus in eundem definit finem, ex quo cœperat. Domine Deus noſter, & ante probationem, & poſt probationem eadem verba ponens. Perſeueremus ergo nos quoque eadem aſſidue dicere, admirantes eius prouidentiam, ſuſpicientes ſapientiam, clementiam, quam noſtri gerit prouidentiam. Et hæc quidem a nobis dicta ſunt ad interpretationem. Si autem vultis, rem quoq; maiori contentione agamus, & Iudæos rogemus, vbinam vocem puelli emiſerint. Vbi autem inimicum talis vox deſtruxerit, quando autem eius nomen fuerit admirabile, ſed aliud tempus, quàm hoc non poterunt dicere, quod ſole clarius oſtendit vim veritatis. Et ideo dicit, videbo cęlos opera digitorum tuorum, & tamen iam dixerat Moles, fecit Deus cęlum, & terram, ſed aduerſus Iudæos quidẽ ſufficiunt, & hæc, & quæ ante dicta ſunt. Sed quoniam, qui illorum dogmata, ſi demantur circunciſio, æmulantur, Pauli Samoſateni aſſeclæ, dicunt Chriſtum fuiſſe ab eo tempore ex quo ex Maria proceſſit, illos etiam rogemus. Quomodo ſi ab eo tempore erat Chriſtus, cœlos fabricatus eſt? Eundem enim hic eſſe dicit, qui ex ore infantium, & lactentium laudem perfecit, & qui cęlos fabricatus eſt. Si autem eſt cœlorum opifex, reſtat vt fuerit ante cęlos, & nec duxit initium ex Maria, immo erat ante Mariam. Conſidera autẽ Prophetæ ſapientiã. Non enim eum ſolummodo induit opificem, ſed etiam fabricantem cum magna facilitate. Et ideo dicit, videbo cęlos opera digitorũ tuorũ, non q̃ habeat Deus digitos, ſed minimę eſſe operationis oſtendens, quę videntur, familiaribus nobis, & conſuetis nominibus docens, quæ ſunt ſupra nos. Nam etiam quando dicit. Qui metitur cœlum palmo, & terram pugillo: non pugillum, & palmum ſignificans, hæc dici, ſed volens Dei infinitam oſtendere potentiam. Quomodo ergo audent nonnulli filium dicere adminiſtrum? Qui enim ne vniuerſam quidem ſuam mouit operationem, quando cęlum facere oportuit, quid dico totam, ſed qui ne minimam quidem, ſed quod erat, vel maxime puſillum, quo-

Gene. 3. Iob. 5. Ibid. 7.

E Gene.

Heb. vl.

Eſa. 40.

F

quomodo fuerit administer? Quomodo
Io. 5. administer, si quæ facit pater, ea quoque
facit filius similiter? Vbi est enim illud si-
militer, si hic quidem est administer, ille
Ps. 101. vero opifex? Quomodo autem dicit eius
esse opera, aliquando quidem dicens, Do-
mine tu ab initio terram fundasti, & opera
manuum tuarum sunt cœli, hic vero, vide-
bo cœlos opera digitorum tuorum? Non
enim administrorum sunt opera, sed opifi-
cum, & siquis sit administer, non illi attri-
buitur opus, sed ei qui fabricatur. Ergo ea
Ge. 1. & 2. etiã, quæ ante a Mose dicta sunt, dicta sunt
de filio, nempe illud, In principio fecit
Deus cœlum, & terram, & illud, dominen-
tur piscibus maris. Is enim, qui perfecit
Heb. 1. laudem ex ore infantium, & lactentium, is
visitauit hominem. Quę ergo de patre di-
cit Moses, ea Paulus de filio accipit, ma-
gnam æqualitatem ostendens. Cum ergo
liceat sanctis, quæ de patre dicuntur, indi-
scriminatim filio tribuere, & quæ de filio,
G Iob. 1. patri, omnia enim per ipsum facta sunt: vbi
administri nomen omnino situm est?
Hoc nusquam viderit quispiam. Immo,
inquit, dictum est, per ipsum. Quid quod
1. Co. 1. hoc ipsum etiam de patre dictum est? Au-
2. Ti. 1. di autem quomodo. Fidelis Deus per quem
vocati estis in societatem filij sui. Et rur-
Ro. 11. sus. Paulus Apostolus Iesu Christi per vo-
luntatem Dei. Et rursus. Quoniam per ip-
sum, & ex ipso, & in ipsum omnia. Quanam
ergo de causa eum dicitis administrum? Vt
patrem honoremus. Atque dicit filius. Vt
omnes honorent filium, sicut honorant pa-
trem. Qui autem non honorat filium, cla-
rum est, quòd nec patrem. Quid ergo, in-
quit, patrem dicam filium? Nequaquam.
Non enim dicit, vt me dicaris patrem, sed
quid? Vt filium manentem honoretis, vt pa
trem. Quòd si patrem dixeris filium, om-
nia confuderis. Manente ergo hac proprie-
tate est honor communis. Propterea enim
dixit filiũ, & patrem, ne confunderetis per-
sonas, seu hypostases. Si autem non esset
eadem substantia, quomodo æqualem ho-
norem exegisset? Quanam ergo de causa di
H cit Christus multa abiecta, & humilia? Et
nos docens humilitatem, & propter indu-
mentum carnis, & propter fluporem Iu-
dęorum, & quòd oporteat genus hominum
deducere paulatim ad cognitionẽ, & quòd
essent imperfecti auditores, & alioqui sæpe
loquitur ad auditorũ existimationem. Sub-
limiora enim sunt ea quę sunt solius digni-
tatis, vel potius quodcunque de Deo dixe-
ris, est longe illa substãtia inferius, & ad de-
missionem ad auditorum quę captum accõ-
modationem pertinet. Quid vis enim dice-
re? Magnus Deus. Atqui hoc est paruum,
si de Deo dicatur. Magnum enim, quan-
tumuis sit magnum, est finitum. Sed Deus
est infinitus. Et hoc etiam paruum est, si de
Deo dicatur. Quod enim finem non habet,
scio, sed quid sit aut vbi sit nescio. Et si sa-
pientem, etsi bonum dixeris, ea ipsa quoque
sunt infinita, nihil de illa substantia dixisti
pro dignitate, sed verbo adesse oportet sen-
sum Deo dignum. Si hæc ergo adeo ma-
gna dignitatem non ostendunt: quomodo
venia digni fuerint, qui hæc quoque man-
ca, & mutila efficere conantur? Fugiamus
ergo eorum conuenticula, & cum didiceri- I
mus vnigeniti ante secula essentiam, opifi-
ciam facultatem, authoritate præditam po-
testatem, nec vllam eius esse a patre diuer-
sitatem, œconomiæ demissionem, multipli'
cem eius in nos curæ prouidentiam, hæc
enim omnia, & his plura, thesaurus, qui in
Psalmo situs est, eos docet, qui diligenter at
tendunt: dogmata exacte custodiamus, &
vitę institutionem ijs dignam ostendamus,
vt bona futura assequamur. Quibus nos
dignos esse concedatur, Gratia, & benigni-
tate domini nostri Iesu Christi, cum quo pa
tri vna cum sancto spiritu honor, & gloria
in sæcula sæculorum. Amen.

IN PSALMVM IX.

In finem pro occultis filij, Psalmus Da-
uid. Alius, Epinicion pro morte fi-
lij canticum Dauid. Alius
pro iuuentute filij.

CONfitebor tibi Domine in toto corde
meo, narrabo omnia mirabilia tua.
Longus est hic psalmus. Hoc autem est etiã
sapientiæ spiritus. Neque enim fecit om-
nes breues, neque omnes fecit prolixos, sed
multiplici mensura hunc librum variauit,
longitudine quidem socordiam excitans,
breuitate autem leuans laborem. Confite-
bor tibi domine in toto corde meo, narrabo K

omnia mirabilia tua. Duplex est genus confessionis. Vel est enim propriorum peccatorum condemnatio, vel in Deum gratiarum actio. Hic quidem significat gratiarum actionem. Quid est autem, In toto corde meo? Cum omni alacritate animi. Cum studio, inquit, Non pro rerum successu, inquit, sed propter contraria. Hoc enim est maxime grati animi, hoc sapientiæ studiosi, in rebus etiam asperis, & aduersis gratias agere, pro omnibus gloria afficere, non solum pro beneficijs, sed etiam pro supplicijs, hoc enim maiorem mercedem cõciliat. In bonis quidem gratias agés, reddidisti debitum, in malis autem, Deum constituisti debitorem. Qui enim beneficio affectus est, & agit gratias, reddit debitum, qui autem male affectus est, & gloria afficit, is debitum acquirit. Multa alia bona Deus, & tunc, & nunc reddit. Quare nec malorum quidem sensus ad nos perueniet. Nemo enim de ijs dolore afficitur, pro quibus Deo agit gratias. Quocirca aliud quoq; hinc lucrifaciemus, quòd ægritudinem animi discutiemus. Quando enim priuatus fueris pecunijs, & gratias egeris, non tantum te mordet damnum, quantum lætitia afficit gratiarum actio. Hoc diabolo certum vulnus infligit. Hoc reddit animam studio sapientiæ præditam. Hoc de rebus præsentibus verum comparat iudicium. Multi enim homines non habent veram de his, quæ hic sunt sententiam, & ideo anguntur. Ita etiam, qui insaniunt, ea sæpe pertimescunt, quæ non sunt terribilia, & sæpe formidant ea, quæ non subsistunt, & vmbras fugiunt. His sunt similes, qui damnum pecuniæ metuunt. Non est enim naturę metus, sed liberæ voluntatis. Si esset enim res molesta, oporteret omnes dolere, qui priuati sunt. Si autem non omnes quibus ea perijt, dolent, non est hoc vtique rei naturæ, sed imperfecti animi. Quemadmodum enim in tenebris sæpe quas, vel funem timuerit, serpentem esse ratus, & omnia habet suspecta, & amicos hostes esse existimat: ita etiam quos inuasit defectio rationis, tanqnam profundis quibusdam capti tenebris, rerum naturam non cognoscunt, sed voluuntur in luto, nec fœnum existimant esse fœnum, & pleni auaritia tetrum odorem non sentiunt. Quòd si forte recesserint, tunc scient, & quemadmodum, qui deformis mulieris amore capti sunt, postquàm a morbo conualuerint, tunc sciũt deformitatem, ita etiam, qui tenentur amoræ pecuniæ. Et quomodo, inquit, potero cessare ab amore? Vtar rursus eodem exemplo. Quemadmodum, qui deformem amat mulierem si assidue quidem cum ea habeat consuetudinem, accendit fornacem, sin autem parum seipsum seiunxerit, paulatim effluit affectio, ita etiam tu parumper secede, paululum concede, & parum illud erit multum interuallum. Incipe tantum recte facere. Habes domum superfluam. Vende, & da ijs, qui indigent, non hoc reputans, quòd eam a te alienes, sed quòd eam magis propriam efficis. Non sumptum considera, sed redditum, non quòd ea hic priuaris, sed quòd eius illic dominus efficeris. Ita etiam perpetuo poteris narrare Dei miracula. Hoc enim dicit psalmus ab initio. Nam, qui tenetur amore pecuniæ, non valde potest in ea re versari, nam perpetuo meditatur vsuras, contractus, syngraphas, vænalia, testamenta, agrorum pretia, pretia domorum, lucra, cauponationes, & narrare, & cogitare non cessat. Vbi est autem thesaurus hominis, illic est etiam cor eius. Hæc loquitur, hęc meditatur, & quemadmodum serui ea, quæ sunt dominorum meditantur: ita hic etiam ea meditatur, quæ sunt domini. Quid iussit? Quid perfectum est? Quid nondum perfectum est, sed est perficiendum? Quocirca te adhortor, vt ab illa obsessione liberatus, versęris in his narrationibus, narrans Dei miracula, quæ fiunt quotidie, quæ priuatim, quæ communiter, quæ in omnes, quæ in vnumquenque. Plena est enim vita his narrationibus, & vndecunque inceperis, videbis luculentum emanare procemium, siue a cœlo, siue a terra, siue ab aere, siue a brutis, siue a seminibus, siue à plantis, & arboribus, si velis dona antiqua recensere, si quæ legem antecesserunt, si quæ fuerunt in lege, si quę sunt in gratia, si quæ post ex hoc loco excesserunt, si quæ in ipsa morte, inuenies immensum pelagus narrationum. Quanta est ergo stultitiæ, cum tot narrari possint, per quæ voluptas, lucrum, & vtilitas

Matt. 6. A

tas possit animæ accedere, luto rationem inquinare, de auaritia, & rapina narrantem? Quod si velis, supernis relictis de terra disseramus, de eius magnitudine, positione, vsu, natura, assiduis parturitionibus, rebus varijs, & diuersis, quæ ex ea gignuntur, seminibus herbis, plantis, floribus, pratis, hortis. Ab his rursus arboris vniuscuiusque figuram oratione diuidamus, positionem, altitudinem, bonum odorem, fructum, tempus, ministerium, alia omnia mente reuoluentes, ipsius terræ, & eam, quæ est ferax, & quæ sterilis. Eius enim nihil est inutile. Etenim hæc quidem ferrum, illa vero æs, hæc aurum, illa tulit argentum, hæc aromata: illa vero medicamenta varia, & omnis generis. Quid si dixerit quispiam naturam aquarū, potabilium, falsarum, vsum montium, metalla variorum marmorum, fontes, qui sunt in ipsis, arbores, quæ sunt aptæ ad tecta, & ædificia? Hæc omnia sunt fructus solitudinis, & hæc, & animalia, & omnes feras alit. Quid siquis dixerit lacus, montes, fluuios? Quemadmodum enim mulieres, quæ peperierunt, fontem lactis profundentes, natis præbent alimentum: ita etiam terra hortis, & viridarijs fluuios, & fontes tanquam mammas porrigens, ea assatim irrigat. Sed in mulieribus quidem C oportet infantem ad mammam accedere, hic autem ipsa extendit vbera, vndique ea ex alto demittens. Est etiam alius vsus solitudinis, est enim aptior ad sanitatem corporis, vt quæ præbet puriorem inspirandum aerem, & vniuersum orbem terræ ex alto circunspiciendum, & in solitudine philosophandum, & a vitæ curis parumper respirandum. Quid dixerit quispiam aues, quæ canunt, & animalium, quæ capiuntur, vitam? Habet etiam alium vsum eremus, sæpe enim prædijs murorum vicem præbuit, habens montes in altum erectos, voragines, & præcipitia. Quid enim dixerit quispiam herbas, quæ in ipsis nascuntur, quæ laborantibus corporibus magnam opem afferunt? Si autem desertorum, & montium tantus est vsus, tantaque ex eis bonorum est suppeditatio: si ad terram veneris arabilem, & supinos campos, considera. Quantos videbis fontes narrationum? Quemadmodum enim in nostro corpore hæc quidem sunt ossa, illa vero nerui, alia autem carnes: ita etiam in terra, alia quidem sunt montes, alia verò voragines, alia verò pinguia prædia. Sunt hęc autem omnia vtilia. Sed quid dico terram, quæ tantum est elementum? Si vnius arboris velis dicere figuram, vsum, fructum, folia, tempus, alia omnia, magnam vide- D bis narrationem. Si montium situm, si alia omnia. Si autem hunc ipsum hominem oratione persequaris, & ipsius corporis formationem, hinc rursus inuenies immensum pelagus narrationum. In his ergo versemur, hinc erit nobis voluptas maxima, hinc lucrum maximum, hinc ineffabile sapientiæ studium. Qua de re hoc significans, subiunxit. [Lætabor, & exultabo in te, & psallam nomini tuo altissime.] Alius. Canam nomen tuum. Non est hoc paruum genus philosophiæ lętari in Domino. Qui enim in Deo, vt oportet, lætatur, omnem, quæ ex ijs, quæ ad vitam pertinent, proficiscitur, expellit voluptatem. Quid est autem, Lætabor in te? Cum talem habeam Dominum, hoc est mihi voluptas, hoc est exultatio. Siquis hanc nouit voluptatem, ita, vt nosse oportet, non sentit aliam voluptatem. Hoc enim est proprie voluptas. Alia verò omnia sola sunt voluptatis nomina, reipsa defecta. Hæc sublimem, & excelsum hominem efficit. Hæc animam liberat a corpore. Hæc ad cœlum eum pennatum reddit. Hæc terrenis, & ijs, quæ ad victum pertinent, altiorem constituit. Hæc a vitijs liberat. Et meri- E tò. Si enim, qui pulchra, ac præclara amant corpora, nihil eorum sentiunt, quę ad vitam pertinent, sed in vno solo amicæ aspectu versantur, qui Deum amat, vt oportet, quidnam deinceps, vel boni, vel mali sentit eorum, quæ sunt in vitam? Nihil, sed erit ijs omnibus superior, se rerum immortalium voluptate perfundens. Talis enim est, qui ab eis amatur. Qui enim amant alia, vel inuiti cito traducuntur ad obliuionem, cum intereant, & flaccescant, quæ amantur. Hic amor est infinitus, qui non potest desinere, qui, & maiorem habet voluptatem, & plus lucri, & hoc ipso amantem delectat, & recreat, quòd nunquam dissoluatur. Canam no-

mini tuo altissime. Hoc solet maximè fieri ab amante. Qui enim amant, canunt in amantes cantica, etsi illos non videant, & per canticum seipsos consolantur. Ita etiam facit propheta, quoniam Deus videri non potest, facit in ipsum cantica, per cantus cum ipso congrediens, & desiderium accendens, & ipsum videre existimans, vel potius cantando hymnisque celebrando multorum inflammat desi-
F derium. Quemadmodum enim, qui amant, eorum quos amant celebrant encomia, & ipsorum nomina circunferunt: ita hic etiam, Psallam, inquit, nomini tuo altissime. Vide quomodo seipsum è terra erexerit, & sui materiam ad illam essenti im extulerit, & seipsum Deo dedicans, & ideo versat eius nomen assidue, is est enim mos amantis. [In conuertendo inimicum meum, retrorsum, infirmabantur, & peribunt a facie tua.] Alius. Cum conuersi sint inimici mei retro, offenderint, & perierint a facie tua. Hic quoque est mos amantis perpetuo dicere beneficia, & in ijs sibi placere, hoc enim ab amore proficiscitur, & ipsum rursus amorem accendit. Non aberrauerit autem quispiam, si dixerit eum hic dicere inimicos, qui mente solum percipiuntur. Nam ij quoque auertuntur, quando generosam animam inuenerint. Quemadmodum enim hasta, quæ in clypeum incidit, si mollis quidem sit eum excindit: duro autem, & repugnanti nihil facit, sed reflexa acie vana, & inutilis excidit: ita etiam vsuenit in anima. Si mollem enim, & delicatam inuenerint tela, quæ mittuntur à diabolo, in pro-
Iac. 4. fundum peruadunt: sin autem duram,
G & validiorem, & ipse abit re infecta, & ei nihil mali facit, duoque, immo vero tria ex eo capiuntur commoda. Nam ipsam nihil lædit, sed reddit etiam fortiorem, & ipse ex eo imbecillior factus est. Considera autem quomodo Dei virtutem prædicat. Infirmabuntur, inquit, & peribunt a facie tua. Rursus cum audis faciem, nihil suspiceris corporeum. Hic enim operationem, eius apparitionem, & eius vitium facilitatem significat. Sicut alibi dicit, Qui respicit terram, & facit eam tremere: Ita hic etiam idem dicit. Sufficit enim solus obtutus ad perdendos improbos. Si enim sanctorum præsentia facit vires dæmonum imbecillas, multo magis Dei. Si eius fulgur apparens omnes terrore afficit, considera illam potentiam ab interitu alienam, quomodo terret, quomodo perdit improbos. Vidisti genus hymnorum, vidisti modum glorificationis, & quemadmodum eius narrat potentiam. Non paruum autem hinc docet decretum philosophiæ, cum dixit, Psallam nomine tuo altissime. In conuertendo inimicum meum retrorsum. Quodnam vero hoc est? Quod non solum in afflictionibus, sed etiam in rebus quietioribus se moderate gessit, & sapienter, multi enim malis humiles effecti, redduntur meliores, bonis autem socordiores, & ignauiores. Quod quidem dicit de Iudæis, progrediens. Quando occidebat ipsos, tunc quærebant ipsum. Sed non est hic eiusmodi, immo etiam in rebus secundis moderatus est, & vigilans. Non est autem hoc paruum ad sapientiæ studium. [Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam.] Alius. Iudicasti pro me. Sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam. [Increpasti gentes, & perijt impius.] Alius. Perdidisti. [Nomen eius delesti in æternum, & in sæculum sæculi.] Vide rursus viri philosophiam, quemadmodum non ipse vlciscitur inimicos, sed Deo concedit iudicium, seruans præceptum Apostolicum. Non vos ipsos vlciscentes. Non hoc autem solum videre possumus, sed quòd hæc etiam iniuste esset passus, ea Deus non esset perse Ro. 12.
cutus. Sedisti super thronum qui iudicas iustitiam. Humano more loquitur, dicens thronum, & cathedram. Illud autem, Qui iudicas iustitiam, id dicit, quod I
est Deo consuetum, & est eius substantiæ eximium. In hominibus enim non licet hoc dicere. Non iudicant enim iustitiam, etsi millies iusti sint, vt qui aliquando quidem propter iustitiam, aliquando verò propter socordiam, quod iustum est, ignorent. Deus vero qui ab his omnibus liber est, & sciens, & volens iustam fert sententiam. Illud ergo, Sedisti super thronum, Iudicasti, inquit, persecutus es, vltus

Pl. 103. Act. 16. 19

In cõuertendo. τὸν ἐχθρόν μου εἰς τὰ ὀπίσω. τοῦτ' ἔστι θορυβούμενον

H In eo, q cõuersus sit inimicus me-us.

Psal. 77.

vltus es. Increpasti gentes, & perijt impius. Vides quomodo armis Deo non opus est, non gladio, non arcu, non sagittis, sed illa humano more dicta sunt. Deo enim sufficit increpare, & perdere eos, qui puniendi sunt. Vt autem eius potentiam intelligas, audi etiam, quæ sequuntur. Nomen eorum delesti in æternum, & in sæculum sæculi. Radicitus perdidisti, conuulsisti, ita deleuisti, vt eorum etiam periret memoria. [Inimici defecerunt frameæ in finem.] Alius, Ruinæ. Hebræus autem תְּרֵבוֹת [Et ciuitates destruxisti.] Quid hoc est? Machinis, inquit, & consilijs consumptis, eum proprijs armis destituisti. Talis est enim ira Dei. Omnia delet, & perdit. Vel quòd alius docet interpres, dicens. Deserta, id est, K non solum eorum ciuitates, sed ipsa etiam deserta deleuisti, & vrbes diruisti. Ita enim iustus bellum gerebat, ita aduersarios prosternebat, non vtens armis, & hastis, sed Dei fretus auxilio, propterea ei quoque bellum est præclarum, & insigne, & vi parta est victoria. [Perijt eorum memoria cum sonitus.] Alius. Cum ipsis. Hebræus autem הֲמֻּלָּה hemah. Quid est cum sonitu? Vel dicit internecionem, vel malorum mœrorem. Porrò autem hoc est etiam Dei prouidentiæ, quòd non facit hoc latenter. Vt aliorum calamitatibus alij reddantur meliores: significat ergo manifestum exitium. [Et Dominus in æternum permanet,] Alius. Sedet. Sedere enim sæpe ponitur pro stabili, & permanente substantia. Bar. 3. Vt declarat etiam Hieremias, dicens. Tu sedens in sæculum sæculi. Et Hebræus hic יֵשֵׁב Ieseu. Propheta hoc dicit assidue in hominum interitu, ostendens interminatam eius esse substantiam, &, quòd hominum quidem genus est caducum, & momentaneum, illius autem substantia, & magnificentia finem nunquam accipit. Hoc autem facit, timorem incutiens, vt duabus de causis eum timeant, & propter magnitudinem gloriæ, & propter vtilitatem propriæ substantiæ, & L vt semper manentem, &, vt mirandum in modum punientem. Quod si aliquid enim oportet dicere anagogice, id non est recusandum. Alia enim possumus etiam contemplari. Alia vero ita sunt solum intelligenda sicut dicta sunt, quemadmodum illud, Fecit Deus cœlum, & terram. Alia vero aliter, quàm Gene. 1. habeant dictiones, quemadmodum, Prou. 5. Cerua amicitiæ, & hinnulus gratiarum Ibidem. tuarum tecum habeat consuetudinem. Et rursus. Sint tibi soli, quæ habes, & nemo alienus sit tibi particeps. Et rursus. Fons aquæ sit tibi soli. Hoc enim, si intellexeris id quod scriptum est, & non verba quidem fugias, sensum autem persequaris, erit valde inhumanum, vt ne aquam quidem vlli impertiaris. Sed hic quidem loquitur de vxore, vt ea fruamur cum temperantia fontem vocans eam, & ceruam, propter puritatem congressus coniugalis. Et hic quidem hoc modo. Alicubi vero, & quod scriptum est accipiendum M est, & quod ex eo significatur, quemadmodum est illud, Sicut serpentem exal- Io. 3. tauit Moses. Credendum est enim hoc factum esse, factum est enim, & quod ex eo significatur in figuram Christi. Ita hic etiam, non aberrauerit quispiam, si, quæ dicta sunt, acceperit de ijs, quæ euenerunt Iudæis, hæc nempe. Sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam. Increpasti gentes, & perijt impius. Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorum destruxisti, perijt memoria eorum cum sonitu. Calamitas enim eorum qui Christum crucifixerunt est omnibus manifesta, & ciuitates eorum sunt dirutæ, & diaboli machinæ defecerunt, cum Christi cura ac prouidentia omnia susceperit. Sed hæc relinquentes adaptanda studiosis, ea, quæ sunt proposita, persequamur. [Parauit in iudicio thronum suum.] Alius. Stabilijt ad iudicium. [Et ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia.] Vidisti quomodo paulatim attollit oratione. Quoniam throni meminit, ostendit throni naturam non ex lignis, nec ex aliqua materia compositam, sed ex iustitia. In iustitia enim, inquit, collocatus est, iudicabit orbem terræ in iustitia. Et præ-

Aequitate δικαιοσύνη, iustitia. Iustitia, ἐν εὐθύτητι, in rectitudine.

Et præsentia, & quæ futura sunt prædicit. Generale enim iudicium illic est reseruatum, & singulare autem etiam hic multa
A facit, ne stolidi existimarent ea, quæ sunt non regi Dei prouidentia. Quòd si non hic omnes coronas accipiunt, ne mireris. Parauit enim diem in quo est iudicaturus orbem terræ, in præsentia autem studium,
Rom. 2. luctas, & certamina. Propterea non re-
Mat. 25. cipiunt hic omnes pro meritis, sed ijs, qui se rectè gerunt, dona sunt illic reposita, & ijs, qui secus, supplicia. Hic autem est lenitas, & patientia, vt per pœnitentiam abstergamur peccata, sed illic non ita.
G Homicida enim, quandiu est in via, potest mutari, & liberari a supplicio, sed postquam deductus est ad accipiendam iudicis sententiam, restat deinceps ensis, & lictor,
Hie. 18. & barathrum. Ita etiam hic. [Quandiu
Eze. 33. fuerimus quidem in vita præsenti, possumus vitare supplicium, si mutetur. Postquam autem illuc discesserimus, frustra
M lachrymabitur. [Parauit enim iudicium
Sap. 5. thronum suum.] Siquis autem etiam il-
Heb. 10 lud, parauit, acceperit, vt dictum est, non peccabit. Omnia enim sunt parata, & supplicia, & coronæ, & sententia. Non est cunctatio, nec tempus, nec tarditas apud Deum, quando quidem qui viuunt non præuenient eos qui dormierunt, quê-
B admodum dicit Paulus. Nos, qui viuimus, qui reliqui sumus, in aduentum domini non præueniemus eos, qui dormie-
1. Th. 4. runt. Iudicabit populos in iustitia. Vide sapientiam prophetæ, quomodo dicit præsentia, quomodo futura. Præsentia, Increpasti gentes, & perijt impius, Futura, Parauit in iudicio thronum suum. Et ipse iudicabit orbem terræ in æquitate. Hoc autem facit, vt qui illis non credunt, ex præsentibus argumenta accipiant. [Et factus est dominus refugium pauperi.] Alius. Attrito. Alius. Confracto. Vocat assidue seipsum, & pauperem, &
Psal. 39. mendicum, licet regiam teneret. Ita etiam alibi. Ego autem mendicus sum, & pauper. Sciebat enim, clare sciebat omnia humana esse vmbra imbecilliora, & nihil esse nobis virtute magis proprium, reliqua autem omnia esse similia foliis extrinsecus appositis. Quòd enim virtus sit nobis propria, ex hoc clarum est. Quocunque re-

cesserimus, eam circunferimus, illa autem, non itidem. Hoc est ergo nobis magis proprium, alia autem sunt remotiora. Quemadmodum ergo eum dicimus proprium, ac necessarium, qui est nobis propinquior: ita etiam hanc pecunijs dicimus magis proprium, quoniam nobis semper est propinquior. Considera autem mihi eius gratum, & sapientiæ studiosum animum. Cum enim haberet, & equos, & castra, & alia innumerabilia, illis omnibus missis supernum accessit auxilium, & suam ei salutem fert acceptam. Non enim dixit, Fuerunt mihi castra refugium meum, nec pecunia, nec muri, sed, fuit Dominus refugium pauperi. Ipse me, inquit, in tuto collocauit, nihil enim conferri potest, cum hoc refugio, quod & ad facilitatis, & securitatis rationem attinet. Alijs enim refugijs possunt afferri insidiæ, nec possunt in promptu inueniri, sed, & tempore, & loco innumerabilibus arcentur circunstantis. Hoc autem, vtpote, quod prope sit, inuenis, si id tantum exacte quæsieris. Te enim adhuc loquente dicet. Ecce adsum. Et, Deus appropinquans ego sum, & non Deus procul. Nec cursu ergo, nec peregrinatione, nobis opus est, sed, vel domi sedentes hoc possumus euocare auxilium. Et aliquando quidem liberat a periculis, aliquando autem eos ipsos reddit præclaros, & potentiores aduersarijs, & vtrunque in tempore conueniendi. Quando enim se modeste gerunt, qui
D id assequuntur, dat vtrunque. Sin autem in eo non se rectè gesserint, intra vnú subsistit, ne alterius additamento nimis fiant arrogantes. Vt autem scias id sæpe in causa esse, vt in insolentiam efferantur homines, Ezechias ea de causa elatus est. Sed ne sic quidem eum contempsit, sed quoniam victoriæ successus mentem eius extulerat, immisit infirmitatem, quæ eum corrigeret. [Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.] Quid est in opportunitatibus? In tempore, inquit, opportuno. Duplicem dicit opportunitatem, quòd & fert auxilium, & quòd in tempore. Opportunitatem enim hic dicit afflictionem. Qua de re? Quòd si tuater studij sapientiæ, & maxime diuinum attrahit auxilium. Tunc sublata est socordia, &

nimia

Psal. 144 Matt. 7. & Io. 15 Esa. 58. Hie. 23. Esa. 37.

nimia dissolutio, tunc supplicationibus vacamus diligentius. Et quemadmodum hyems est tempus opportunum ad terræ agriculturam: ita etiam afflictio ad curam, & studium animæ. Eius enim semper opus habemus auxilio, etsi sint nobis res secundæ. Tunc autem maxime sentimus auxilium, quando versamur in afflictionibus.
E Hic etiam aliquid aliud significauit, nempe, quòd oportet nos operari. Qui enim fert auxilium, ei fert qui operatur. Non oportet ergo otiosos esse, & animo deficere, sed & preces afferre, & eleemosynas, & omnia, quæ a nobis ipsis afferri possunt. Qui sunt enim in bello socij, ijs qui pugnant opem ferunt, non ijs, qui animo deficiunt, & se dedunt otio. Si vis ergo Dei assequi auxilium, nunquam quæ tua sunt prodideris. Ita Iob opes latæ sunt stanti, & fortiter dimicanti. Ita etiam Apostolis pulchre laborantibus. [Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum.] Alius. Et confident. Propheta hoc facit assidue, à precatione ad exhortationem, orationem conuertens, vt qui sit communis doctor orbis terrarum, & philosophiæ thesaurum proponens in medium. Pulchre autem dicit, sperent in te, qui nouerunt nomen tuum. Qui te nouerunt, inquit, & auxilium, & defensionem tuam, satis validam habent anchoram, spem quam in te habent, satis validum auxilium, & turrim infractam, quæ non solum pollicetur liberationem a malis, sed ne præsentibus
F quidem difficultatibus perturbari permittit. Qui enim est liberatus ab humanis, & a superna spe dependet, non solum ascisci sibi celerrimam à malis liberationem, sed ne in ipsis quidem malis vexatur, & perturbatur, vt cui ferat auxilium spes illius anchoræ. Ita ergo tres pueri non solum liberati sunt a fornace, sed ne dum in fornace quidem versarentur, conturbabantur. Norant enim, quod sibi aderat a Deo auxilium. Et ideo alius dicit. Et confident, pro eo quod est, habebunt fiduciam. Perturbationum enim principio longe maior est cautio, quæ ex spe in Deum oritur. Illæ enim sunt humanæ, hoc vero diuinum, & inexpugnabile. Quandoquidem dixit eum fuisse adiutorem, & fuisse refugium, dicit etiam quo-

Dan. 3.

modo sit. Quomodo autem est? Quando iu eum assidue sperare perseueramus. Quòd si non statim soluit difficultates, hoc quoque fit pro tua probatione. Quemadmodum enim eum posset non permittere, vt te inuaderent, permittit tamen, vt te faciant robustiorem, ita etiam cum posset ab initio soluere, rursum cunctatur, & differt, tuam augens constantiam, & tuam spem exercens, & tuam in ipsum affectionem reddens vehementiorem, & neque semper permittit opprimi, ne deficiamus, nec semper quiescere, & relaxari: ne collabamur. [Quoniam non dereliquisti quærentes te Domine.] Alius. Non enim reliquisti. Ita etiam dicit alius. Respicite antiquas generationes, & videte. G
Quis sperauit in domino, & pudore affectus est? Aut quis inuocauit dominum, & dereliquit ipsum? Et quomodo, inquit, quæritur Deus, qui est vbique? Studio, & animi promptitudine, & si ab ijs omnibus, quæ ad victum pertinent, liberemur. Sæpe enim cum ante oculos, & in manibus habeamus, nescimus, sed circuncursamus sæpe, quærentes, quæ tenemus, quando meus alio versa fuerit. Quomodo ergo Deum quærere possumus? Quando illic animum intendimus, quando ab ijs, quæ I
ad hanc vitam pertinent, fuerimus liberati. Qui enim quærit, omnia ex anima eijciens, venit ad illud, quod quæritur, nec oportet solum quærere, sed etiam exquirere. Qui exquirit, non ipse solum quærit, sed aliorum etiam ope vtitur, vt inueniat, quod quæritur. Sed in ijs quidem quæ ad hanc vitam pertinent, cum sepæ quæsiuerimus, non inuenimus. In spiritalibus autem hoc non licet, sed omni- H
no necesse est, vt qui quærit inueniat. Si enim ad quærendum, tantum egressi fuerimus, non permittit Deus, vt nos mul- Matt. 7.
tum vexemur. Et ideo dicit, Omnis qui quærit inuenit. [Psallite domino, qui habitat in Sion.] Alius. Qui sedet. [Annunciate inter gentes studia eius.] Alius dicit. In populis machinationes eius. Quid dicis? Cuius cœlum sedes est, & terra scabellum pedum, cuius in manu sunt fines terræ, is habitat in Sion? Certe. Habitationem enim hic dicit, non loco circuncludi, est enim infinita eius magnitudo,

gnitudo, sed peculiarem in locum affectionem, & peculiariter in eum affici, vt Iudæos per hanc sui demissionem ad se attraheret. Propterea enim nostra quoque domus esse dicitur, quòd peculiariter in eam afficiamur. Iam vero in nobis quoque habitare dicitur, non quòd a nobis comprehẽdatur, sed quòd proprie ac peculiariter in nos afficiatur. Sion autem ecclesia anagogice dicitur. Accessistis enim, ad montem Sion, & ecclesiam primogenitorum. Et
Heb.12. merito, mons est ecclesia, quòd sit firma, &
Mat.16. stabilis, nec possit conquassari. Quemad-
I modum enim mons non potest labefactari, ita nec Dei ecclesia. Annunciate inter gentes studia eius. Vult eos esse præcones Dei beneficiorum, & nunquam eius celare beneficia. Et hoc dicit vbique, tam propter eos, qui dicunt, quàm propter eos, qui audiunt. Nam & hi, & illi lucrifaciunt, si attenderint. [Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est.] Vidisti quænam dicit eorum studia, beneficia? Hic etiam magnum quoddam decretum significat, non perpetrari vllam cædem, de qua pœnæ non sumantur, & quæ non vindicetur.
Ge. 9. Quod etiam Moses ostendit in Genesi dicens, sanguinem vestrum requiram. Hoc est iudicium infinitæ eius prouidentiæ, ingentisque, & prolixæ curæ. Si autem non
Iob. 24. statim requirit, ne mireris. Dat enim pec-
Rom.2. catoribus tempus pœnitentiæ. [Non est oblitus clamorem pauperum.] Vide rursus esse in honore pauperes. Non autem dicit simpliciter, & absolute pauperes, sed illos, qui sunt pauperes spiritu, sicut dicit
Matt.5. Christus. Ij enim maxime exaudiuntur dum orant, qui sunt corde humili, & contriti. Hic autem duo ponit, & orationem, &
Esa.66. humilitatem. Ad quem enim, inquit, re-
K spiciam nisi super humilem, & quietum, & timentem verba mea? Vbique autem orationis vehiculum inuenitur humilitas. Prope enim est dominus contritis corde. Oportet itaque eum, qui orat, maxime liberari a bilioso ardore. Quod etiam quæ-
φλεγμονης. rit Paulus dicens. Absque ira, & disceptatione. Recte dixit, Clamorem paupe-
1.Ti.2. rum, dicens clamorem, mẽtis affectionem, non autem vocis intensionem. Eo autem, quod dixit, Non est oblitus, significauit eos inuocare assidue, & tamen ne tãtillum quidem assequi. Quid est ergo, quod dicit? Ne putetis Deum esse oblitum, & propterea non esse persecutum, eius enim est proprium ea, quæ sunt eiusmodi, quærere, etiãsi nemo roget. Quando autem rogant, & qui rogant sunt humiles, multo magis. [Miserere mei domine, vide humilitatem meam de inimicis meis.] Qui exaltas me de portis mortis. Vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Alius. Hymnorum decantationes tuas. Alius. laudes tuas. Vide eum perpetuo orationi affixum. A malis enim liberatus, & in tuto collocatus non cessat rursus orare, dicens. Miserere mei. Et rogare eum pro futuris. Semper enim egemus Dei prouidentia, maxime autem dum liberamur a malis. Aliud enim bellum excipit L priori difficilius, socordiæ, & arrogantiæ, tunc enim spirat vehementius diabolus. Quare maxime postquam liberati sumus a malis, illo opus habemus auxilio, vt facile res secundas feramus. Nam Iudæi quoque ab Aegyptijs liberati, grauiori bello vexãbantur, arrogantia, & socordia, tunc itaque maxime moriebantur, vt qui non possent Exo.16. recte ducere exercitum. Quia enim, nec aduersus ingluuiẽ, nec aduersus pusilli abiectique animi vitium fortiter in acie steterunt, sed Aegyptiorum vitia sunt æmulati, ea illos perdiderunt. Dauid quoque cum, 2.Re.11 & a Saulis difficultatibus, & ab alijs omnibus hostibus fuisset liberatus, postquam quietem, & laxamentum assecutus est, difficilius bellum passus est incontinentis cupiditatis, quod eum etiam maiori supplicio affecit. Quocirca tunc maxime timendum est, quando fuerimus liberati ab ærumnis. Quemadmodum enim alligatam bestiam non ita timemus, vt emissam: ita etiam vitium non est ita timendum in afflictione, tunc enim alligatum est animi ægritudine, & alijs vinculis, sed post quietem, & remissionem maxime timendum M est. Et ideo sæpe videbis rerum successus maiora mala facere, quàm res aduersas. Ita 4.Re.14 etiam Ezechias fusis fugatisque hostibus Psal.118 erat periturus. Quocirca ipse quoque alibi dicit, bonum quòd me humiliasti. Quærit autem misericordiam etiam post liberationem. Et affert causam petitionis misericordiæ, quòd male sit affectus. Vide enim humi-

humilitatem meam de inimicis meis. Et aliâ rursus. [Qui exaltas me de portis mortis.] Ad cum enim, qui præest, & mei curâ gerit, & semper manus mihi præbet, confugio. Vidisti eum in futurorũ petitione pro præteritis etiam gratias agere, & duplex dicere beneficium. Non dixit enim, qui liberas me de portis mortis, sed, q exaltas me. Non enim in eorum malis tantum soluendis substitit Dei beneficium: sed fecit eos etiã admirabiles, insignes, & clariores. Non dixit autem, ex porta, sed ex portis, multa pericula significans. [Vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.] Quæ suasit alijs facere, ipse facit. Annunciate.n. inquit, inter gentes studia eius. Hoc ergo quoque nunc faciam: & non solummodo faciam, vno præsente, vel duobus, vel tribus, A sed in medio theatro. [Exultabo in salutari tuo.] Hoc est mihi corona, hoc diadema, propter te trophæum erigere, propter te salutem adipisci. Ita etiam nos quoque quæramus non omnino seruari, non omnino a malis liberari, sed per Deum. Hoc autem dico propter eos, qui in morbis vtuntur incantationibus, & alias exquirunt impostu-

Interitu, διαφθορᾶ corruptione. Prou. 5.

ras, & præstigias ad suam leuandã ægritudinem. Hoc enim non est seruari, sed perire. Maxima enim salus est per Deum esse seruatum. [Infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt.] Alius, immensæ sunt. Corruptionem dicit vitium, nihil enim æque corrumpit, vt vitium. Improbo enim homine nihil est imbecillius, proprijs armis capitur, quemadmodum ferrum a rubigine, & lana a tinea, ita etiam improbus a vitio. Vnde etiam ante supplicium, quod a

Ro. 2. Deo infertur, ipsum vitium ab eo qui id facit pœnas exigit. Quia enim multa de superna iustitia differuit, & de Dei auxilio, ipsum autem non statim venit, sed cunctatur, & differt, & hoc multos efficit ignauiores, ostendit esse in foribus supplicium,

B & malos id perpeti, sicut dicit etiam Pau-

Ro. 1. lus. Et mercedem, quam oportuit erroris sui seipsis recipientes. Vide autem, quàm proprie vtatur dictionibus. Infixæ sunt, hoc est, per vim retente sunt, sunt eis inuitabiles paratæ insidiæ. Et rursus. In laqueo isto quem fecerunt, comprehensus est pes eorum. Vinculis, inquit, quæ solui nequeunt, astringuntur improbi. Hæc Apostolis, & Iudæis vsu venerunt. Quando enim bellum gerebant cum Apostolis, illos quidem nihil lædebant: malis autem innumerabilibus seipsos implicabant, ciui- Act. 5.
tate, & libertate, & alijs omnibus euersi, & erescebat quidem prædicatio, dissoluebantur autem, qui parabãt insidias. Et qui tres pueros in babylonicam fornacem immiserunt, ab ea rursus capti sunt. Quod etiam in Daniele factum est. Sed in Daniele qui- Dan. 3.
dẽ hoc merito accidit, ipsi enim ipsum inie Dan. 6.
cerunt. In tribus autẽ pueris quidnã est in causa, quòd cum rex peccasset, ij qui stabãt ante fornacem, puniuntur? Quoniã ij, quoque, qui fuere combusti, Regis iussui inser uierũt, & auream statuã adorarunt. [In laqueo quem abconderunt, comprehensus est pes eorum.] Vide quo ostenderit inenar C
rabilem eorum esse vituperationem. Quia enim, quod fiebat erat plenum ignominia, ideo celant, & conantur latere. [Cognoscitur dominus iudicia faciens.] Alius. Cognitus est iudicium faciens. Hoc est, puniens, vlciscens, persequens. Vidisti aliud genus beneficij ex castigatione. Non solum enim facit eos meliores, qui castigantur, sed facit ẽt vt Dei cognitionis eluceat ratio, & ex eo quis eum magis viderit hominum curam gerere. Cum itaque permisit gregem por- Mar. 5.
corum deturbari, & in mari submergi, tunc Luc. 8.
admiratione maxima perculsi sunt. Porrò autem in veteri quoq; Iudæi, quando eos Psal. 77.
occidebat, tunc eum quærebant, quemadmodum dicit propheta. Et cur non hoc facit frequentius? Quoniam vult nos nõ per vim, & compulsionem, sed per liberam eligendi voluntatem ex virtute nos gerere, & beneficio potius affectos quàm punitos. Et quãto, dicet quispiã melius est esse necessitudine bonum, quã malum libero eligendi arbitrio? Non potest esse bonum, quod fit necessitate. Qui enim vinculo illaqueatus bo- Si tamẽ
nus est, nunquam erit semper bonus, sed a reuera
necessitate liberatus reuertetur ad vitium. bonus di
Qui autẽ ita instituitur, vt sua sponte, & li- ci possit.
bera eligẽdi potestate fiat bonus, cũ bonus D
factus fuerit, constans manet, & stabilis [In Saltem
operibus manuum suarum comprehensus eaex par
est peccator.] Non dixit, manuum Dei, sed te.
manuum peccatoris. Vidisti quomodo variat orationem, & quod a superis infertur, suppliciũ inferens, & pœnas, quæ ex vitio infliguntur, inducens. Quo suppliciũ, quod infertur a superis cognoscitur, inquit, Dominus

minus iudicia faciens. Quomodo pœnas, quæ infliguntur a peccato? Infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt. Et rursus eas quæ proficiscuntur ab improbitate, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Non enim dicit solum supplicium, quod a Deo proficiscitur, quoniam sæpe cunctatur, & differt: neque solum, quod a vitio, quoniam multi in eo lubenter versantur: sed vtrinque confirmat orationem. Et ideo dicit, in operibus manuum suarum comprehensus est. Alius. Plantarum suarum. Ne ergo existimes te machinationem in alium moliri, quando struis alicui insidias, tibi enim ipsi contexis retia. Cantus diapsalmatis. Alius. Vox semper. Alius. Modulatio semper. Hebræus autem הגיון סלה higaion selach. [Conuertuntur peccatores in infernum, omnes gentes, quę obliuiscuntur Deum.] Alius. Conuertētur. In ijsdem rursus persistit, ostendens vitiū habere supplicum cōstitutum. Et impietas parit mortem, & peccatum pericula. [Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem.] Alius interpres dicit. Non enim in finem, mitium expectatio tradetur obliuioni. Pulchre dixit, in finem: ostendens non semper quæri remissionem, & laxamentū. Si enim semper futura sit quies, & remissio vbinam ostendetur patientia? Quod autē dicit, est eiusmodi. Pœnas dabunt improbi, & extrema patientur. Neq; enim Deus patietur, vt ijs, qui iniuria afficiuntur, perpetuæ parentur insidiæ. Per hoc & eos consolatur, & illos terret, & Dei ostendit clemētiam, quòd hos quidem mora reddit probatiores: illos vero trahit ad pœnitentiam. Vide autem quomodo rursus pauperes in honore habentur, pauperes non absolute, sed qui sunt contriti corde. Ij enim sunt, vel maxime apti ad patiētiam, vel ea potius se inuicem constituunt, humilitas patientiam, patientia humilitatem. Siquis autem dixerit, & quomodo est paupertas humilitas? Dicemus eam esse aptiorem ad virtutem. Qui est enim diues, animi ægritudine afficitur, & conturbatur. Qui autem pauper est, omnia fer facile, vt qui in paupertate veluti in quadā palæstra frequēter exercea
Mat. 19. tur. Et ideo Christus quoq; dicebat difficilē esse cum diuitijs regnum cœlorum ingredi. Quid est autem, patientia pauperum non peribit in finem? Nunquam, inquit, peribit, sed proprium fructū omnino recipiet. Matt. 5
Quod quidem non semper euenit in ijs rebus, quæ ad victum pertinent, sed finem non consequuntur pereuntibus laboribus. Nam & Agricola expectat, & Mercator, sæpe autem propter aeris iniquitatem vtriq; a fructu sui laboris excidunt, in Deo autem non ita fit, sed necesse est omnino finem cō sequi. Hoc autem non paruam affert consolationem, semper de fine confidere. [Exurge domine, non confortetur homo.] Alius. Non audax euadat. Iudicentur gentes in cō spectu tuo. Alius. Et in facie tua. Postquam dixit vitium, quod plures homines inuadit, & narrauit hominum improbitatem, rapinas, auaritiam, cædes hominum, rogat Deum pro auxilio eorum, qui afficiuntur iniuria. Talia sunt enim sanctorum viscera, vt non solum sint de se solliciti, sed perinde ac si vna sit domus orbis terrarum vel vnum corpus multitudo hominum. ita precantur dominum. Exurge domine, ne confortetur homo. Quid est autem, Surge domine? Persequere, inquit, feropem, puni eos, qui faciunt iniuriam. Et egregie nudis nominibus vsus est, cum dixit, surge, & non confortetur homo. Vt significet, quòd vilis, quòd terrenus, quòd puluis, & cinis. [Iudicentur gentes in conspectu tuo.] Quid hoc est? Dent, inquit, pœnas suorum peccatorum. Non redditi sunt meliores patientia, audacium inceptorum ab eis rationem exposce. [Constitue Domine legislatorem super eos.] Sciant gentes quoniam homines sunt. Diapsalma. Alius, semper. Quid est, Constitue legislatorem super ipsos? Quoniam, inquit, omnia faciūt perinde, ac si essent sui iuris, nolentes dare pœnas, persequere, & sit eis supplicium pro admonitione. Hoc alius quoque significans dicebat. Constitue domine eis timorem. Vide quomodo non quærit, vt H
puniantur, sed vt admoneantur, & corrigantur, & non viuant inique. Erit enim, inquit, eis supplicium loco legis, non eis tantum, sed etiam alijs. Et vt scias quantum ex eo fiat lucrum, & quomodo morbum reprimat, audi quod deinceps sequitur. Et sciant gentes, quòd homines sunt. Quod autem dicit, hoc est. Multi hoc etiam perdiderunt, naturæ obliti sunt, in furorem impegerunt, seipsos ignorarunt.

Et

Et pulchre adiecit illud, Semper, vt significaret non solum in rebus aduersis, sed etiá in secundis, verum enimuero si eos nunc punieris, habentes magnum timorem, & memoriam malorum, quæ eis euenerunt, etiam si eis prospere res succesſerint scient suam naturam. Vides quomodo facit pro eis orationem, & eorum vult furorem corrigi, seipsos enim ignorare, est extremæ amentiæ, & phreneſi grauius. Hoc enim est morbus necesſitatis: illud vero deprauatæ, & corruptæ voluntatis. [Vt quid domine receſſiſti longe, despicis in opportunitatibus, in tribulationibus?] Hæc dicit prophetа orans, & supplicans ex persona eorum, qui affliguntur, non autem accusans.

I Absit. Nam multi eorum, qui affliguntur, præ dolore cupiunt ante tempus conuenies fieri iudicium, quemadmodum, qui secantur, nondum perfecta sectione, rogant medicum, vt manum abstineat, damnosam quidem gratiam petentes, eo autem, quòd non ferant dolorem, hoc agentes. Sæpe autem apud medicos vociferantur. Torsiſti me, perdidiſti me, me de medio sustuliſti. Hæc autem verba, non ex mente, sed ex dolore procedunt. Ita etiam dicunt multi pusilli, & abiecti animi, in afflictionibus laborem non ferentes. Sophonias quoque tali oratione vtitur. Sed hæc quidem in veteri, quando erant eis fossæ commoderatæ, longe autē absunt a noui philosophia. [Dum superbit impius, incenditur pauper, comprehenduntur in consilijs, quæ cogitant.] Alius. Comprehendūtur. [Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur, exacerbauit dominum peccator.] Prophetam, impoſita sibi persona supplicis, rogans pro ijs, qui afficiūtur iniuria, dicit etiam affectiones, quæ venerunt, quæ sunt humanæ imbecillitatis, nempe, quòd ante punitionē angitur, & excruciatur is cui fit iniuria, non ferens prosperitatem improbi. Non est autem paruum

K hoc quoque supplicium. Deinde rogat, vt dent pœnas, & eorum in seipsos vertantur insidiæ. Dicit etiam intolerabile genus improbitatis. Quodnam autem hoc est? Quoniam laudatur peccator in desiderijs animę suæ. Pro ijs pro quibus se abscondere, pro quibus erubescere oportebat, pro ijs in admiratione habetur, pro ijs laudatur. Quomodo autem poterit huic deinceps remedium adhiberi, quādo laudatur vitiū? Hoc autem nunc quoque fit. Hic in adtmiratione habetur, vt qui sit potens, ille vero, vt qui vlciscatur inimicos, alius vero, vt prudens, quoniam omnium bona coegit, & quando seipsum perdiderit, eum dicunt seipsum inueniſſe, & alij alia dicūt. De spiritalibus autem rebus ne verbum quidem. Nequaquā laudatur, qui est negotium, & litium fugitantior, nec paupertatis amator: sed, qui est rei faciendæ cupidus, cauponatur, adulator, qui seruili est ingenio, qui pro nulla re vtili nullum non genus obit ministerij. Hæc deflet prophetа, quòd vitium ita inualuerit, vt sibi placeat, & blandiatur, &, quod est grauius, vt minime erubescat, nec solum seipsum laudat propter ea, quæ facit, sed habet etiam alios laudatores. L Quid hac autem insania fuerit deterius? Exacerbauit dominum peccator. Alius. Irritauit dominum peccator. Alius. Quoniam cum laudauit iniquus secundum desiderium animæ suæ, & auarus benedixit, irritauit dominum. Quando exaltata fuerit ira eius, non quærit ira eius, non quærit. Alius. Quod laudauit in desiderio animæ suæ, & auarus, qui benedixit, detraxit Domino. Impius secundum exaltationem iræ suæ, non exquiret, septuaginta autem, Exacerbauit dominum peccator. Vidiſti quò vitium proceſſerit. Quid dico, inquit, quòd pauperes moleſtia afficit? Ipsum Deum irritat. [Et secundum multitudinem iræ suæ, non quæret:] inquit, [Dominū.] Alius autem hoc ostendit esse de impij exaltatione, hoc est, arrogantia, insolentia. Vidiſti insignem, & perditam insaniam? Est ijs, qui sunt eiusdem gentis ac generis, hostis, & inimicus à virtute alienus. Et pulchre dixit alius. Non est Deus in omnibus eius cogitationibus, significans eum Deum non quærere, plenum esse tenebris, non habere illius timorem præ oculis, sed quemadmodum lema obscurat pupillam: M ita etiam improbitas fert mentem, vel per præcipitia. [Non est Deus in conſpectu eius. Alius. Per omnes cogitationes eius. Inquinatæ sunt vitæ illius in omni tempore, auferuntur iudicia tua a facie eius.] Alius. Exaltatum est iudicium tuum. Vidiſti fructum vitij, lux eius extinguitur, orba redditur ratio, traditur captiuus.

ptiuus improbitati. Quemadmodum enim qui est orbus, frequēter incidit in barathra: ita hic etiam, quoniam Dei timorem non habet prę oculis i vitio perpetuo versatur, non nunc quidem in virtute, nunc autem in vitio, sed semper in vitio, & nec gehennæ meminit, nec futuri iudicij: nec reddendæ rationis: sed his omnibus auxilijs tanquam fræno exclusis, tanquam nauis, quæ caret gubernaculo, tradit malis spiritibus, & sæuis fluctibus cum nullus sit qui eius animum regat, & instituat. Vidisti malum in ipso etiam vitio pœnas luere? Quid enim æquo effræni: quid naue cui deest clauus: quid orbo homine grauius? Sed his omnibus miserior est q viuit in vitio, vt qui extincta luce, quę ex dei timore proficiscitur,
A captiuus sit traditus [Omnium inimicorū suorum dominabitur. Dixit enim in corde suo. Non mouebor à generatione, in generationem sine malo.] Alius. Omnes inimicos suos insufflat, dicens in corde suo. Non conuertar a generatione in generationem. Non ero enim in afflictione. Vidisti arrogantiam. Vidisti inenarrabilem perditionē. Vidisti quòd paulatim augetur exitium. Vidisti quomodo, quæ sunt beata apud stultos, vere plena sunt multa miseria, & quomodo obruuntur. Laudatur in peccatis, benedicitur in maleficijs. Hoc est primum barathrum, quod satis est, vel ad præcipitandum eum qui non aduertit. Et ideo magis sunt admittendi qui accusant, & corrigunt, quàm qui laudant, & ad interitum blandiuntur. Hi enim corrumpunt stolidos, & ad maius vitium propellunt, quemadmodum qui hunc peccatorem insufflarunt, exercuerunt ad arrogantiam.
1.Co.5. Et ideo Paulus quoque hoc ipsum dicit Corinthijs de eo qui erat fornicatus. Et vos inflati estis? & non potius luxistis? Eum qui peccat multum lugere, non laudare oportet. Vidisti peruersum vitium, quòd non solum non accusatur, sed etiam laudibus affi-
B citur. Hic ex propria arrogatio amplificauit laudum improbitatē. Oblitus est timoris Dei, iudiciorum eius. Hic etiam proprię est naturæ oblitus. Qui enim iudiciorum Dei obliuiscitur, sui ipsius quoque tandem obliuiscitur. Vide ergo quæ cogitat. [Non mouebor in generationem, & generationē, sed ero sine malo.] Quid est hac cogitatione stultius, & qui homo est, & interitui obnoxius, & caducis ac momentaneis rebus implicatus, & innumerabilibus mutationibus subiectus, visione talia apprehendat? Vndenam autem hoc fit? Ex stultitia. Quando enim vir stultus multis rebus secundis vsus fuerit, & inimicos vicerit, & ab omnibus laudatur, & in admiratione habetur, omnium miserrimus efficitur. Eo enim quòd non expectat mutationem, res quidē secundas fert modeste, & si res ei aduersæ euenerint, cum sit inexercitatus, nec eas sit vnquam meditatus, turbatur, & tumultuatur. Iob. 3. Sed ōn sic Iob, sed etiam rebus in secūdis res aduersas quotidie sperabat. Et ideo dicebat. Metus quem timebam venit mihi, & quem timueram occurrit mihi nec in pace egi, nec quieui, nec cessaui, venit tamen mihi ira. Et ideo alius dicebat. Memento Ecc.18. C temporis famis in tempore egestatis, paupertatis, & inopię in die diuitiarum. Sed hic quidem semel corruptus non considerat humana, sed propter fœlicem rerum successum ea esse immobilia existimat, quod est extremæ stultitiæ, & corruptelæ argumentum, & occasio interitus. Ne beatos existima eos qui sunt diuites, eos qui vincunt inimicos, eos qui propterea laudantur. Magna sunt hæc barathra, & præcipitia ijs qui non attendunt eum qui iacit basim impietatis.] Cuius os maledictione plenum est, & amaritudine, & dolo. Sub lingua eius labor, & dolor.] Alius. Inutile. [Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem.] Alius. Insidians apud aulas. [Oculi eius in pauperem respiciunt. Insidiatur in abscondito quasi leo in spelūca sua.] Alius. In septo suo. [Insidiatur, vt rapiat pauperem: vt rapiat pauperem, dum attrahit eum.] Alius. In tractione eius. [In laqueo suo humiliabit eū.] Alius. In sagena. [Inclinabit se, & cadet cum dominatus fuerit pauperum.] Alius. Confractus autem inflectetur cum is irruerit in ipsum cum fortibus in imbecillos. Vidisti cum etiam effectum esse feram immanemque beluam. Eum enim tanquam feram describens propheta, ita de eo loquitur, dolos, fraudes, insi-
D dias traducens. Quid eo potest esse miserius, quid pauperius, cum pauperis egeat pecunijs? Hunc ergo (dic quæso) dicemus diuitem? Ergo etiam furem, & murorum effossorem. Absit, inquit. Quid enim si noctu

noctu non perfodit iudicia? Quid si non noctu aggreditur, sed cum dolo iudicis lumen extinguit? Quid enim si non dormientibus, sed vigilantibus omnibus? Hic est enim impudentior. Ex furibus enim leges eos grauius puniunt, qui interdiu furantur. Vidisti paupertatem, vidisti crudelitatem: paupertatem, quòd bona pauperis concupiscit, credulitatem vero, quòd nec calamitatem quidem frangitur: sed cuius misereri, & cui subuenire oportebat, paupertatem opprimit. Nec tamen hæc faciet impune: sed quando prævaluerit, quando sibi visus fuerit esse superior, quando se putarit esse inexpugnabilem, tunc peribit: vt & dei videatur vincendi facilitas, & pauperum patientia, & huius corrigendi difficultas, & dei lenitatis tolerantia, propterea non è vestigio persequitur iustitia, deo
E per patientiam vocante eum ad pœnitentiam, sed quando nihil lucrifacit lenitate, & patientia, tunc eum supplicio admonet. Hi enim, qui iniuria affecti sunt, nihil læsi sunt: sed etiam meliores, & clariores afflictione facti sunt. Deus autem suã ostendit patientiam, vt qui sustinuerit, & tolerauerit cum patientia aut potentiam, & regi gerendæ facilitatem, quod quando is esset seipso potentior, tunc temporis ipsum superat. Hic autem cum mansisset incorrigibilis, vltimum dat supplicium. Hoc autè non parum facit ad corrigendos eos, qui vtuntur rebus secundis. Ne ergo, qñ videris inimicos, & omnia tibi secunda fuerint, confidas improbe viuens, sed tunc magis pertimescas. Augetur enim vitium, tollitur tibi defensio, præciditur, & aufertur venia, si malus maneas. [Dixit enim in corde suo oblitus est deus. Auertit in faciem suam ne videat in finem.] Vide in quantum barathrum perditionis descẽdit, qualia dogmata colligit, quæ propter impudentiam quidem non audet efferre, ea aũt apud se versat, pugnans cum veritate, & quæ sunt sole clariora, propter mentis tuæ orbitatem adumbrans. [Exurge dñe deus, & exaltetur manus tua. Ne obliuiscaris pauperum.] Alius. Exalta manum tuã. [Propter quid irritauit impius deum? Dixit enim in corde suo, non requiret. Vides qm̃ tu laborem, & dolorem considerας, vt tradas eos in manus tuas.] Alius. Vt dẽtur in manum tuam. Iniquus quidem hæc dicit, raptor, auarus, vtpote qui nõ det pœnas. Propheta autem eius euertens dogmata, de dei patientia amplè loquitur. Ille enim dicit, Auertit faciem suam ne videat in finem. Hic autem contra, Et vides, & consideras, & es patiens, donec ii cecidерint in manus tuas. Quid est, donec traditi fuerit in manus tuas? Dixit more humano. Hoc est autem, quod dixit. Expectas, toleras, vt insigni tradantur improbitati. Poteras enim, vel a principio eos subigere, & euertere, sed est ineffabile pelagus tuæ tolerantiæ, videntis, & non persequentis, sed expectantis eos ad pœnitentiam. Quod si nolunt, tunc punis, quando nihil ad eos redit lucri ex tua patientia. Quòd enim magnam habeat rationem eorum, qui iniuria afficiuntur, au di quomodo per ea, quæ sequuntur confirmat. [Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.] Alius. Tu fuisti. Quod autem dicit, tale est. Hoc est officium tuum egregium. Quod autem suum est non prodiderit. Quemadmodum enim est artificis ædificare, & gubernatoris nauem dirigere, & solis illuminare: ita etiam tuum est præesse orphanis, manus præbere pauperibus. Nemo est, qui sic eorum curam gerat, sed tu solus. Hoc enim significat illud. Derelictus est. Nullus, inquit, alius, sed tu solus orphanorum, & pauperum, curam geris. [Cõtere brachium peccatoris, & maligni. Quæretur peccatũ illius, & nõ inuenietur.] Alius. Queratur impietas ipsius, vt non inueniatur ipse. Non vult peccatorem absolutè conteri, sed vires, potẽtiam, & eius improbitatis fomitem, deinde vult eum eorum, quæ fecit reddere rationem, & ostendens iniuriæ magnitudinem, dicit. Si hoc fecerit, ne stare quidem poterit, nec apparebit, sed peribit, interibit, radicitus delebitur, iis quę fecit examinatis. Nemo ergo orbitatem defleat, nemo paupertatem. Quo enim ea maiora fuerint, eo magis eum deus auxilio dignabitur. Nemo de potestate sibi magnifice p'aceat, nec intumescat. Locus enim est lubricus, & præceps, & eos qui non attendunt facilimè subuertit. [Dominus regnabit in æternum, & in seculum sæculi.] Hic respõdet eis qui perturbantur eo, q̃ peccatores nõ statim pœnas dederint. Quid times, in- H
quit? Quid formidas? Non est iudex temporaneus, finem enim non habet regnum eius, etsi enim nunc non det pœnas, qui Luc. 1.

Græcè ἐπήκουσας κύριε exaudii di domine.

inuasit dominatum, qui est raptor, qui auarus, omnino tamè dabit. Manet enim, qui exigit, & regnat perpetuo. [Peribitis gentes de terra illius. Desideriū pauperū exaudisti domine. Præparationē cordis eorum audiuit auris tua.] Alius. Præparabis cor eorum ad attendendum auri tuæ. [Iudica re pupillo, & humili: vt non apponat vltra magnificare se homo super terram.] Vides prophetam malorum maiorem curam gerere. Est enim eorum maximè male pati. Is enim, qui iniuria afficitur accipit damnum pecuniæ, ille autem versatur in rerū maximarum periculo. Quid tum enim si non sentiunt ægritudinem, qua vexātur? Eo magis crescit eorū stupor, & eo nomine magis oportet eorum misereri. Nam pueri etiam terribilium nullam ducunt rationem: sed sæpe etiam in ignem manus immittunt, personas autem manes videndo pertimescunt. His sunt auari similes, qui paupertatem quidem verentur, quod non est terribile, sed est etiam fundamentum securitatis, iniustas autem diuitias, & alienorum bonorum inuasionem multi faciunt, quod est quouis igne terribilius. Semper enim malum est auaritia. Vt ea ergo excindatur semper rogat propheta, minans, vociferans, deum rogans, vt exurgat ad puniendum talem mentis stuporem. Et ideo subiungit dicens. Peribitis gentes de terra illius, minans illis interitum, & rogās, vt sit adiutor, & vindex eorum, qui iniuria afficiuntur, vt & hi respicerent, illi vero castigentur. Nemo ergo opum, & facultatum copiam persequatur. Multa hinc mala oriuntur iis, qui non attendunt, arrogantia, socordia, inuidia, vana gloria, alia multo his maiora. Sed vt ab his omnibus malis liberemini, radicem excindite. Si ea enim non maneat, mala germina nū germināt. Et ideo hæc dicta sunt, nō solū, vt audiamus, sed etiā vt corrigamur.

DE EO QVOD IN EVNDEM *psalmum scriptum est. Narrabo omnia mirabilia tua domine: Homilia.*

CReatoris, & omnium rerū institutoris opera tacenda non sunt: sed tantum potest dicere lingua, quantum concipit memoria. Nec possunt ab aliquo narrari cuncta, quæ deus operatus est ab initio mundi. Quia fecit omnia ex nihilo, verbo illo ineffabili, non aerem verberante, & per syllabas literarum transeunte, non a silentio incipiens, & ad silentium finiens: sed illo verbo, quod semper loquitur, nunquam silens, per creaturam ministerium assumens, siue per nubem, siue per angelum, siue per prophetam, siue per doctorem. Nec enim hoc est, quod ministratur, quale est, vnde ministratur. Hic deus noster, qui dixit, & facta sunt, qui est miraculorum plenitudo, infundit se prophetæ: & cum considerat cuncta miraculorū opera, quæ mirabilis fecit deus, ad hoc se conuertit, vt diceret. Consideraui opera tua, & expaui. Aeque propheta sanctissimus, sicuti modo cantauimus. Narrabo omnia mirabilia tua. Quæ sunt miracula, & si non multa potest promere lingua nostra, tamen vtcunque loquimur, intelligimus, & agnoscere possumus. Fecit ergo deus cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt, cuncta animantia quadrupedia, volatilia, serpentia, natantia, germina arborum, fructus, radices, ramos, folia, & cuncta sunt creata, & præparata. Ista omnia mirabiliter fecit, hominem manu pietatis è limo terræ, dans ei præceptum, vt lege seruata non moreretur: præcepto transgresso, morte moreretur. Peccante primo homine, totus vitiatus est mundus, labes peccati tota inoleuit. Concupiscentia in hominibus augmentata est, labiles facti sumus, & infirmi. Medico indigebat generatio hominum. Ille è sinu patris missus, qui semper fuit, vnam cum patre habens substantiam, & essentiam, sanauit morbum, quem protoplasius infuderat. massæ hominum. De aduentu autem incarnationis eius, quid enarrem, nisi mirabilia eius? Angelus aduenies, qui est verbiculum verbi, infundit Mariæ, concepit credens verbo. Hoc verbum, Caro factum est, assumens quòd non erat, nostrum, non amisit, qđ erat, ex patre, permansit in suo, quod erat in diuinitate. Ingressus vterum virginis non violauit integritatem, creatus non abstulit virginitatem. Quæ sunt ista miracula? Generationem eius, quis enarrabit? Transeamus id quod est super nos, redeamus ad nos. Quid est illud, vt homo in vtero matris, conceptus formaretur? Lineamenta corporis, quis comparavit, omnes artus, quis pulchritudines capillo-

Genes. 1. & Psal. 32.

Abac. 3.

Luc. 1.

Ioā. 1. cō.

Esa. 53.

capillorum ordinat, nibil ille mirabilis, qui est plasmator totius generis humani? Quid dicam in mirabilibus illius, vt succedant sibi tempora, fructus occurrāt maturi in ordine suo, sapores diuersi, cōpularum magnitudo? Quid dicam de deo iusto misericorde, faciēte de superbo humilem, de adultero castum, de edaci parcum, de iracundo mansuetum, ex impio pium, ex ebrioso sobrium, ex discorde concordem, ex tenaci largum, ex inquieto quietum, ex odiente charitatem habentem? In his omnibus, quis operatur, nisi ille cui cantauimus modo, Narrabo omnia mirabilia tua? Ex fonte miraculorum impleuit fistulam linguæ nostræ, areolas conscientiæ nostræ: lętandum est, exultandum est, non in nobismetipsis, sed in domino, qui ista operatus est. Nam cōtexuit subsequens versiculus psalmi, Lętabor, & exultabor in te, psallam nomini tuo, altissime: psallere verbo, opere subsequi, fructus est inenarrabilis. Qui psallit, deo, & facit id, quod cantat, psallit spiritu, psallit & mente: orat spiritu, orat & mente: vt quod faciat, dicat: & quod dicit, facita. Et cum hoc inimicus aduersarius totius mūdi viderit, retrorsum redit pessum perductus, atque subter pedes famulorum dei prostratus non dominatur, quia aditum non inuenit introeundi. Clausa ianua cordis: firmata vecte crucis, ingredi minime potuit: quia tyrānus imperatorem intus agnouit Christum, & filium matris ecclesię. Et vos germen ecclesię, qui estis vno verbi semine concepti, agnoscitę, qui cantatis, quod cantatis, & cui cantatis. Quid enim sumus, nisi quod ait sanctissimus illes vates Christi. Memento, quia puluis sumus? Quid cantamus illi? Canticum nouum. A vetustate primi hominis separati, in Christo recreati, cantamus canticum nouum, a vetustate narrāte miracula eius in nobis collata. Cui cantamus? Domino omnipotenti, prędicanti, talia miracula facienti, cui credentes peruenire ad ciuitatem olim promissam nobis. Intrare, nullus remaneat. Miliaria sanctorum attendite, qui positi sunt in via vitę nostrę. Et ibi resumentes, ibi ciuitatem nobis in eisdem monstratam quò tendimus, dicamus cum propheta. Narrabo omnia mirabilia tua, quia feciſti iudicium meum, & causam meam. Vt causę nostrę sic sibi conueniant cū prędceptis dei, scientes, quia stamus ante tribunal Christi, & reddituri rationem, quæ per corpus gessimus, siue bonum, siue malum. Vt cum chartę operum nostrorum discussæ, nulla in eis falsitas, nulla prauitas inuenta fuerit, liberi, & non serui peccati, applicemur in dexterā pastoris pastorum, & cum ouibus innocentibus deputet nos, qui sanguine suo redemit nos.

DE EO QVOD SCRIPTVM *est in eundem Psalmum. Patientia pauperum non peribit in æternum, &c. Homilia.*

DEus generi nostri, qui non despexit creaturam suam, neque facturæ suę se negauit: præsertim præstando hominibus vniuersa beneficia, vt det quæ in vsu corporis necessaria sunt, virtutes adornauit, ordinem constituit, rationem cordibus non negauit, vt viam vitæ peruenientes, sine offensione inueniamur. Nunc quis cognoscit, quis verbis explicat, quis enarrat magnalia dei, miracula omnipotentis dei? Omnipotens deus ille egentium, qui in omni ordine ita voluit suos clamare, ad se, & iugiter indigere a se beneficio, vt quæcunque dici possint, a nullo deo sperentur, nisi a deo nostro. Illi vagi, & pagani non a deo cuncta sperant, sed a diis manufactis: nos vero speramus beneficia ab omnium creaturarum factore. Nā modo quasi ipsa tolerantia clamabat ad deum, dicens corde, & ore nostro ex dicto prophetæ, Nunqdid in æternum in obliuione erit pauper, modo hic pauperes audiunt, & quasi eriguntur, quasi ipsi non sint in obliuione, & diuites in obliuione sint. Non est vna paupertas. Nam euangelium demonstrat nobis pauperes, non substantia sed spiritu, quos & laudat, & beatos dicit, quoniā dicit: Beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cœlorum. Qui sunt isti pauperes? Respicite si possint æstimari diuitiæ illorum. Quicunque possident in terra, partem possident terrę, & hoc exiguam, qualis ille diues, qui possidet totum cœlum, & meretur regnum? De istis pauperibus dicebar propheta. Nunquid in obliuione, in ęternum, id est, in illa vita erit pauper, aut patientia pau-

perum periet in æternum? Videtis quæ est tolerantia, quàm potens, vt toleret homo fratrem, inquietum, superbum, iracundum, bilinguem, detractorem, subdolum, pigrum, iniuriosum, murmurabundum, sibi placentem, cupidum, inordinate ambulantem. Ista patientia cum admonitione increpat, non periet in æternum. Sic tolerandi sunt isti, vt tamen nō taceatur istis talibus. Si tacuerimus, alios perdimus. Sed sic moderatione seruata, fixa admonitione, vt & lingua clamet, & cor amet: quia clamor iste, etsi clamat, sed intus amat. Nā dictum est prophetæ. Clama. Et interroga uit ipse. Quid clamabo? Et responsum est
Esa. 40. b ei. Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius vt flos fœni. Exortus est sol, flos decidit, aruit fœnum, sed verbum domini manet in æternum. Ergo ista patientia talis esse debet, vt & charitas seruetur, & proteruus
E homo increpetur. Ergo in æternū in obli-
Ps. 68. f uione erit pauper? Quis est iste pauper? An forte ille, qui dixit, nos in se portans, pauper, & dolens ego sum, & salus vultus tui, deus suscepit me? Pauper erat, qa nos esuriebat. Intantum nos esuriebat, vt quādo discipuli obtulerunt ei de Samaria venientes cibos, vt manducaret, dixit eis credentibus Samaritanis. Habeo cibum manducare,
Io. 4. d quem vos nescitis. Ergo iste pauper potest dici, & populus Christianus, membra ista sub vno capite: quia caput nostrū Christus, nos vero membra eius. Et quare
Eph. 4. d pauperes? Quia quomodo pauperes omni tempore, omnibusque momentis pulsant aures omnium hominum clamoribus suis pro pane ventris: ita pauperes spiritu clamant pro pane mentis, qui de cœlo descēdit. Ergo pauperes isti beati, isti in obliuionem erunt nunquam, quia semper præstolantur, semper intendunt, semper rogant, semper conseruant promissionem dei expectantes. Quomodo erit in obliuione iste pauper, qui die, noctuque genu flectit ad patrem domini nostri Iesu Christi, qui orationi instat, & vigilat in ea in gratiarum actione? Magna est patientia, eo quòd to-
F tum patitur anima Christiana. Impugnationes diaboli patitur, sed non superatur. Delectationes, immissiones, cupiditates, stimulis carnis colaphizantur, exagitantur, illuduntur, imaginantur phantasiæ immittuntur: ista omnia tolerat anima, sed non superatur: vincit, non tamen suis viribus: adiuuatur, vt vincat: accipit, vt perueniat: donatur, vt coronetur hac patientia, quæ ad victoriam peruenit, non periet in æternum. Sed quia non possumus nostra potentia, nostra virtute, nostra magnitudine ista facere, dicamus cum eodem prpheta, sicut psalmus subexurgit, dicens. Exurge domine, non pualeat homo. Quis est iste homo, nisi Antichristus? Audite fratres dilectissimi. Multi in seculo isto caduco; & fœneo habitant Antichristi, & audite, qui sunt isti Antichristi. Antichristi dicuntur ficti Christiani, Antichristi dicuntur hæretici pagani. Ecce isti omnes Antichristi dicuntur, quia in vno nomine Christi non eis placet simplicitas catholicæ ecclesiæ, qui aut sub laude vituperāt, aut inimicitiam apertè exercent. Sed isti cum a fide nostra nos non tollunt, non prealet homo. Atque vtinam non nos laudes humanæ extollant, non vituperationes fran G gant: quia & laus periculosa est, & vituperatio æquè periculosa est. Illa prosperitate corrumpitur anima, dum delectatur humanis laudibus: illa aduersitate frangitur, obtusa vituperationibus. Ergo oremus, & dicamus. Exurge domine, non præualeat homo, quasi deus noster sedeat, & surgat, & stet, aut corporeus, aut visibilis sit istis oculis. Sed aliquid dicitur de illo, quod possumus intelligere ex ipso. Quod dicimus deo exurge, vt in nobis surgat, & nos ad illum surgamus. Nam alio loco dicitur. Exurge quare ob dormis dñe? Aeque Ps. 43. d alio loco dicitur. Ecce non dormitabit, ne Ps. 120. que dormiet, qui custodit Israel. Nunquid a ista testimonia impugnant se, quia hic dicit, Exurge quare obdormis domine, & ibi dicit, Ecce non dormitabit, neq; dormiet qui custodit Israel? Sed attendenda sunt testimonia sibi conuenientia cum omni solicitudine. Nam si locis suis ponantur, nō claudicant. Quod dictum est, Quare obdormis domine, exurge & ne repellas in finē: vox est martyrum, volebāt se in presenti defendi de persecutionibus. Nam vox illorum est in Apocalypsi, dicens. Quousque Apo. 6 sanctus, & iustus non iudicas sanguinem b nostrum de his, qui in terris habitant? Vo- H lebant ergo martyres, vt in præsenti mira cula faceret deus, & confunderet fortitudinem aduersariorum, & inimicorum Christi: sed deus, qui volebat pati suos, & multas pœnas tolerare, dimisit eos torqueri, cruciari,

Antichristi, qui.

cruciari, affligi, vbi esset magna pugna, cõcederetur eis & gloriosa victoria. Exurgit ergo in nobis Christus, quando tolerãtiam habemus, qñ erigimur ad dulcedinẽ eius: qñ vigilamus, ne nobis inimicus surripiat, non præualeat homo iste filius interitus. Veniat ergo pietas tua, & iudicentur gentes in conspectu tuo. Constitue domine legislatorem super eos, vt sciant gentes quoniam homines sunt. Nunc orãdus est, qui non nos sinat tentari supra, quàm possumus ferre, sed faciat tentationem cũ exitu, vt possimus sustinere. Vigilate, & orate ne intretis in tentationem: quia omnis qui vigilat, & aduersarium non timebit, & coronam repositam accipiet.

1.Co.10 Lu.22. d

Psal.18. a

Nonnihil super psalmum, Cœli enarrant gloriam dei &c. reperies in vltimo tomo ad populum Antiochenum Homil. IX.

I

EIVSDEM IN PSALMVM, *Decimum. Infinem Dauid. Alius. Epinicion Dauid. Alius. Victoriæ effectori.*

IN domino confido, quomodo dicit aía meæ, transmigra in montem sicut passer?] Alius Trãsmigra in montes sicut passer. Alius. Trãsmouere. [Qm̃ ecce peccatores intẽderunt arcũ, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.] Alius. In tenebris. [Qm̃ quæ tu perfecisti, destruxerunt.] Alius. Qm̃ leges dissolutæ sunt. Alius. quòd doctrinę confringentur. Magnę sunt vires spei in dominum, præsidium, quod non vinci, murus, qui no expugnari, auxilium quod nõ põt superari, portus trãquillus, turris, quę nequit capis arma insuperabilia, vires inuictæ, & quæ in rebus difficillimis, & impeditissimis exitum inueniunt. Per eã, inermes armatos, & mulieres viros superarũt, & pueri iis, qui in rebus bellicis exercitati fuerant, facile superiores fuere. Quid mirũ autem si hostes vicerunt, qñ ipsum quoq; mundum superarunt? Elementa enim propriam ignorantia naturã, ad id quod erat aliis vtile, mutata sunt: & feræ non erant amplius feræ, nec fornax, fornax. Omnia enim cõponit spes in deum. Dentes erant acuti, & arctus carcer, naturæ immanitas, & fames naturã irritans, nusq̃ autem erat qđ eas arceret septum, & ora pphetæ corpori erant, proxima, sed spes in deum, q̃ est quouis fræno potentior, in ora earum irruens eas retrotrahebat. Eadẽ ipse quoq; philosophatus dicebat iis, q eum iubebit effugere, & ex locorũ tutela sibi saluté parare, In dño confido, qũo dicitis aíæ meæ, &c. Quid dicis? Eum, q est orbis terrę dñs, habeo socium, eum, q vbiq; oía facile facit, habeo ducem, & a partib. meis stantẽ, & me mittis ad terrã inhabitabilẽ, & ex solicitudine cautionem cõparas? Maiusne fuerit ex solitudine auxilium, quam ex eo q oía põt q̃ facillime? Quid me pulchre armatum, tanq̃ nudum, & inermem, ad fugã incitas, & transmigrare iubes? Deinde eum quidem, q hét exercitum terræ marisq;, & armis munitus est, nõ iuberes fugere in desertum, sed videreris ridiculus esse, si hęc cõsuleres, eum autem, q habet secũ orbis terræ dñm, exterminas, & mittis in exilium, & iubes transmigrare pp bellum, qđ peccatores inferunt? Cũ his enim, quæ dicta sunt, hæc etiam alia causa cur nõ fugiat. Quando. n. & deus fert auxilium, & peccatores sunt ii, q bellum gerunt, qũo non longe est oĩum stultissimus, qui iubet imitari auium timiditatem? Non consideras qũe exercitus, q cõtra me stat in acie, est vilior aranea? Si. n. Imperatoris terreni inimicus, vbicunq; fuerit, in periculo viuit; timet, & cõtremiscit: multo magis dei vniuersorum. Quocunq;. n. venerit, oés habet inimicos, atq; adeo ipsam etiam creaturam. Quemadmodum. n. suos amicos, & elementa, & bestiæ metuunt, & omnis creatura reuereatur: ita inimicum, & hostẽ bello petunt, & execrantur, vel ipsã etiam insensilia. Et ideo illos quidem priusquam vel terram tangerent teræ confecerunt: hos vero ignis consumpsit. At habent arcus, & pharetram, & eis parata sunt oía. Pararunt. n. inquit, ea in pharetra. Sed nullæ sunt eorum vires, nec eos ppea timemus. Nam neq; si viderem quempiam, qui habere arcum solutum, timerem. Quid. n. iuuant arma, si non sit virtus? Nec hic ergo, si non adsit dei beneuolentia. At dolos struunt, & non recta aggrediuntur, & propterea eos maxime rideo, quòd sagittant in tenebris, nihil enim imbecillius viro, qui struit insidias, non opus habet, vt armis aliorum capiatur: sed cadit ma-

Heb. 8.

Sap. 5.

Iudi. 4. 1.Re.17 & Iudi. 14.13.

K

Dan. 3. Dan. 6.

L

M

nu propria, & sui ipsius fraude euertitur. Quid ergo possit esse eo imbecillius, quando capitur a propriis machinationibus? Cum his autē possumus etiam aliud dicere, q̄ non solum bellum gerunt aduersus eos quibus deus fert auxilium, idq; cum dolo, sed q̄ etiam aduersus innocentes, & qui eos nulla affecerunt iniuria. Hoc autē eos non parum redit imbecillos. Quemad modum enim qui aduersus stimulos calcitrant, illos quidem non lędunt, sed suos pedes cruentāt: ita hi etiam. Cum his autem alia quoq; causa est, quæ belli eorum vires frangit. Quænam autem ea est? [Quoniā quę perfecisti destruxerunt.] Quod aūt dicit, est eiusmodi. Tecum bellum gerunt, & prælior tur, legem tuam, & præcepta tua destruentes. Præcepta enim tua eaque perfecta conantur destruere. Vel hoc dicit, vel q̄ etiam sunt legis transgressores. Iam vero hoc quoq; est non paruum argumentū imbecillitatis, q̄ qui tua non custodierūt, ii in bellum proficiscuntur. Propterea.n. & cum rectis bellū gerunt, & dolos struūt, quoniam tua præcepta non audiunt. Postquām narrauit hostium imbecillitatem, eamque ostendit nō ex iis, ex quibus alii, sed ex iis, quæ sibi conueniebāt, non enim dixit. Pecunias non habent, non præsidia, nec socios, nec vrbes, nec quòd sunt rei militaris imperiti, sed his omnibus prætermissis, & repudiatis, vt quæ nihil essent, cum dixisset eos esse iniquos, & bellum gerere cum iis, qui nullam fecerant iniuriā, & quæ dei sunt destruere, dicit deinceps, iustorum aciem, ex eo ostendens, quām sint hostes expugnatu faciles. Ita nos etiā eum, qui est petens, & imbecillus examine mus, sed non propter ea maximè timeamus, propter quæ timent homines ridiculi. Quid enim dicunt? Est terribilis, improbus, ingenti pecunia, & opibus munitus. Propterea eum maximè rideo. Hæc enim, sunt genera imbecillitatis. Absit, inquit, tendere insidias. Rursus mihi dicis aliud genus imbecillitatis. Quid est ergo in causa, q̄ multi vincunt, qui tales sunt? Quoniam tu recte pugnare nescis. Quoniam tu quoq; de eis decretas, ex quibus illi fiunt imbecilliores, nempe de gloria, & potētia. Fugæ causam certaminis, & alia parte feri eos, qui te inuadunt, arrogantem moderatione ac lenitate, auarū paupertate, incontinentem continentia, inuidū humanitate, & ità eum vinces facile. Sed sicut prius, dixi, dum narrarem imbecillitatē hostium, vide quō iusti quoq; dicit armaturā. Subiungit enim. [Iustus autē quid fecit?] Hoc est. Cum illi autem sic instruerent aciem, quæris vndenam se iustus armauerit. Audi. [Dñs in templo sancto suo. Dñs in cœlo sedes eius.] Vides quàm paucis eius narrauit auxilium. Quid fecerit rogas. Ad dominum confugit, qui est in cœlis, qui est vbiq; prēsens. Non arcū intendit: nec pharetram parauit, sicut ille, nec aciem instruxit in occulto, sed his omnibus omissis spē in deum in omnes muniit, & eam illis opposuit, qui nullo horum indiget, nō loco, non tempore, non armis: non pecuniis, sed solo nutu omnia peragit. Vidisti inexpugnabile expeditumq;, & facile auxiliū. [Oculi eius in pauperē respiciūt, palpebræ eius interrogāt filios hoīum. Dñs interrogat iustū, & impiū. Qui aūt diligit iniquitatem, odit aīam suam.] Alius. Palpebrę eius probant. Alius. Dominus iustus examinator. Alius. Iustum probat, & impium. Et eum qui amat iniusta, odit anima eius. Alius. Qui amat iniustitiam, odio habet animā suam. Vidisti paratum adiutorem, promptum opitulatorem, vbiq; prēsentē, omnia respicientem, cuius hoc maxime munus est, etsi nullus eum roget, prouidere, curam gerere, eos, qui iniuriam faciūt, prohibere, iis, qbus fit iniuria, succurrere, illorum recte facta remunerari, his pro peccatis supplicia infligere. Nihil ergo ignorat, oculi. n. eius orbem terræ respiciunt. Non solum aūtē scit, sed etiam ea vult corrigere. Et ideo alius quoq; hoc ipsum significans dicebat. Iustus. Si enim iustus, non inducet in animum, vt hæc temere fieri permittat. Auersatur malos, laudat iustos. Deinde qđ in priori psalmo dicebat, ostendens satis esse vitium ad seipsum consumēdum, hoc hic etiam significans, subiunxit. Qui autem amat iniustitiam, odit animā suam. Est enim animæ inimicum vitium, infestum, & pernicioſum. Quare vel ante supplicium dat pœnas improbus. Vidisti quō vndiq; ostendit aduersarios facile capi posse, cum & talem habeat adiutorem, & à propriis illi armis vincuntur, per quæ muniuntur, per ea se consumentes, & seipsos lædentes. Vidisti auxilii facilitatem. Neque enim aliquò eundum, nec currendum est, nec consumendæ pecuniæ, cum deus

Ro. 12.

Iob. 36. Interrogant, ἐξετάζει, examinant, ἐξετάζων examinant.

Pro. 15.

Ro. 1. 2. Pſ. 13. Hie. 25.

laqueos ignis, deus sit vbiq; prę sens, & oia videat. [Pluet sup peccatores laqueos ignis, & sulphur, & spiritus procellarũ. Pars calicis eorũ. Qm iustus dominus iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius.] Alius. Putes super iniquos carbones, Alius. Rectitudines videbit vultus eorum, hoc est, iustorum, vel etiã ipsius dei. Postquam dixit supplicium, quod ex vitio oritur, qm multi id contemnunt: mentẽ deinceps improborũ concutit ex ictu, qui superne infertur, emphatica & rem exprimente oratione vtens, & per nomina terribilia procedens. Ignem. n. & sulphurem, & spiritum procellarũ, & carbones dicit eis superne pluiturum, dictionum trasslatione pœnam ineuitabilẽ, supplicii profusionem, feriendi facilitatem, & consumptricẽ vim volens ostendere. Quid est pars calicis eorum? Hæc inquit, est sors eorum, hęc possessio, in eo versabuntur, in eo consumentur. Deinde causam quoque affert, qp qui omnia respicit, non permittit vt hæc impune abeant. Quod alius etiam dicit propheta. Purus oculus tuus ne videat mala, & super labores respicere non poteris. Hoc hìc quoque ostendit dicens. Quoniam iustus dominus, & iustitias dilexit. Hoc dei est eximium, quę iusta sunt, admittere, æquitatem amplecti, nec, quæ aliter fiunt, vnquã sustinuerit. Propterea psalmum incipiens, dicebat. In domino cõfido, qũo dicitis animæ meæ, transmigra in montes sicut passer? Qui enim in rebus terrenis, & iis, quę ad hanc vitã pertinent, confidunt, nihilo melius afficiuntur, quã passer, qui fidens solitudini, facile capi potest ab omnibus. Talis est, qui sperat in pecuniis. Quemadmodum passer, & a pueris, & a visco capitur, & a laqueis, & ab aliis, innumerabilibus: ita etiam, qui est diues, & suorum, & hostium petitur insidiis, & in maiore, quàm ille versatur periculo, vt qui multos habeat, qui viscum adhibent, & ante illos malas cupiditates, & est semper trãsmigrator, semper tempori seruiẽs & lictorum iras pertimescens, & imperatoris indignationem, & adulatorum insidias, & fraudes amicorum, & cum hostes irruerint plus quàm omnes contremiscit, & cum est pax, suspicatur insidiatores, neque. n. habet diuitias stabiles, & quæ auferri nequeũt, & ideo semp volat, & trãsmigrat montes, & deserta persequens, vertans in caligine, & in meridie crassas habens tenebras, & dolos struens. Sed nõ talis est iustus. Viæ. n. iustorum resplendent instar lucis, neq;. n. insidias parare, neque iniuriã facere constituunt, sed quietum, & remissum habent animũ. Illi autem dolos semper struentes, semper sunt in metu, & in tenebris, sicut latrones, & murorũ perfossores, & adulteri, & interdiu vident tenebras, cum sit eorũ anima timore cõturbata. Qũo ergo possint hæ discuti tenebræ? Si te ab his omnibus seiunxeris, & a dei spe pepẽderis, & si sis millies peccator. Respicite enim, inquit, ad antiquas generationes, & videte. Quis sperauit in dñm, & confusus est? Nõ dixit, Iustus, sed quis? Etsi sit, inquit, peccator. Hoc est enim admirabile, quòd etiã peccatores anchoram hanc tenentes, sunt ab omnibus inexpugnabiles. Hoc est enim maximẽ in deum affectionis, qm tot malis oppressus, in eius benignitate habueris fiduciam. Quemadmodum enim est execrandus, qui sperat in homine, ita etiam beatus est, qui sperat in deo. Ab omnibus ergo te seiungens, hanc tene anchoram. Deus enim omnia intuetur, &, quæ iusta sunt, iudicat, & non solũ iudicat, sed etiam ad opus deducit, & ideo postquam dixit de eius iustitia, ostẽdit etiã supplicium per ignem, per procellam. Hoc autem facit illorum curam gerens, & per supplicium reddẽs modestiores. Omnibus ergo de causis ad eũ accedamus, & perpetuo ad eũ respiciamus. Ita. n. etiã oia bona consequemur. In Christo Iesu dño nostro. Cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

laqueos ignem.

Psal. 5.

Abac. 1.

Sap. 3. 4.

Ibid. 17.

Eccle. 2. G

Hie. 17.

EIVSDEM IN PSAL. XI. H

In finem pro octaua. Alius victoriæ effectori pro octaua Hebręus autem על־השמינית

SAluum me fac dñe qm defecit sanctus. Quoniam diminutæ sunt veritates a filiis hominum.] Alius. Quoniam finiti, sunt fideles, a filiis hominum. Ardua quidem res est virtus, & per se difficilis, maxime autem, quando qui operatur, est in magna bonorum virorum paucitate. Quemadmodum enim viæ quidem ingressus affert laborem, multo magis autem quando fuerit solus viator, & nullum habet viæ comitem: ita hìc etiam. Non parua enim res est fratrum societas, & adhortatio. Et

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Heb.10 ideo dicit etiã Paulus. Considerantes vos ipsos ad prouocationem dilectionis, & bonorum operum. Et ideo sunt vel maxime beati iudicandi veteres, nõ quòd recte, & ex virtute se gesserint, sed quòd tum cum magna esset virtutis sterilitas, & nusquam apparerent, qui se recte gererẽt Hoc ergo significans quoque scriptura dicebat. Noe
Gen. 6. iustus, perfectus in generatione sua. Propterea admiramur Abraham, propterea Lot, propterea Mosem, quòd veluti in profunda nocte stellæ apparebant, & tãquam rosæ inter spinas, & oues inter lupos innu
I merabiles, vt qui via omnibus contraria ingrederentur, & cœptum iter minime interrumperẽt. Si hoc ipsum enim est difficile in multitudine: & qui multis contrariũ iter ingredientibus ipse solus contra tendit, magnis afficitur molestiis, & in nauigatione est etiam difficile, cum fluctus, &
τὸν ῥοῦν. æstus contra feratur, nauem in contrariũ dirigere: multo magis in virtute. Propterea hic quoque iustus, vt qui solus eam apprehendisset, cæteris contra tendentibus, confugit ad dei prouidentiam, dicens. Saluum me fac domine. Nihil ergo hic aliud quàm hoc significat. Superna mihi manu opus est, cœlesti ope, & illo diuino auxilio. Cum enim viam ingrediar omnibus contrariam, magna mihi opus est prouidentia. Et non dixit, Saluum me fac quoniam non est sanctus, sed quoniam defecit sanctus, ostẽdens eos etiam, qui erant, periisse, postquam inualuit vitiũ, & morbus superior factus est. Hoc Paulus quoq; timet, dicens. Nescitis quòd parum fermenti to-
1.Co.5. tam massam fermentat? Et rursus. Corrũpunt bonos mores colloquia prauã. Quid
1.Co.15 est autem, Diminutæ sunt veritates? Mul-
K tæ sunt veritates. Quemadmodum in coloribus, & aliis generibus, alia quidẽ sunt vera, alia falsa, & est purpura vera, & purpura falsa, & in croco, & in lapidibus, & in aromatib. & aliis eiusmodi. ita ẽt in virtutibus. Veritas. n. est, qđ vere est, falsum autem, quod non est. Qm̃ ergo hæc inuersa, & obscura fuerant, non quòd suã perdiderant substantiã, sed quòd ab hominib. fusa, & fugata fuerant propterea non dixit solum, Diminutæ sunt, sed adiecit. A filiis hominũ, hoc ipsum volens significare. Cõsidera aũt. Est mundus verus. Est etiam falsus. Quis est ergo verus mundus? Qui est in anima. Quis est autem falsus? Qui est in corpore. Sunt diuitiæ veræ, sunt etiam falsæ. Falsæ, pecuniarum, veræ, rectè factorũ. Est lætitia, hæc quidẽ vera: illa vero falsa, & pulchritudines, & potentiæ, & gloriæ. Sed maxima pars hominum, horum veritate relicta, quę falsa sunt, persequitur. Quemadmodum enim est homo verus, & falsus, verus quidẽ, qui viuit, operatur: falsus autem, qui pictus est: ita etiam videre possumus in virtutibus. [Vana locuti sunt vnusquisq; ad ꝓximũ suũ. Labia dolosa in corde, & in corde locuti sunt mala.] Alius dixit. In corde alio, & alio loquitur. Duo hic dicit, vitia, & ꝙ vana locuti sunt, & ꝙ proximo suo. Vel ea, quæ falsa sunt, dicit vana, vel ea quæ sunt superflua, & inutilia. Tale quid etiã dicit Paulus, cũ dicit, ne mẽ timini adinuicem, & quod est omniũ grauissimum, ꝙ omnes erãt corrupti. Et ideo non dixit, hic vel ille, sed vnusquisq;. Neq; enim erat tantum vitium, quod natabat in superficie: sed erat in ꝓfundo, & in corde. In corde, & in corde, quod alius interpres dixit, In corde alio, & alio docens esse magnã in corde duplicitatẽ. Hoc est oibus hostilibus acerbius. Illi. n. sunt aperti. Vnde etiã facile possunt caueri. Hi vero, cũ aliam personã præ se ferant, & sint aliud, ab iis, quibus tendunt insidias, non facile deprehendũtur, multo grauiores ns, qui gladios absconduntur. [Disperdat dñs vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt. Linguam nostram magnificabimus.] Alius. Dominabimur. [Labia nostra a nobis sunt.] Alius Adsunt nobiscum. [Quis noster dñs est?] Alius. Quis nostri
M dominabitur? Vidisti quomodo eorum curam gerit Propheta, quomodo pro eis orat. Neq; enim contra ipsos est id, quod dictum est, sed pro ipsis. Neq; enim orauit vt perderẽtur, sed vt eorum vitium de medio tolleretur. Non dixit enim, perdat ipsos dñs, sed labia dolosa. Et rursus, nõ substantiam, sed linguam, arrogantiã, fraudẽ vult auferri, superbiam exscindi. Irridens autem eorum stultitiam, dicit. Labia nostra a nobis sunt. Quis noster dominus est? Insanorum & mẽte captorum verba. Et ideo Paulus contra loquens, suadet. 1.Co.6. Non estis veltri, pretio empti estis, & iubet Ro. 14. eos non sibi ipsis viuere. Non sunt tua labia, sed domini. Ipse. n. ca fecit: ipse cõstruxit, ipse vitam inspirauit. At tu habes. Sed non omnia, quæ habemus, nostra sunt. pecunias

κακὰ mala, ἃ est nostra vel sione, ut cut nec in Hebræo.

Pecunias enim habemus, quas alii apud nos depoſuerunt, & agros conductos habemus, quos alii nobis dederunt. Ita hæc etiam tibi locauit Chriſtus, non vt ſeras ſpinas, ſed vt cõuertas ſemina ad id quod eſt vtile, non vt arrogantiam, non vt dolum: ſed vt humilitatem, vt laudem ac be
A nedictionem, vt dilectionem facias per ea germinare. Et dedit oculos, non vt impudice aſpicias, ſed vt ipſos ornes temperantia, & manus, non vt ferias, ſed vt miſereris. Quomodo autem dicis, labia noſtra ſunt à nobis? Quãdo ea peccati ſerua feceris, quando fornicationis, quando immunditiæ. Quis eſt noſter dominus? O verbum diabolicum. O animam Dæmoniacam. Vides, ò homo, vniuerſam creaturam prædicare Domini potentiam, ſapientiam, curam, prouidentiam, corpus tuum, animã, vitam, quæ ſub aſpectum cadunt, & quæ non cadunt, omnia propemodum vocem emittentia laudare potentiam artificis: & dicis. Quis dominus noſter eſt? Hoc eſt furoris, hoc ſtuporis, hoc corrupti animi. Propterea ſunt mala innumerabilia. Sed hi quidem dicũt, Quis eſt noſter dominus, alii autem dominum quidem cõfitentur: iudicium autem, & pœnas propoſitas auferunt, breui iucunditate magnũ ſibi emẽtes ſupplicium, & dum volũt ſe recreare, quòd gehennæ non meminerint, per hãc ſecuritatem metuſq; vacuitatẽ in magnũ
B ſe barathrum imprudentes immittunt. Et ideo rogo, vt gehennę memineris, de gehẽna loquaris: ita animam tuam compone, pulchramq; ac decoram effice. Magna eſt enim horum verborum vtilitas. Nõ enim ei deus temere minatus eſt, & eam terrore affecit: ſed id fecit, vt metu meliores redderet. Et ideo diabolus omnia facit, & molitur, eius volens auferre memoriam. Noli eã è memoria eiicere. Nec dicas. Quid me importuna afficiam triſtitia? Importuna eſt triſtitia, quando angeris in gehenna. Hoc eſt tempus triſtitiæ, non illud, & hoc
Luc. 16. oſtendit diues ſub Lazaro, cui nihil profuerunt innumerabiles, quibus afficiebatur, moleſtiæ. Si autem in tpe doluiſſet, nõ ea paſſus eſſet, q̃ paſſus eſt. [Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nũc exurgam, dicit dñs. Ponam in ſalutari, fiducialiter agam in ipſo.] Alius. Ordinabo ſalutare apertum. Diſce quanta ſit virtus humilitatis. Pauperum potentia, pauperũ, inquam, eorum, qui ſunt contriti corde, eſt q̃ male patiãtur defenſio. Non.n. vitã, nec virtutem, ſed malorum perpeſſionem dicit deum excitare, & eum ad ſuppliciũ, & vindictam euocare. Tanta res eſt, ſi tibi fiat iniuria, eam ferre forti animo, tantam deus curam gerit eorum, q̃ afficiuntur cõ C tumeliis, maximæ defenſionis loco eſt calamitas, & mala pati. Magna eſt vis eiulatus, quæ ſupernum euocat auxilium. Timete quicunque pauperes iniuria afficitis. Habetis vos potentiam, opes, & pecuniam, et iudicum beneuolentiam, ſed habent illi arma omniũ validiſſima, luctus, & eiulatus, & illud ipſum iniuria affici, quæ è cœlis auxilium attrahunt. Hæc arma domos effodiunt, hæc fundamenta euertunt. Hæc integras gẽtes ſubmergunt, gemitus dico eorum, qui afficiuntur iniuria. Bonum ac pium eorum animum deus reueretur, quã do male patientes, nullum malum verbũ pferunt, ſolum autem gemunt, & ſua mala deplorant. Quid eſt autem, Ponam in ſalutari, fiducialiter agam in ipſo? Cum fiducia, inquit, aperte, & manifeſte eos defendam, vt omnes intelligant. Et quandonã non conſeruat palam, & manifeſte? Nonnunquam id facit non manifeſte, ſed clam, neque enim opus habet, vt ab hominibus gloria afficiatur, nunc autem quoniam erat uerisimile inimicos eos inſectari, eosq; inſultare, & eis exprobrare, q̃ deum non haberent adiutorem. Vt illi quoq; caſtigarentur, & fierent meliores, cum experientia didiciſſent domini auxilium, aperte, inquit, faciam pro eis ſalutem. [Eloquia dñi, eloquia caſta, argentum igne examinatũ, pbatum terrę. Et quomodo ſunt hęc iis,] quæ dicta ſunt, conſequentia? Pulchre admodum. Ne hęc enim, inquit, exiſtimetis temere dicta eſſe, inaneſque, & ſuperuacaneas eſſe minas. Sunt enim pura eius uerba, amendacio libera. Quemadmodum enim argentum ignitum nihil habet alienum, & adulterinum: ita etiam dei uerba, Mat. 24.
quę dixerit, omnino euenire oportet. Et Iſa. 55.
ideo dicit, Eloquia domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum. Alius. Ignitum, cedens terrę. Hebręus autem pro eo, quod eſt Cedẽs terrę, dixit, בְּעִלִּיל לְאֹרֶץ Baalil laares, hoc eſt, fuſum, in terram fluens. [Purgatũ ſeptuplum.] Vidiſti quõ, quod verum eſt, & amendacio alienum p ſimilitudinem materię oſtenderit. Quem-

admo-

admodum enim illud fusum, ignitum, & hoc sæpe passum, est ab aliena materia alienum, exactissime purgatum: ita etiam dei prolata sententia. [Tu dñe seruabis nos, &
E custodies nos ab hac generatione, & in sæculũ.] Alius. Custodies ipsos. Alius. Custodies ipsa, & cõseruabis nos ab hac generatione, & in sæculũ. Alius. Cum generatione, q̃ est in sæculũ. [In circuitu impii ambulant.] Alius. Ambulabuut. Alius. In circuitu impiorum ambulabunt. [Secundum altitudinem tuã multiplicasti filius hoĩum.] Alius. Quando exaltati fuerint viles filiorum hominum. Alius. Secundum altitudinem exaltati ,filii ,hominum. Hebræus autem, נרם זלות לבני אדם cerũ zuloth libeni Adam. Tu autẽ domine custodies nos, & conseruabis nos. Vide eum frequenter, immo vero assidue, ad deum confugere, & ab eo auxilium petere, est. n. potentissimũ auxilium, quod nullo tempore interrumpitur. Nulla re, inquit, humana opus habemus. Tu enim es, inquit, qui perpetuo custodis. Quid est autẽ, In circuitu impii ambulant. Conuenienter quidẽ secundum septuaginta, ita dicendum est. Etiam si impii nos circuncirca obsederant, nihil graue patiemur, nos. n. conseruas, & extollis, clarosq;, & illustres reddis. Si alium autem interpretẽ sequamur hoc dicendum est. Impii extrudentur, quando viles ex filiis ho-
F minum exaltaueris, Hoc est, quando nos, qui viles reputamur, & contempti, humiliatos gloria affeceris, seiunges ipsos, & expelles. Quid est autem, Secundum altitudinem tuam? Pro eo, quod est, Similes tui affecisti, quatenus fieri potest, vt homo sit
Gen. 1. similis. Faciamus. n. inquit, hominem ad imaginem, & similitudinẽ nostram. Quod ipse enim est in cœlo, nos in terra, & quẽadmodum superne nullus est eo superior, ita nullus in terra est huic animali virtute
Matt. 5. similis: Estote, inquit, similes patris vestri, qui est in cœlis. Quinetiam nominis quoque nos fecit participes. Ego dixi, inquit,
Exo. 7. dii estis, & filii excelsi omnes. Et rursus. Cõstituit te deum Pharaonis, & fecit esse opi
Psal. 81 ficẽ corporeorũ, & incorporeorũ. Et nũc quidem mutat Moses creaturam: nunc autem alii alia elementa, nobis autem iussit,
1. Co. 6. nos ipsos deo templum extruere. Etsi ergo non fabriceris cœlum, dei tamen templũ fabricaris. Propterea. n. cœlum quoq; est splendidum, quoniam habet deum in ipso habitantem, imò vero p Christum nos vnã quoq; suscitauit, & nos considere fecit in dextris in cœlis, & dedit, vt maiora facere
G Io. 14. mus iis, q̃ ipse fecit. Signa. n. inquit, q̃ ego facio, ipse quoque faciet, & maiora his faciet. Et in veteri, hic quidem mare mutauit: ille vero solem frenauit: alius lunã iussit manere. Alius autem rursus in se radios auertit. Filii aũt in fornace eleméti operationem alligarunt, & flamma insaniens silebat, & alligata sibilabat. Norunt ét feræ reuerti dei amicos, & licet fames vrgeat, sapientiæ tũ studiũ maius indicant. Qui sunt gulę dediti, vereãtur ferarum abstinentiã. Leonis viderũt Danielem, & philosophati sunt, nos ad nos venientem filiũ dei videntes, minime philosophamur. Maluerunt illi fame perire, q̃ sanctum corpus tangere. Nos nudũ Christum, & fame confectum circuire videntes, ne q̃ sunt quidem superuacanea dimittimus, sed in summa rerum affluentia viuentes, sanctos despicimus. Terra rursus alii dei amico tanta dona ex suo sinu protulit, & tantã fertilitatẽ, quantam, nunq̃ antea. Et quid miraris, si ipsi erãt venerabiles, cum, & vestes eorum, & vmbræ dæmonib. & morti, & morbis essent formidabiles. Quinetiã Angeli quoq; reuerti sunt, & insigniter honorarunt homines. Quidni. n. honorarẽt, quos ipse dominus honorabat? Hoc autem videri potest, & in nouo, & in veteri. Et ideo dicit. Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Cum ergo considerauerimus honoris magnitudinem, quam par est præbeamus, pro ea remunerationem, ne nobis habitus honor insignis sit nobis viaticum futuri supplicii.

Ephe. 1.

Ioh. 14.

Ioh. 10.
1. Par. 4.
4. Re. 20
Dan. 3.
Dan. 8.

Dan. 14

Mat. 25.

Iob. vlt.
Act. 19.
Act. 5.
Gen. 18
& 19.
22.
H
Exo. 14.
Iudic. 2.
Mar. vl.
Act. 5. 8
10. 12.

EIVSDEM IN PSAL. XII.

In finem Psalmus Dauid. Alius. Epinicion canticum Dauid.

VSquequo dñe obliuiscêris me in finẽ?] Alius. Obliuiscêris me perfecte. Alius. Ad contentionẽ. [Vsquequo auertis faciẽ tuã a me?] Alius. Abscondis. Quãdiu ponã consilia in aĩa mea.] Alius. Statuã sollicitudines. [Dolores in corde meo p diẽ, & noctem.] Alius. Solicitudinem in cogitatione mea quotidie. Non est hoc paruum bonum, sentire dei obliuionem. Obliuionem autem ne existimes esse affectionem, sed

Et noctẽ, non est in nostra editione, sicut, nec in Hebræo.

sed derelictionem. Multi certe quibus hoc accidit, hoc ipsum quidem norunt, neque deflent. Hic autem beatus non solum hoc nouerat, sed tempus etiam animo reputa
I bat. Illud enim, Vsquequo, est eius qui magnum tempus ostendit, & ideo deflet, ac luget. Tu autem considera quomodo de nulla re terrena, & quæ ad hanc vitã pertineat, angatur, non de pecuniis, non de gloria, sed vbique de dei benuolentia. Et vndenam nouit, inquit, deum esse sui oblitum? Quoniam nouerat etiam quando meminerat, & aperte sciebat quid sit quidem obliuio, quid vero memoria. Nõ quemadmodum multi homines, quando sunt diuites, quando apud homines gloriam assequuntur, quando eis omnia fœliciter succedunt, quando vincũt inimicos, tunc existimant deum eorum meminisse, & ideo nec sciunt, quando deus eorũ obliuiscitur. Qui enim signum memoriæ nesciunt, nec norunt etiam signum obliuionis. Si enim non norunt signa amicitiæ, nec inimicitiarum etiã signa norunt. Multorum enim qui hæc habent deus obliuiscitur, atq; adeo eorum maxime, eorum aũt qui in rebus aduersis versantur, sæpe meminit. Nihil. n. apud deum æque facit
K meminisse, ac boni aliquid facere, esse sobrium, ac vigilantẽ, virtutis curam gerere. Quemadmodum nihil æque obliuionis causa est, vt esse in peccatis, auaritiæq;, & rapinæ esse deditum. Et tu ergo, ò dilecte, quando in aliqua fueris calamitate, ne dicas, deus mei oblitus est: sed quando fueris in peccatis, & omnia tibi fœliciter succedunt. Si hoc enim cognoueris, a rebus malis agendis cito recedes. Vsquequo auertis faciem tuam a me? Hoc est maxima obliuio, ex humanis enim figuris ostendit dei operationes, & eius iram, & punitionem exprimit. Deus autem rursus faciem suam
Esa. 1. auertit, quando facimus, quæ sunt indigna eius præceptis. Quando enim extendetis, inquit, manus vestras, auertam oculos meos a vobis. Deinde causa subiungitur. Manus enim vestræ sanguine plenę sunt. Hęc ipsa autem derelictio, & vultus auersio, magnę est curæ ac prouidentiæ. Hoc autem facit, vt nos ad se vehementius attrahat. Nam etiam is qui est insano amore captus, eum qui amatur contemnentem dimittit ac derelinquit, non animo quidem expellens, sed ipsum volens ad se conuertere, & sibi coniungere. Postquam autem dixit auersionem, dicit etiã obliuionem, & quę sibi ex ea euenerunt. Quenam autem ea sunt? Ea quę subiun- L.
git dicens. Quandiu ponam consilia in anima mea. Quemadmodum enim qui è portu egressus est, vbiq; vagatur, & qui luce priuatus est, in multis offenditur, ita et qui in dei obliuionem incedit, curis, solicitudinibus, ac doloribus perpetuo angitur. Hoc autem non parum confert ad Deum ad seipsum conuertendum: curis, & solicitudinibus angi, doloreque, & tristitia extabescere, auersionis eius ratione ducere. Quod etiam Paulus scribens ad Corinthios, dicit de seipso. Et quis est qui 2. Co. 2.
me lętitia afficiat, nisi qui ex me tristitia afficitur? Hoc enim non parum lucri est, ò dilecte, sentire dei auersionem, dolore, tristitia affici. Ita enim ipsum ad nos celeriter cõuertemus. [Vsquequo exaltabitur inimicus meus sup me. Respice, & exaudi me dñe, deus meus, illumina oculos meos, ne vnquã obdormiã in morte.] Quemadmodũ. n. cũ retinet ac defendit nos deus, & stat, a nobis, quę molestiam afferunt, longe recedunt: ita etiam cum recessit, & oblitus est, & anima discerpitur, & cor dolore angitur, & qui vexant, insultant, & sunt omnia scopuli ac precipitia. Hæc au- M
tem vtiliter permittuntur, vt per omnia stimulati qui sunt socordiores, maiori studio redeant eo vnde exciderunt. Erudiet Hier. 2.
enim, inquit, te defectio tua, & vitiũ tuũ iuxta
te redarguet. Dei itaque derelictio est spe- 70
cies prouidentię. Quando enim qui pro- Iob. 15.
uidet, & curam gerit, cõtemnitur, parum dimittit, & derelinquit vt tũc expulsa socordia, negligentes fiant diligentiores. Respice, inquit, vide inimicũ meum, qui exaltatur supra me, & si non propter meam miseriam, saltem propter illius arrogantiam, & superbiam exaudi me. Et quid petis, vt vincar inimicos? Non hoc dicit, sed vt illuminentur oculi cordis, vt expellantur tenebrę, q̃ sunt offusę pspicaci aiæ facultati, & intelligentię oculũ obscurarũt. Hoc peto. Illumina oculos meos. [Ne quã do dicat inimicus meus.] Cum me viderit deturbatum ad mortem peccati. [Ita prę ualui aduersus eum.] Ipsum superaui, qđ volebam videre, hoc mihi accidit. Quid est prealui aduersus ipsum? Etsi p se non est fortis, contra me quidem certe est fortis,

tis. Nostri victoria & affert vires, eumque
A reddit potentem, & validum, & inexpugnabilem. Vides quando peccamus, nō solum nos ipsos dedecore afficimus, perdimus, ad mortem cogimus, sed eo quòd victi sumus, inimicos nostros validos potentesque prædicamus, nec hoc solum, sed etiam eos in magna lętitia, & exultatione collocamus. Papę quantæ est stultitiæ quā ti stuporis, aduersariis aduersus seipsos ferre auxilium, & vt ii qui animam excruciant, & affligunt, letentur, & exultent, parare. Vide quot absurda. Cum inimicū vincere oporteret: imbecillæ enim factæ sunt eius rhompheę in finem, cum inquam, vincere oporteret, vincimur, nec id solū, sed etiam validum ac potentem reddimus, & nec eousq; sistit extrema amentia, & summus morbus noster, sed quæ ei etiam lętitiam, & exultationem afferant, comparamus. Reuera est extrema ebrietas, & summum malum, peccatum. [Qui tribulāt me si motus fuero, exultabunt.] Tres causas affert propheta, vt Dominum moueat, vt respiciat, & faciem suam cōuertat, & eius orationem exaudiat, vires inimicorum, &
B ante id, erectionem, & eorum exaltationē & tertium, lætitiam, & exultationem ipsorum, propemodum dicens. Si non propter meam orationē, nec pp meam miseriam conuertis ad me faciem tuam Domine: saltem propter inimicorum arrogantiam, eo p suas vires ostentant, & sibi valde placent. Qm meis malis lętantur, & casum meum irrident. Exaudi me. Illumina oculos meos. Aufer grauem somnum in peccatis meis: quo sopitus propemodū ad animę mortē dormitando deductus sum. Si. n. a securitate tua tantum emotus fuero, eis lętitia, & gloria, & virtus hoc ducitur, & hoc nomine se iactant, & sibi valde placēt, & sunt intolerabiles. Si aūt ad mortem fuero deductus, quid ii non fecerint? Vides quàm magnum damnum existimet propheta, & nihilo minus quam pœnam ac supplicium, communem inimicum lętitia afficere, & vt ipse potens excelsusq; videatur efficere. Si hęc enim nō existimaret mala maxima, & intolerabilia, nō hęc proposuisset ad deum placādum, & ad sui beneuolentiam attrahendum. Ita etiā nos
C faciamus, & consideremus, & contendamus, ne inimicum exaltemus, ne potentē faciamus, ne lętitia afficiamus, sed contra & humilem, & abiectum, & imbecillum tristemq; & demissum reddeamus. Si enim eos qui peccāt, recte, & ex virtute se gerere viderit, hæc oīa simul fiunt. [Ego aūt in misericordia tua speraui.] Quid ergo recte feci, vt petas, vt rursus te respiciat, vt tuā orationē exaudiat, vt tuæ mentis oculi illuminentur? Vndenam autem hæc tibi speras futura? Dicant quidem, inquit, alii, siquid possint dicere, ego autem vnū scio, vnum dico, omnē spem meam in illo collocō, illlud mihi propono, misericordiam D tuam, tuam clementiam. [Ego aūt, inquit, in misericordia tua speraui.] Vidisti pphetæ humilitatem. Vidisti pium, & gratum viri animum, licet posset innumerabilia a se recte facta dicere, & per ea deum exorare, eorum nihil dicit, sed ad solam confugit dei misericordiam. Vnde clarum est, quòd cum hæc dicit, nempe, si feci illud, si retribui mala pro bonis, & quæ sunt huiusmodi, in magnam adductus necessitatem hæc dicit. Quæ si non adsit, nihil dicit illorum, sed misericordiam, & dei clementiam pro omni supplicatione proponit, deinde confidens fore, vt spe non frustraretur, subiūxit, [Exultabit cor meū in salutari tuo.] Vidisti animam bene sperātem. Petiit, & priusquā acceperit, tanquā q accepisset agit gratias, & deo canit hymnum, & omnia facit, quæ prædicta sunt. Vndenam autem est tam bona spe prædituS? Ex pio, & grato animo, ex magno, & vehementi studio petitionis, sciebat eum qui sic peteret, a deo exaudiri, ex magno cordis colore, & agitatione. Quemadmodum ergo qui segniter, & negligēter petunt, ēt cum acceperint vix donationē sentiunt: ita ēt qui cum intenso studio, & vehementi animi cōtentione petunt, etiam priusquā acceperit, ex magna, & pura sua affectione perinde ac si accepissent, donū sentiunt, diuina eis gratia lætitiam antea immittēte, & propterea agunt gratias, & ab accipiendo non longe absunt. Exultabit cor meū in salutari tuo. Hoc, inquit, meam aiam lętitia afficit, p ate salutem assequatur, lętatur anima mea, quòd eius Prou.
sit salus. Vidisti exultationem, & exultationem, inimicorum exultationem, ppter E
lapsum, & exultationem animæ propter propriam salutem. Illa est improbi, hęc est eorum qui conseruantur. Illa est exitium, & eius qui videbatur exultare, & eius

propter

propter quod exultabat, hæc est salus, & adhoratio eius qui exultat. Hac ergo exultatione, & lætitia lætemur, & exultemus, illam aũt fugiamus, & auersemur. [Cantabo dño qui bona tribuit mihi, & psallã nomini dñi altissimi.] Monimentum, inquit, huius beneficiis canticum deo offeram, qꝝ me beneficio affecit, inimicum humilé, & abiectum reddidit, ignominia, & dedecore impleuit, imbecillũ esse conuicit, meam exaudiit orationem, in me vultum suum conuertit, discussa caligine, & tenebris p quas ad mortem ferebar, & pp eius salutare, exultans, tanq̃ aliquod monimentum indelebile, hoc canticũ eius in me beneficiorum dedico, non nunc solum hoc canens, & beneficia eius apud me mente versans, sed etiam in posterũ cantabo, & psallam nomini tuo, nulla vnquã obliuione delendam beneficii magnitudinem aío circunferens. Talis ergo anima non solum malis irretita, a malis liberatur, sed etiam
F fit tutior, vt non amplius in similia incidat. Quando.n. beneficium semper habet in memoria, clarum est, qꝝ malorum quoque recordatur, a quibus liberata beneficium fuit consecuta. Cum autem mala memoria teneat, diligẽter apud se reputat vnde nam ea sibi euenerint, & propter quam causam in tantum malum fuerit deturbata, & deinceps id reputans, seipsam vndique munit ne in tales incidat calamitates, & ita deinceps suam victam recte componens, & instituẽs, ei qui liberauit magnas agit gratias, quemadmodum inuenit liberatorem, ita vt etiam. Custodem in futurũ habeat postulans. Hanc nos quoque imitemur, etsi in aliquod peccatum incidérimus, ad nos cito redeamus, & faciamus, vt lapsus sit occasio securitatis, & argumẽtum, & impulsio non amplius peccandi.
Rom. 5 Quomodo ergo facies? Habes Dauid præceptorem. Peccauisti, ne dormias in peccato, sed exurge, & statim apud te cogitas, qꝝ deus a te faciem auerterit, quod tui oblitus sit, deinde plora, ingemisce, laua per singulas noctes lectum tuum lachrymis, cito recede ab iis qui operantur iniquitatem. Nam hæc quoque sunt Dauid præcepta. Dic cum ipso. Vsquequo domine obliG uiscéris mei in finem? Vsquequo auertis faciem tuam a me? Dic non lingua, sed corde multo ante. Dic alias Dauid quoq; rationes. Quando dixeris omnia, Spera in misericordia eius, Spera ne hæsitaueris. Qui enim hæsitat, inquit, est Iac. 1.
similis vndæ maris, quę vento excitatur, & agitatur. Ne ergo existimet qui est eiusmodi, se aliquid a deo accepturum. Vir enim duplici corde est instabilis in Ibid.
omnibus viis suis. Spera ergo in eius misericordia nihil hęsitans, & postulatum omnino consequeris. Postquam autem consecutus fueris, ne sis accepti immemor, & ingratus in benefactorem, sed fac monimentum eius beneficii, & pro grã- Luc. 14
tiarum actione ei dedica canticum. Non potes ipse forte componere, conuoca pauperes, eorum linguas commodato accipe, & tibi eas compara. Scias eum lubentius id auditurum, quàm canticum Dauidicum, quod illi pro te cecinerint. Quemadmodum enim quod ex diuersis est chordis constitutum, iucundiorem emittit modulationem, quàm quod ex vnica: ita etiam quod est ex diuersis pauperibus, deo, H
qui audit vocem pauperum, iucundum quid resonabit, & amabile. Erige tibi ipsi, & deo huiusmodi monimentum. Ei quidem monimentum beneficii: tibi vero ostensionem gratiarum actionis grati animi, & memoriæ, signum perpetuæ memoriæ quam in corde semper habens infixam, corrige tuam vitam, imo vero corrigamus, vt simus digni hæreditate bonorum, quæ illic sunt. In Christo Iesu domino nostro. Cui gloria, & potentia in sęcula sæculorum. Amen.

EIVSDEM IN FINEM
Psalmus Dauid. 13.

DIxit insipiens in corde suo. Non est Deus.] Quemadmodum dum dñs iniuria afficitur, bonus seruus, vt qui sit in primis beneuolus ęgre fert, & indignatur: ita etiam dum deus nihili ducitur, Dei Propheta impium corrigit, dicens, vt audisti, Dixit insipiens in corde suo, non est deus. Quemadmodum enim seruus qui amat Dominũ, postquam intellexit suos conseruos habere dominum despicatui, vt ostendat suam in eum beneuolentiam, ad eum vlciscendum se comparat, & vel manibus vlciscitur eum qui illum affecit I
iniuria, vel traducit reddens omnibus exosum, vel ad correctionem, & metum aliorum, domino renuntiat, & vt grauio-

ribus

ribus plagis afficiatur procurat, in eum, q̃ seditionem excitauit, tanq̃ in proteruum, & rebellem bellum gerens: ita etiam propheta cum intellexit Creatorem ignominia afficia creatura, & figulum a luto contumeliis inceſſi, & deũ ab impio ludibrio hſi ac nihili pendi, pinde ac ſi lapidis ictum in corde accepiſſet, & dolorem nõ ferret, exclamauit. Dixit inſipiens in corde ſuo. Non eſt deus. Vide autem, q̃ apte pſalmo, qui pcedit, cõiungitur. Quia.n. in illo ægre ferens dixerat, Vſquequo dñe obliuiſceris me in finem, & paulopoſt, Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſup me inſipiens, dicens non eſſe deum, q.n. aduerſus deum extollitur, multo magis extolletur aduerſus dei ꝓphetas, & qui contra dñm erigitur, etiam aduerſus conſeruos erigetur, q̃ interrogatus curnam die, & nocte excruciatur, hæc nunc reſpondet. Cur excrucior rogas? Qm̃ dixit inſipiens in corde
K ſuo. Non eſt deus. Cum impio conuerſationem exiſtimo eſſe a deo auerſionem. Deum mei eſſe oblitum ſuſpicor, ꝙ vnà cũ ipſo viuam. Sancto.n. eſt cruciatus, & ad iram ꝓuocatio impiorum impietas. Ita etiam de Paulo dictum eſt. Athenis autem
Act. 17. cum Paulus expectaret Timotheum, incitabatur ſpiritus eius, videns idololatriæ de
1. Re. 28 ditam ciuitatem. Cur (ait) viuunt impii?
1. Re. 22 Hæc Dauid dixit de Saule, vt narrat hiſtoria, pp ventriloquam quemadmodum etiam in 52. Pſalmum, pp Doec, qui eadem continet. Dixit inſipiens Saul. Videte mihi mulierem ventriloquam, & quærite.
ἐγγαστρι μύθω Alius. Adam a muliere deceptus eſt. Dicit autem ei. Diuina mihi in pythone, & relicta prophetia deturbatur ad diuinationẽ. Dixit inſipiens in corde ſuo. Non eſt deus. Muniamus nos fratres, ne in inſipientis naufragium incidamus, verbis ipſum fatentes, factis autem negantes, bonum, & miſericordem vocantes, eius autem, qui ægrotat, vel pauper eſt, aut affligitur, non miſerentem. Et ꝙ non ſolum verbis, ſed etiam factis qui neget deum, & qui Chriſtianus nominatur, eadẽ dicat, q̃ inſipiens,
Titu. 1. Non eſt deus, teſtis eſt Apoſtolus, qui dicit. Deum fatentur ſcire, factis autem negant. Quanto ſunt autem facta potentiora verbis ad perſuadendum, tanto factis quam dictis deum negare ore, vel corde grauius. Dixit inſipiens in corde ſuo. Non eſt deus. Qui in ore dicit, Diligam te domine, & in corde fratrem habet odio, quõ
L deum diligit, non obediens ei qui dicit, Diliges dominum deum tuum, & proximũ tuum ſicut teipſum? Dominus dicit. Qui diligit me, ſermones meos ſeruat. Qui ergo non ſeruat, nõ diligit. Ore dicit deum, & corde dicit. Non eſt deus. Teſtis eſt dominus, qui dicit. Pupulus hic ore me honorat, cor autem eorum lõge eſt a me. Dixit inſipiens in corde ſuo. Non eſt Deus. Quòd autem q̃ fratrem ſuum habet odio, is etiam deum odit, licet ore clamet, ac vociferetur ſe deum amare, dicit Ioannes Euangeliſta in epiſtola. Qui dicit ſe deum amare, & fratrem ſuum odit, mendax eſt. Si enim fratrem ſuum, quem vidit, non diligit, deum, quem non vidit, quomodo diliget? Cum ergo, qui talis eſt ſe deum ſcire fatetur, & non aperte negat, is impietatem in corde fabricatur. Dixit inſipiens in corde ſuo. Non eſt deus. Vnde hanc ſententiam confirmans propheta, dicit inferius. Nonne cognoſcent omnes, qui operantur iniquitatem, qui deum confitentur verbis, factis autem negant, qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis,
M dominum non inuocauerunt? Deum enim fatentur ſcire: ſed quoniam factis negarunt, inuocantes non inuocarunt. Ipſe dominus dicit. Cur me vocatis domine domine, & non facitis, quæ dico? Omnis, inquit, qui peccat, non agnouit dominum, dicit Ioannes. Cum enim vitium virtutes perſequatur, pietas quoq; vnà cedit ac religio, vt quæ ideo adſint, quòd id nõ adſit. Ita etiam filii Heli, filii peſtis, dominum quoq; neſciebant, non in eo ꝙ dominum ore negarent, ſed quòd turpia facerent in tabernaculo. Et qui dant fœnori pecuniã, deum non norunt. Ipſe dicit. Vſura ſuper vſuram, dolus ſuper dolum, noluerunt me noſſe, dicit dominus, qui dixit. Si fratri tuo pauperi dederis mutuo pecuniam, non eum vrgebis, non impones ei vſuram. Non eſt deus. Et quomodo, quæ ſunt poſt deum? Non eſt deus. Et quomodo, quæ ſunt per deum? Non eſt deus. Et quomodo omnis lingua hominis deum nominat? Falluntur ergo omnes ho
A minum myriades, quæ deum eſſe dicunt: & ſolus inſipiens ſe putat verum dicere, qui ſolus ita mentitur. Et qui quinq; quidem, vel ſeptem teſtimonia vult in teſtamẽtis euertere, per cõſenſum reprobatur

Mat. 22. Deut. 6. Io. 14. Eſa. 29. Mat. 15. 1. Io. 4. Luc. 6 1. Reg. 2 Eze. 22. Exo. 22.

ac

ac reiicitur, quando indicat veritas. Publicam autem totius orbis, & vniuersam mundi linguam solus vult insipiens euertere.
Et quomodo non est vere reprobus insipiens, & seipso insipientior, insipiens in negando, in se impudenter gerendo insipientior. Quamuis.n. mundi hoies de deo diuersas sententias germinauerint: nominis tamen fundamentum nemo labefactauit. Dixit insipiens in corde suo. Non est deus. Non est fundamentum, & quonammodo stat ædificium? Non est carina: & qûo consistit nauigium? Non est fabricator nauis, & quonammodo nauis compacta est. Non est ædificator: & qûo domus facta est? Non est Architectus, & quis vrbem condidit? Non est Agricola, & quomodo agri tulere manipulos? Non est mu
ficus, & quomodo in mundi lyra apparet concentus? Non est qui prouideat, & quo
B modo per omnia peruadit prouidentia?
Non est auriga, & quomodo elementorũ quatuor currus agitur? Nõ est statuarius, & quomodo homines veluti quędam statuæ in mundo facti sunt? Non est fornicis constructor, & quis tibi cœli fornicem cõ struxit? Non est aurifex, & quis veluti discum aureum, tanquàm in mensa, solem in cœlo posuit? Non est qui ferat lampadem, & quis tibi veluti lampadem argenteam dedit lunam in nocte? Non est, qui ii luminet, & quis tibi clara, & lucem præbentia dedit luminaria? Non est qui facit solus magna lumina, & quis accẽsos astro
Ps.135. rum lychnos tibi in cœlo posuit. Quẽadmodum dicit propheta, Qui facit luminaria magna solus, Solem vt præsit diei, & lunam, vt præsit nocti. Non est opifex, &
Sap.13. quomodo pulchritudo creaturarum testatur creatorem? Ex magnitudine enim, & pulchritudine creaturarum conuenienter eorum genitor consideratur. Dixit insipiens in corde suo. Non est deus. Quæcunque in mundo fiunt, aguntur, & exercentur, habent qui ei præsit? eaque perficiat, & solus mundus non habet, qui eum adC ministret? Si non est deus, quid facis in iis, quæ dei sunt? In domo dei manes, & domum dei inficiaris? Vel da mercedem domus, gratiarum actionem, vel domo egredere. Cur ẽt fumo eructati maledicti ac blasphemiæ domum imples? Insipientem autem nunc dicit, non eum, qui est emotę mentis, vel qui delirat, aut sensu minus valet, sed eum qui male sentit, nõ eum qui insita, & communi hominum prudentia priuatus est, sed eum, qui prudentia, quæ vna est ex quatuor virtutibus, peruersa est quæ quidem prudentia est lucerna animę regina cogitationum, magistra eorũ, quæ bona sunt, & honesta. De qua dixit scriptor prouerbiorum. Et qui possidet prudẽ Prou.4.
tiam, amat seipsum. Et rursus. Posside sapientiã, posside prudentiam & intelligentiam. Ei autem cum læsa est principalis animæ facultas, & insitam amisit prudentiã, intelligentiaque, & mente priuatus est, nõ dicebat, Acquire sapientiam, & scientiã. Nam etiam si maxime velit, non potest, vt qui prudentiæ instrumentum perdiderit. Et vt intelligas, ꝙ qui nunc dicitur insipiens, non erat naturali priuatus intelligentia, vide quantum valebat prudentia. Neque enim lingua dixit, Non est deus, neque per os locutus est, sed in corde celauit improbitatem. Sciebat.n. se in periculo futurum, si id eructasset. Quoniam enim D Leu.24.
qui illis temporibus deum blasphemabat, 3. Reg.
vel eum inficiabatur, lapidib. obruebatur. 21.
Testis est Nabuth, qui tanꝙ blasphemus condemnatus est. Ne huic improbe sentienti idipsum vsu veniret, in corde impietatem insculpsit, impietatis tẽplum cor suum constituens. Dixit insipiens in corde suo. Non est deus. Si fuisset.n. emotæ mentis, & naturali caruisset prudentia, nõ in corde solum, sed ore ẽt dixisses, Non est deus, nec apud deum, nec apud homines vocatus esset in periculum. Si enim Imperator, qui est totius orbis Auriga, sæpe ab insipiente, & stulto contumelia affectos sustinet, naturę ductus misericordia, si eũ abripuit animi perturbatio: multo magis eum qui est natura insipiens, blasphemantem, nec deus, nec hõ vltus esset, sed vt hominem stulta loquentem dignum venia iudicasset. Et iõ qui sunt a dęmone correpti, vel furore perciti, non censentur blasphemare. Porro autem quicunque multos deos adorat, dicit. Non est deus. Quem E
admodum.n. maritorum multitudo effi- Ioan.4.
cit, vt non censeatur maritus, Quinque.n. viros habuisti, & nunc quem habes, non est vir tuus: ita etiam multorum deorum cultus est impietas, & perinde est ac si nullum colas. Multorum n. deorum admisso est vnius negatio. Et ꝙ qui multos deos colunt, sunt impii, & deum non habent,

Eph.2. audi Apostolum scribentem ad Ephesios. Vos aliquando gentes, quando eratis in illo tempore sine Christo, abalienati a conuersatione Israel, spem nō habentes, & sine deo in mundo. Et quomodo Ephesii sine deo? Hinc simulacra: illinc imagines: illic neocoros, Diana illic: Demetrius argentarius, qui faciebat templa Dianæ argentea, tantus est grex deorum, & quomodo sunt absque deo Ephesii? Sed propterea sunt impii, & sine deo, quòd cum multos deos elegerint, ab vno exciderūt. Dixit insipiens in corde suo. Nō est deus. A primo insipiente peruasit ad suos discipulos. Primus insipiēs diabolus, qui insipientiæ fuit primus seminator, qui primus præco deorum multitudinis. Eritis sicut dii. Qui autem multos dicit, vnum negauit. Insipiens est etiam Iudęorum populus. Insipiens irritauit nomen domini, dicens Christum nō esse deum. Hic si esset propheta, sciret, quæ & qualis mulier est, quæ eum tangit, quòd est peccatrix. Qui autem, nec cum quidem prophetam esse dicebant, quomodo possent deum dicere? Nemo potest remittere peccata, nisi solus deus. Christus autem. Quid cogitatis in cordibus vestris? Dixit insipiens in corde suo. Nō est deus. Est enim vbique, sed non est in corde insipientis. Dixit deus synagogæ. Propterea quòd non accepisti me in cogitatione tua, sed proiecisti me post tergum tuum. Primus ex seipso insipiens, insipientię seminator diabolus, quòd cum esset prudens, imprudentiæ munus executus est. Serpens autem erat prudentissimus. Et quodnam fuit eius studium? Voluit deo esse æqualis, dicens. Ponam thronum meum super nubes, & ero similis altissimo. Sustulit, deus, & posuit, altissimus, erubescēs eum nominare, quem iam negauerat. Ita etiam facit quilibet Hæreticus vehementissimus in tēpore persecutionis, loquens cum pontifice, nec eum vocat pontificem, nec Archiepiscopum, nec religiosissimū, nec sanctū. Sed quid? Reuerentia tua, sapientia tua, prudentia tua, iustitia tua, & nomina illi adducit communia, eius negans authoritatem. Diabolus hoc tunc fecit in deo. Ero similis altissimo, non deo, sed altissimo. Et diligenter (quæso) attende, quā solers, & accuratus fuit diaboli accusator ppheta. Dixit insipiens in corde suo. Nō dixit, Dixit, sed dixit. Semel ausus est, & dixit. Et quoniam cum dixisset, eiectus est ē cœlis tanquam superbus insurrector, non amplius per se dicere ausus est. Quoniā enim semel tantum dixit, Ponam thronū meū super nubes, & ero similis altissimo: & deū negans, Deum expertus est, ex alto deturbatus, & in imō ab hominibus conculcatus, non amplius ausus est dicere, Nō est deus, sed per ironiam, & simulationē deū nominauit. Quomodo? Dixit deus, ne comedatis de ligno. Non te, quia es sanctus dei. Hi homines sunt serui dei altissimi. Quia ergo semel dixit dogma impiū, non audet amplius dicere. Scit enim quid passus sit. Non dicit insipiens, Sed, Dixit insipiens in corde suo. Non est deus. Nō enim amplius hoc dicit per se, & nullo interme dio. Sed dixit in corde suo, in quolibet, qui eadem cum eo sentit, & non discrepat ab eius moribus, & est impius. Dixit in Pharaone, Non noui dominum, & curauit, vt profundum maris esset ei sepulchrum. Dixit per Senacherib Assyrium, non potest deus Ezechiam ē meis manibus eripere, & effecit, vt occideretur manibus filiorū suorum. Dixit per Nabuchodonosor. Quis est deus, qui eripiat vos a manibus meis? Et q sibi deo potentior videbatur, cunctis visus est omnibus hominibus abiectior, fœnum vt bos comedēs, vt disceret bouem suum cognouisse creatorem, quem ipse negauerat. Dei negatorem Iudam fecit perire laqueo, quòd deum ipsum tanquam hominem tradendum curauerit. Cum diabolus inquit, iam misisset in cor Iudæ, vt ipsum traderet. Dixit insipiens in corde suo. Nō est deus. Si enim deum ipsum tunc dixisset, non tradidisset ad mortem, nec & Iudæos docuisset occidere dominum, quoniam eis persuasit Iesum non esse deum. Hunc nescimus vnde sit. Quoniam ergo iis studebant, quæ fieri non poterant, traditi sunt corruptioni. Dicit propheta deflens. [Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis.] Cū.n. diaboli fuissent discipuli, in lapsum diaboli inciderūt. Sicut ille de cœlis, ita hi ē sedibus regalib. Quem quis enim sequitur, eandem cū eo partem capit. Corrupti, sunt, & abominabiles facti sunt. Corrupti sunt, quoniam eum conati sunt corrumpere, qui corrumpi non potest. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis hominis corruptibilis. Homines mente cor-

Gen. 3. Luc.7. F Luc.7. 3.Re.14 Gen. 3. Esa. 14. G Gen. 3. Luc.4. Act.16. H Exo.5. 4.Re.18 4.Re.19 Dan.3. Dan.4 Act.5. Ioan.13. Ioan.8 I Rom.1.

te corrupti. Corrupti sunt, sed & abominabiles facti sunt. Quare? Quoniam abominationem desolationis impietatem in templo cordis sui collocarunt. In studiis suis. Quamobrem? Quoniam quæ natura negauit, ea mala excogitauit affectio. Corrupti sunt, vt Pharao,, & Nabuchodonosor. Corrupti sunt, quoniam vulnerati, & putrefacti, & male olentes, & tabe sanieque manantes, non quęsierunt medicum, Abominabiles facti sunt, quoniam tanquã porci in peccatorũ cœno volutati, & tanquã canes ad suum ipsorum vomitum reuertentes, exosi euaserunt. Ita enim scriptum est. Abominatio peccatoribus est pietas, & dei cultus. Quoniam ergo abominati sunt dei cognitionem, eos viri pii sunt abominati. Corrupti sunt tanquam pannus à tineis, tanquàm ferrum, quod exeditur a rubigine. Abominabiles facti sunt, vt qui ossa & mortuos tetigerunt. Propterea enim lex eum, qui mortuum tetigerat, fecit abominabilem, quoniam Iudas Christum mortuum semper tangens, & viuentẽ nõ aspiciens, factus est abominabilis. Corruptioni tuæ Israel, quis opem feret? Deinde vt impietatis fructum ostendat subiungit. [Non est qui faciat bonũ.] Qui.n.deũ negauit, & de eo qui prouidet, & curã gerit, non cogitat, non mortem, nõ consummationem, non resurrectionem, nõ iudicium non retributionem expectat, & ideo nihil boni facit. Quemadmodum enim, qui alicui regi dat nomen, in eius legibus, & præceptis ingreditur, qui autem tyrannum sequitur, non facit, quæ Rex præcipit: ita ét qui deum negat, Dei mandatis auersatur: & reip. inutilis, & pernicioſus euadit. Non est qui faciat bonum. Non Herodes bethlemiticos infantes innocentes occidẽs, non Iudæus, eum qui dæmonia eiiciebat, Beelzebu vocans, non legisperitus tentãs, non pontifex contumelia afficiens, non scriba abrogans, & nihil dicens, non Pharisæus probra ingerens, aut insultans, non Sadducæus contradicens, non Iudas vendens, & minister alapam incutiens, non Pilatus condemnans, non populus clamãs Tolle, tolle, crucifige eum, non milites vincientes, non turbę conspuentes, colaphos impingentes, arundine verberantes, spineam coronam contexentes, crucifigẽtes, aceto & felle potantes. Non est qui faciat bonum. Diligenter enim obserua, quòd hoc dictum, quando Christus crucifixus est, maximè finem accepit. Tempore enim Dauidis, quando hęc dicebantur, erãt qui bonum faciebant, beati prophetæ, qui cũ Dauid versabantur. Sed quando natus est Christus: Ioseph, Zacharias, & Symeon iusti, & Apostoli bona faciebant, hi quidem admirantes: illi verò in vlnis tenentes, solummodo quando crucifixus est, nõ fuit, qui faceret bonum. Non dixit autem, Non est qui loquatur bonum, nam & Cẽturio, & latro bona de eo dicebant. Memento mei domine, quando veneris in regnum tuum. Verè hic homo filius dei erat. Non est, qui faciat bonum, quando & Discipuli omnes eo relicto fugerunt, Ioannes nudus recedit, Petrus negat. Discipuli fugiunt, ipsius Mariæ matris animum gladius dubitationis pertransit. Quoniam ergo in passione nullus fructum charitatis accepit, Non est, qui faciat bonum. [Non est vsque ad vnum.] Ne illum quidẽ vnũ militem, qui etiam post mortem lancea latus eius pupugit. Et quamobrẽ, ò prophęta, ante suum in carne aduẽtum, & humanæ naturæ susceptionem, non visitauit tã quam medicus mundum laborantem? Visitauit certè, & opem ferre ac seruare voluit, sed nullus sibi voluit adhiberi medicinã. [Dñs de cœlo prospexit, vt videret, si est intelligens, aut requirens deũ. Sed oẽs declinauerũt, simul inutiles facti sunt.] Et impletũ est illud. Iustitia de cœlo prospexit. Ex patre. Christus, veritas ẽ terra orta est. Dominus ex virgine. Cum autem audis iustitiam de cœlo prospexisse, ne existimes diuinam, & incorpoream naturam se flexisse, & incuruasse, aut genu inclinasse, aut ceruice annuisse, sed eius demissionem, & humanitatem, & visitationem intellige. Quemadmodum enim caput, & oculos, & aures, & os, & manus habere dicitur, & sedere, & surgere: nec tamen omnino ex membris, partibus, & figuris constituitur: ita etiam prospicit, non ipse se inflectens, sed sua in nos benignitatem ostendens. Illud autem, Ex cœlo prospexit, non quòd in cœlo, quod cernitur fenestras aut portas fecerit, & iis apertis despexerit: sed quòd è cœlestibus ordinibus intelligentibus, incorporeis, & immortalibus humanitatem visitauerit. Quemadmodum enim homines terra dicuntur, Quòd terra es, & in cinerem reuerteris, &

Dan. 3. Mar. 13.
Osee 9. 2. Pe. 2. Eccle. 1. K
Iob. 15.
Nu. 19.
Bonum χρηστότητα, bonitatem.
Matt. 2. Mat. 3. L Luc 11. Luc. 10. Mar. 14. Mat. 15. Mat. 12. & Luc. 20. Mat. 26. & 27. Ioa. 19.
Lu. 1. & 2.
M
Mar. 15. Mat. 26. Mar. 14. Mar. 14. Luc. 22. Luc. 2. Ioã. 19.
dubitationis, nõ quidem infidelitatis, sed admirationis, sed discussionis. Sec⁹ autem, Author videtur, nimiũ excedere. null⁹ po tius secũdum cõsuetũ scripturæ modum.
Psal. 84. A

Ge. 18. Ego sum terra, & cinis: ita etiam dicuntur cœlum cœlestes ordines, ex quibus deus terram, & humanitatem aspicit. Dominus è cœlo in terram prospexit, vt videret. Non vt tunc videret, sed vt tunc seruaret, nõ vt tunc disceret, sed vt tunc opẽ ferret, vt tãquam amicum amplecteretur, & vt iustum amaret, vt dicat sicut dixit Gen. 6. Noe, Te solum vidisti iustum in hac generatione, & vt tanquam iusto ei appareat, Sap. 1. iis autem apparet, qui in eum fidem habent, vt videat an sit ægrotus qui querat medicum, an est pauper gẽtium populus, qui requirit Christum, patris thesaurum, vt videat si est intelligens, vt cum eo tanquam cum prudenti, & intelligenti differat, vel requirens deum vt hoc inueniat. B Deinde postquam viderunt prophetæ dominum è cœlo prospexisse vt videret, eum rogant. Non satis est, ò Domine, è cœlo solum prospexisse. Sicut prospexisti etiam Ps. 143. descende. Domine inclina cœlos, & descẽde. Veni fili patris, quære quod factum est ad imaginem. Omnes enim declinauerunt. Simul inutiles facti sunt. Vniuersus hominum exercitus deflexit ad tyrãnum. Duces prophetas non amplius retinent. Veni rex, & appare, & verebuntur tuam authoritatem. Omnes declinauerunt vias Io. 14. prophetarum. Veni via, & qui aberrarunt, reuertentur. Cum autem dixit, Declinauerunt, ostendit eos didicisse a natura recte ingredi, sed ex mala electione in errorem declinasse. Quemadmodum scriptum est in Ecclesiaste, deus fecit hominem rectum, & ipse sibi inuenit multas cogitationes. Omnes declinauerunt sicut vituli, qui seruntur in voragines, & simul inutiles facti sunt, vt dolia perforata, vt vtres perfluẽtes, & ad id ad quod facti sunt non amplius vtiles. Et nõ paulatim, sed omnes simul inutiles facti sunt, vno impietatis reti Ecclc. 7. simul concluſi. Si declinarunt scilicet, erãt recti natura. Deus enim, cum hominem fecit, eum rectum creauit, & nullum fecit malum natura. Et alibi. Transgredientes reputaui omnes peccatores terræ, & co, Ps. 100. quod dixit, Simul inutiles facti sunt, ostendit, quòd cum natura facti essent vtiles, inutiles præter naturam propria animi electione facti sunt. Prospexit ergo dominus, vt videret è cœlo, an pœnitentiam agant, qui declinant, vt salutẽ consequantur, an vero ita peccant, vt nulla ducantur pœnitentia, vt eo ipso condemnentur. Et quòd ideo prospicit, & descendit, & visitat dominus, vel vt seruet, vel vt condemnet, audi ipsum dominum dicentem. Clamor Sodomorum, & Gomorræorum multiplicatus est apud me, & peccata eorum magna Gen. 18 valde. Descendam ergo, & videbo, an iuxta clamorem eorum, qui ad me venit, efficiant. Sin minus, vt sciam. Sodomitæ, quoniam omnes declinauerunt, propterea inutiles facti sunt. Ignis enim descendit, & eos tanquam materiam cõsumpsit. D Niniuitæ declinarunt, sed quoniam cito Ion. 3. venerunt ad pœnitentiam, propterea non facti sunt simul inutiles, sed simul seruati, sunt. Vidisti quomodo visitat dominus, vel vt seruet, vel vt condemnet? Et ideo docebat etiam Osee propheta. Audite verbum domini filii Israel, quia iudicium domino cum habitatoribus terræ, propterea quod non est veritas nec misericordia, nec Ose. 4 cognitio dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtũ, & adulterium effusum est super terram, & miscẽt sanguines sanguinibus. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Et propterea dominus de cœlo in terram prospexit. Quomodo prospexit? Vel terra quatiens, vel fulmina mittens, vel aliqua, quæ terrorem incutiant, faciens, & suam indignationem ostendens. Qui respicit terram, & facit eam tremere. Dominus de cœ- Ps. 103. lo in terrã prospexit, vt videret terra seu humanitas dominum indignantem, & cessaret peccare. Quemadmodum enim seruis inferius in atrio aut in platea se petulanter ac insolentes gerentibus, dominus aut rex ex alto prospicit, vt cum eum serui viderint, timeant, & desistant, ita etiã E quoniam vniuersa terra prosilibat ad impietatem, dominus de cœlo in terram prospexit, vt terrore affecta terra peccare desisteret. Huius testis est propheta, qui Psal. 75. dixit. Terra timuit, & siluit, dum exurgeret deus ad iudicium. Et quoniam dixit, Omnes declinauerunt, illud autem, Omnes, sæpe etiam de maiori parte accipitur, quemadmodum illud, Omnes me dereliquerunt, tamen cum veri, & sinceri discipuli paulum eum reliquissent, & vt ostenderet, vniuersum mundi naufragiũ, subiungit. [Non est, qui faciat bonum, Esa. 1. non est vsque ad vnum.] A pedibus vsque ad caput, ab vltimo paupere vsq; ad eum, qui

à natura diuino lumine gratuito adiuta. Sic sem per ităl ligit au thor. Accipe vt nunc nunc aperim⁹.

qui rerum potitur, vniuersus mũdus ęgrotat. Vnum quærit deus fidelem, & iustum, vt in Chaldæis Abraham, & Lot Sodomis. Sed illi quidem nec fidem, nec rectam habent vitam: illi vero veram habent fidem, sed vitam rectam non habent. Deum confitentur scire, factis autem negant. De deo præclarè, & splendidè loquuntur, & veluti tuba canunt, in bene autem faciendo dormitant. Non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Deinde quoniam dominus de cœlo prospexit, & propter eos, qui peccabant ndignatus est, docet nos propheta eum non solum prospexisse, sed etiam minantem, esse locutum. [Nonne cognoscent oēs, q operantur iniquitate?] Et quid cognoscent? Quòd dominus est deus vltionum i Cognoscent, quòd aduenit iudex viuorum, & mortuorum. Cognoscent, quòd reddet vnicuique, secundum opera sua. Non cognouerunt dum monerentur, cognoscent dum cruciantur. Ita etiam aliquando similia dixit deus de impiis Aegyptiis. Et cognoscēt omnes Aegyptii, quòd ego sum dominus, dum ego glorificor in Pharaone, & in curribus eius. Scient tunc, quando nihil eis proderit cognitio, quando persequētes curribus, obruti fuerint fluctibus. Vel etiam legendum est negatiuè. Non cognoscent omnes, qui operantur, iniquitatem. Et quid non cognoscent? Quòd dominus de cœlo in terram prospexit. Quid non cognoscent? Quòd quæ malè fiunt, ei displicent. Quid non cognoscent? Nollent scire viam domini. Huius rei Iob testis est, qui dicit. Dicit autem impius domino. Recede a me, vias tuas scire nolo. Eo enim ipso, quòd operantur iniquitatem, leges domini cognoscere non sustinebunt. Et nunc sunt bella, & pestes, & terræmotus: multi tamen peccata non sentiunt, & imminentibus malis non castigantur. Quid non cognoscent? Dei voluntatem, promissa, bona cœlestia, Dei thesaurum, paradisum deliciarum, vitam æternam. Non cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem. Iudęi, quòd legislator, & dominus gloriæ ab eis est crucifixus. Si enim cognouissent, Domini glorię non crucifixissent. Et quinam sunt? [Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis.] Qui propter inuidiam, mortem fidelium esuriunt. Et non dixit,

Tit. 1.

Deu. 32. Psal. 93. Act. 10. Rom. 2. Exo. 14

Iob. 21.

1. Co. 2.

Comedentes, sed deuorantes aut exedentes, feris crudeliores. Feræ enim, cum carnem humanam gustauerint, mox cessant, propter iusuetum nutrimentum erubescētes, improbi autem, & inuidi fidelem perpetuo maledictis exedentes, non satiātur. Caueamus fratres, ne eos, qui sunt eiusdem nobiscum fidei maledictis, & calumniis insectantes, cum iniquis inueniamur. Non cognoscent omnes, qui operantur iniquitatē, siue sint hæretici, siue sint eiusdem fidei, qui deuorant populum meum. Quòd autem ii etiam, qui sunt eiusdem fidei, eos deuorant, qui eandem habēt cum eis fidē dicit Apostolus. Si autem vos inuicē mordetis, & exeditis, videte ne a vobis inuicē consumamini. Alienigenis gētibus, Syris, & gentibus, eos qui populum deuorant, assimilans Esaias dicebāt. Ducam Syriam ab ortu, & Græcos ab occasu solis, qui deuorāt populum meum toto ore. Sed etiā si propter peccata nostra ab inimicis, tāquā a leonibus, deuoremur: propter nostram tñ in deum pietatem, vltionem assequemur. Audi Hieremiam dicentem. Sanctus Israel domino, omnes qui deuorant ipsum delinquēt, & inducam super ipsos. Dicit dominus, quòd ii qui peccarunt exedentes, grauius peccarunt, quā ii, qui exeduntur, vt qui plus, quàm deus in animo haberet, populum suum flagellarunt, quē admodum de eo dixit dominus. Ego tradidi eum in manus tua, tu autem non fecisti misericordiā cum ipso. Et rursus. Propter ea, q̄ ego parum irascebar, ipsi autē in mala inuaserūt. Et quòd propter peccata populus dei a dei inimicis exeditur, dicit Hiere. Quis errans Israel? Leones extruserunt ipsam. Primus deuorauit ipsum rex Assyriorū, & secundus rex Babylonis eius ossa cōtriuit. Si non errasset, vt ouis nō deuorata fuisset a leonibus. Intellige, quæ dico. Qui deuorant populū meum sicut escā panis. [Dñm non inuocauerunt, etsi putarūt se inuocare.] Quemadmodum enim, qui ex rapina deo aliquod offert, non offert, q̄nquidem deus ea non suscipit, ita qui fratrem deuorant, deum inuocantes nō inuocant, vel etiam dominum non inuocarūt. Pro eo quod est, A Christo nō vocati sunt Christiani: quandoquidem cum Christo bellum gesserunt. Neq; enim audiuerunt, eum dicentem. Confitemini dño, & inuocate nomē eius. Quanuis aūt tanquā ferę

κατεσθιοντες

δίοντες.

H Gal. 5.

Esa. 9.

Hie. 12.

I

Ps. 104.

irruerunt, [Illic tamen trepidauerunt timore, vbi non erat timor.] Audaces fuerunt, vt leones, & tanquam lepores trepidarunt. Hoc etiam dicit propheta aduersus timidos in persecutionibus, q̃ cum audiissent, Noli te timere eos, qui occidunt corpus, aiam autem nõ possunt occidere, & ne timere hoium opprobria, trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Cum.n. deum nõ timuissent, hoies timuerunt. Illic timore trepidarunt impii, cũ vidissent deũ piis ferre auxilium. Tanquam.n. interrogatus, & cur timore trepidarunt impii, respondet. [Quoniam dñs in generatione iusta est.] Qui dixit, vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio, si autem venit in medium duorum vel trium sanctorum, multo magis inueniturin generatione iustorum, vbi est vita inexpugnabilis, vbi cõuersatio, quæ caret tristitia, vbi est quies immortalis, hæreditas inseparabilis, regnum quod caret successione, ad quod Christus vocat dicens. Venite benedicti patris mei.

Esa. 51. Mat. 10. K Mat. 18. Iusta legit Christ. Στενὸς Iustorũ Mat. 25.

* Desunt nonnulla. *

IN PSALMVM XIIII.

DOmine quis habitauit in tabernaculo tuo?] Est pulcher psalmus prophetæ, est.n. aiæ sanctificatio, est pulcher psalmi cõcentus: ostenditur.n. acutissimum telũ aduersus dæmones, nec cerui ita tela fugiunt, vt psalmos Dauid dæmones. Sumpsit Dauid citharã, & pulsauit, & à Saule recessit malus spiritus, & recedens dæmõ, cecidit vt seruus sagitta pcussus, & in ieco re sauciatus. Pulchra est Dauid cithara, est enim aiæ cõsolatio. Pulchra est lyra pastoris, mentis.n. nostræ neruos confirmat ad virtutẽ. Pulchra est pastoris, & Regis tibia, pphetica. Habet.n. calamum linguã, spiritum paracletum, & vocem, verbum, & melodiam, moderatã voluptatem, & harmoniam, pphetiam, & vehiculum, supernam gratiam. Quia ergo in spiritale theatrum, & verborum cœlestium adiutorium conuenistis, pterea diuinus orator, & Theologus, & à deo doctus musicus, beatus Dauid, venit vt populi doctor, & deum interrogat, vt dei discipulus. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? Tabernaculũ tuũ regale, in mundo, tanquam in agro, video ecclesiam. Sed q̃m magno pretio acquisisti tabernaculum, pretiosum enim tuũ dedisti sanguinem, & accepisti tabernaculum, & aperto latere, quod est theca eius, qđ est reconditum marsupium diuinitatis, arca sanctificationis, & lãcea, tanq̃ claue, in arcã iniecta, iniecta autẽ, non vt quis te improbe gereres, sed vt qui concederes ac pmitteres, dedisti pretium ex paterno thesauro, quia ergo magno pretio emptum est tabernaculum, & cum sit pretiosissimũ habet etiam paradisum scripturarum diuinitus inspiratarum, recentes autem incolę, & habitatores in arcanis tuis fuerunt, q̃ sunt recenter illuminati, doce eos p me dñe qualis esse debeat tuus incola, vt cum institutum tuum scopumque didicerint, tibi grati, & accepti euadant. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Quis in tui pulcherrimi gregi numerũ relatus, & accepto signaculo sancti spiritus, & floridi pastoris Christi sanguine notatus, floridum signaculum pice nõ coinquinabit? Quanam? Cum aliis hæresibus, Arri, & Eunomii in baptismo accepta, & madefacta fide, humefacta glutino, labe quę non potest elui. Habuerunt illi quoq; olim, vt oues album vellus, & floridũ signaculum, sed tunc eousq; album vellus seruarũt, do nec seruarunt baptismum ecclesiæ, & tũc eousq; eorum signaculum ferebat florem, Christi sanguinis, donec seruarunt obsignatam de baptismate constitutionem, ex quo autem tres immersiones in vnam cõtraxerunt trinitatem alterius substantiæ, non incolæ, sed parasiti facti sunt. Sicut enim illis est dogma alterius substantiæ, ita his etiam baptismus. Vt ergo recentes tui incolæ, qui sunt recenter illuminati, tanquam oues feras fugiant, quæ ouium speciem præ se ferunt, qui in indumentis ouium oues in errorẽ abducunt, doce domine leges tuos in colas. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Quis huius vitæ visa, ac spectra contemnit? Quis mundi voluptates spernit, vt Moyses regiã? Quis mauult cũ populo dei in persecutione vexari, & affligi, quàm ad tempus peccati iucunditate pertrui, dum ei, & dogmata, & authoritas blanditur? Quis tanq̃ in agro inquilinus vitam ab inani gloria remotã amplectetur? Quis iniuste partas repudiabit pecunias, vt criminibus minime sit affinis? Scriptum est in Iob. Diuitiæ iniustæ congregatæ euomentur ex ventre eius.

Iob. 19. Matt. 7. Iob. 20.

Quis

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Quis renunciabit mundi vanitati, & coniungetur cum Christi charitate, dicens. Cũ Christo coniungor. Quis cum Paulo dixerit, mihi crucifixus est mundus, & ego mũdo? Quis omnibus valere iussis Christum, sequetur. [Aut quis requiescet in monte sancto tuo? [Quid est mons sanctus tuus? Videamus primum in historia, quid sit tabernaculum, & quid mõs. Tabernaculum appellabatur tabernaculum testimonii, qđ fixit Moses. Mons autẽ Dei, templum qđ ædificauit Solomon. Et quòd dei tabernaculum appellabatur Mosaicum tabernaculum, quemadmodum domus & templum dei, scriptum est primo Regum. Et ingressus est Helcana, & Anna in domum Dei in Silo, & puellus Samuel erat cum ipsis. Atqui templum, & domus nondum erat extructa. Tabrnaculum autem Mosis erat in Silo. Et rursus. Et Samuel dormiebat in templo dei. Templum autem dei dicit tabernaculum. Domini itaque templum dictum est tabernaculum, sicut domus dei & templum. Quòd autem mons diceretur dei templum, quod extruxit Solomon, scriptum est. Venite, & ascendamus in montem domini, & in domum dei Iacob. Et hęc quidem quo ad historiam. Videamus autem etiam per anagogicam contemplationem quid sit tabernaculum, & quid sit mons dei, & quomodo oporteat primum habitare in tabernaculo, & ita habitare in monte dei. Tabernaculum Moysis, & templum Solomonis ferebant imagines, & figuras duarum dei ecclesiarum Christi, eius quæ est in mundo, & eius quæ est in cœlis. Ecclesiæ, quæ est in mundo imago est Mosis tabernaculum. Ecclesiæ autem, quæ est in cœlis, templum quod est in monte. Duæ ecclesiæ numero, vna autem modo fidei. De ea, quæ est in mundo dicebat Dominus, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & de cœlesti Apostolus. Accessistis ad montem Sion, & ciuitatem dei viuentis Hierusalem cœlestem, & ad multorum millium Angelorum frequentiam, qui conscripti sunt in cœlis. Quemadmodum ergo Mosis in deserto tabernaculũ erat tugurĩũ in quo congregari poterant, quod Romani vocarunt Papilionẽ, & à loco in locũ frequenter trãsferebatur, & eos faciebant inquilinos qui in eo habitabãt, ita ét in terra est Christi ecclesia tabernaculũ, q in solitaria vita resplẽdet. Et quare tabernaculũ? Quia verbũ caro factũ est. & habitauit in nobis. Quare tabernaculum? Propter eũ q dixit. Ecce ego venio, & habitabo in medio vestri dicit dñs. Et ideo est etiã ecclesia tentoriũ, quod fixit dñs, & non homo, & mundũ tanquã incolacũ, suscipit, & veluti tabernaculũ, è locis in alia loca migrat in persecutionibus, ꝓpter eũ qui dixit, si persequũtur vos in hac ciuitate, fugite in aliã, sed loca quidem mutat, loca aũt rursus conseruat, fugit a ciuitate in ciuitatem, sed nõ fugit, a pietate in impietatem. Quẽadmodum ergo Moysis tabernaculum huc & illuc transferebatur, & in multis locis habitabat: Salomonis autem templum in monte fundatum, in vno loco stabat immobile, & quod nullo modo poterat labefactari, donec fuit templũ dei: ita etiã in terra, Christi ecclesia, tanquam peregre versans, pios facit inquilinos. Superna autem ecclesia primogenitorum in cœlis, non habet illic inquilinos, sed habitatores pios. Illic non sunt inquilini, neque enim iste illis persecutio. Vnus illic ciuis, tanquam inquillinus, mouit seditionem, & electus est tanquum externus, & a deo alienus, & cũ eo, qui eum secuti sunt Dæmones. Illinc eiecerunt te Cherubini, dixit de diabolo Ezechiel. Quoniam ergo, quæ hic est ecclesia, est tanquam tabernaculum in incolatu, quæ aũt supra est ecclesia est ciuitas tuta, & munita & oportet in hac primum esse inquilinos, & sic in illa habitare: propterea Dauid dignum inquirẽs, interrogat. Dñe qs habitauit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in mõte sancto tuo? Sed dices. & quomodo sumus in hac ecclesia inquilini? Audi. Quemadmodum inquilinus prædium aliquod ingressus, rursus transit in aliud prædium si iubeat dominus: ita nos per baptismum ecclesiam ingressi, per mortem rursus transimus, & inuẽta ecclesia, ecclesiam dimittimus, & cum in ea fuerimus inquillini, ex ea adsummur, & qui infra eramus inquilini, supernicines efficimur, & qui, vt inqlini, hic ꝑsecutiones patiebamur, illic vt amici, & hęredes requiescimus. Venite bũdicti patris mei, esse hęredes regni vobis parati. Quoniam ergo sumus inquilini, & peregrini in ecclesia, supernam autẽ habitamus, eũ, qui & hoc incolatu, & superna habitatione dignus sit inquirẽs, interrogat. Iustitia cõfitetur e- multis virtuti

Gal. 6.

Exo. 26. B

3. Re. 3. E

1. Re. 1.

1. Re. 3.

Esa. 2.

C

imperfecti tendentia ad perfectum.

Mat. 16. Heb. 12

ἐσκήνωσε

taberna culum fixit. Zach. 2. D Mat. 10.

Esai. 14. Eze. 28.

E

Mat 25. 2. Co. 5. Heb. vl.

bus, & vna virtus actiua non facit iustitiam, quemadmodum nec vna tabula perficit naufragium, nec vnus lapis domum, vna sola virtus iustificat, fides, quæ est virtutũ fastigium. Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Iustificare ergo ex fide. Diuersis modis habitare possumus. Tabernaculum est hæc vita, mons autem est cœlum, tabernaculum quoque est litera diuinarum scripturarum, mons autem, quæ in ipsis sita est intelligentia, tabernaculum lex est, & mons Euangelium, tabernaculum etiam corpus domini, mons autem, diuinitas. Quæ quidem quomodo sint, & vt a peregrinis, & vt a ciuibus habitanda, non sinit tempus dicere. Quoniam ergo rogauit beatus Dauid, quis habitat in tabernaculo, & quis in monte requiescit, audi spiritum sanctum dicẽtem. Disce qualis esse debet, virum tibi sermone describo, vt inuenias quẽ quærit. [Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.] Et quis est? Qui immaculata dei via ingreditur, deus meus, immaculata via eius. Qui non habet maculam peccati. Et quòd peccatum sit macula dicit scriptura de mendacio, mala est macula in homine mendacium, macula est etiam fornicatio. Ita etiam dictum est de eo, qui se inebriabat, existimationem tuam macula aspersisti, & quæ sunt eiusmodi. Qui ingreditur sine macula? Quemadmodum autem, qui habet labem, aut maculam in vultu, non venit propè Regem, aut principem: ita fur, aut qui mentitur, nõ potest ad deum accedere. Quamobrem? Quoniam mundus est oculus eius, vt non videat mala. Et non permanebunt iniqui ante oculos tuos. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Declina enim a malo, & fac bonum. Quis est autem is? Qui est mundo corde, qui dolum non fecit in lingua sua, sicut Nathanael. Ecce verus Israelita, in quo dolus non est. Qui non fecit proximo suo malum, sicut Achab Naboth. Qui proximum probris, non affecit, vt Pharisæus publicanum, nec probris affectus est, & male audiit propter proximos, quemadmodum Heli propter filios. Qui de medio tollit improbos, & ad nihilum redigit, vt Helias sacerdotes Baal. Qui eos, qui deum timẽt, gloria afficit, vt Abdias prophetas, qui iurauit proximo suo, & non fefellit, vt Abraham Abimelech, & Dauid Ionathã. Qui pecuniam suam, non dedit ad vsuram, vt Zachæus, & Cornelius, nec propter res sceleratas accepit pecunias, vt nec Petrus Simonis, & qui nec emotus est, nec labefactatus, in pfecutionibus, vt Paulus, si hunc videris, o Dauid, inuenisti quem q̃ris. [Qui loquitur veritatẽ in corde suo.] Atqui dicet omnino quispiam. Talis certe homo inuenitur? Is vere est beatus Iob, qui multas sibi parauit victorias, athleta, qui fuit diaboli expugnator. Et erat, inquit, vir ille inculpatus, iustus, verus, pius, abstinens ab omni malo. Huic ergo vni accommoda illud, quis habitabit in monte sancto tuo. Qui ingreditur sine macula? Iob inculpatus. Qui operatur iustitiã? Iob iustus. Qui loquitur veritatem in corde? verus. Qui non egit dolum in lingua sua? Dum de rebus diuinis loquitur, pius & deum colẽs. Qui nec fecit proximo suo malum? Abstinens ab omni malo. Vides quomodo totum Psalmum Iob prius induerit, sicut Dauid. Aut quis requiescet in monte sancto tuo? Multi enim habitarunt in ecclesia, sed quoniam non habitarunt vsq; ad finem, sed transgressi sunt, propterea in monte nõ requieuerunt, nec sedes suas fixerunt. Qui loquitur veritatem in corde suo. Qui veritatem, vt virginem, & sponsam ex animo diligit, qui tanquam matrem, & reginam in honore habens, eam aspicit, qui loquitur veritatem cum proximo suo. Sed nequis dicat, quid mihi officit in persecutione, si dicens mendacium, in corde dico veritatem, quandoquidem scriptum est, Qui loquitur veritatem in corde suo, adiectione tutam reddidit orationẽ, sic dicens. [Qui nõ egit dolũ in lingua sua.] Ne in corde tãquã in sepulchro veritatem sepelias, nec tanquam mortuam includas in monimento, sed tanquam viuentem, & regnantem deceas eam extra sensuum fores progredi, si enim occultatur veritas, tyrannidem obtinet mendacium, & tanquam ex agris, qui carent dominis, ex animis prędas agit. Sin autem veritas ducat exercitum, mortuum iacet, quod falsum est. Quemadmodum enim tenebræ a luce deuorantur: ita etiam mendacium a veritate sepelitur. Qui loquitur veritatem in corde suo, qui nõ egit dolum in lingua sua. Neq;. n. vt proditor eum in lingua tulit, sed dolum tãq̃ virus expuit,

Ad sanũ sensũ Apostolicũ. Gen. 15. Ro. 4.

Sine macula. a momos nulli rẽ prehenti affinis.

G

Abac. 1. Psal. 5.

Psal. 33.

Ioan. 1.

3. Reg. 21.

Luc. 18.

2. Reg. 2 3. Reg. 18.

Ge. 20.

1. Re. 18 H Luc. 19. Act. 10. Act. 8. 2. Co. 11

Iob. 1.

I

expuit. Fugiamus ergo dolum, vt mortale venenum. Dolus cum armasset serpentem, eum execrandum reddidit, dolus matrem generis nostri desertam reddidit, vt Cain tremeret, & gemeret effecit, dolus Abbel, sicut fera agnum, discerpsit, decem fratres aduersus vnum armauit, & vt qui vendiderant, venditum adorarent perfecit, & quem per dolum tanquam seruum vendiderant, eum per metum tanquam, dominum adorarunt, dolus discipulum proditorem reddidit, & Apostolum dei, præfractum venditorem effecit. Sed is, quidem, cum deum vendidisset, emit laqueum, venditus autem deus mundum redemit. Et aliàs factis, & verbis simul, impletum est, quod a domino dictum est. Petite, & dabitur vobis. Querite, & inuenietis. Pulsate, & aperietur vobis. Hoc cum sciret beatus Dauid, petiit, & pulsauit, & quæsiit, & vnus tria consecuta est. Petiuit remissionem peccatorum, dicens, Remitte omnia peccata mea, & audiit. Et dominus remisit peccatum tuum, uniuersum peccatum tanquàm vnum. Et accepta remissione peccatorum, dixit gratias agés. Tu remisisti impietatem cordis mei. Pulsauit portas iustitiæ, dicens. Aperite mihi portas iustitiæ, & portæ ei apertæ sunt, & vidit in portis prophetarum vnigenitam portam patris, quæ dicit. Ego sum porta, in portis vnam portam & admirans dixit, Hæc est porta domini, iusti introibunt in eum. Sicut ergo petiuit, & pulsauit, & vnus duo impetrauit: propterea tertium quoque quæsiuit, & cum quæsisset, inuenit. Cum enim interrogasset, Quis habitauit in tabernaculo tuo, audiit. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiã. Psalmus Dauid. Et cur non complectitur, In finem. Quoniam docet de iustitia, & reliquis virtutib. Qui aũt docet de iustitia, & ceteris virtutibus, non debet in finem vitę suadere hæc acquirere, sed ab initio, ab ipsis incunabulis, & à teneris vnguiculis cũ eis versari. Nemo enim puero suadens, & eum admonens, dicit, Sis temperans ad finem, Sis prudens, aut iustus ad finem, sed ab initio eum instituit, ad vitam modestam, & ab ineunte ætate ei iacit fundamentum, Dei metum. Huius autem testis est experientia. Adducit quispiam infantem adhuc vbera sugentem, vt baptizetur, & statim sacerdos exigit infirma ętate pacta, conuenta, & assensiones, & minoris ætate fideiussorem accipit susceptorem, & interrogat. Renuntiat Satanæ, & non dicit, In finem, vel Cum Christo coniungitur in finem, sed statim in principio vitæ, petit renunciationes, & coniunctiones. Iam vero omnis quoque vir orat, vt filius eius non in finem ditetur: nec vt quando fuerit senex, prudens euadat, sed vt diuitiæ, & prudentia, & authoritas cum eo ab initio, & ab ineunte ętate versantes, ei comites sint, vsque ad senectutem. Propterea dicebat etiam beatus Hieremias. Bonum est viro, quando iugum tulerit ab adolescẽtia sua. Ab adolescentia, & non in finem, ab initio, & non ad senectutem. Si enim nullus nostrum vult possidere seruum senem, nec, qui habet delectum exercitus, senes refert in numerum, imperante autem necessitate, & vi impellente, tunc senes etiam ad bellum proficiscuntur: multo magis regnans virtus mauult adolescentiam, quàm senectutem, & tanquàm intactam virginem, & nihil probri passam adolescentiam secum iungit necessitudine, vt cuius vitæ primitias ambiat. Quoniam ergo hic propositus psalmus, est columna virtutum, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo, Qui ingreditur, sine macula, & operatur iustitiam: propterea non complectitur in finem, nec cum iuuentutem peccato exhauserit, languidam & eneruatam senectuté virtuti referuet, & vitæ fœcem tẽperet sapientia. Psalmus Dauid. Lex bonarum actionum cum numero, & suauitate vocis oblata. Quamobrem? Vt virtutis asperitate temperata vocis modulatione iucundam, & acceptam reddat admonitionem, Vt dei legum contemptores, per causatam suauitatẽ, bonos & attentos auditores efficiat, vt lingua tãquam calamo, & tanquàm visco melodia auditorem aucupetur. Psalmus Dauid. Propositus psalmus, habet magnum harmoniam, & conuenientiam cum iis, qui præcesserunt. Quoniam ergo in illo publicam veluti negationem aduersus homi num genus protulit, dicens, Non est vllus iustus, nó erat autem homo, qui dixit, sed deus, si homo. n. dixisset, veniret in suspitionem, quòd ignorans, vel dolore affectus id dixisset, vel vlciscens inimicitias, vel æmulatione percitus, non autem quòd

K Gen. 3. Gen. 4. Ge. 37. Ge. 45. Acto. 1. Matt. 7. Psal. 24. 4. Re. 12 Psal. 31. Ps. 117. L Io. 10. Ps. 117.

συντα- γὰς καὶ συγκα ταθέ- σεις M

Hie. 3. Thre.

A

UNIVERSIDAD DE MURCIA

B id ita esse sciret, ita etiam Helias aliquán-
3. Reg. 19 do, vt Zelotes, & maximo dei amore incē-
sus, ratus se esse solum relictum dei audito
rem, dixit deo. Zelans zelaui deo omnipo-
tenti, quoniam te reliquerūt filii Israel, al-
taria tua effoderunt, & prophetas tuos in
gladio occiderunt, & relictus ego sum so-
lus, & quærunt animam meam, vt accipiāt
ipsam, & dixit dominus ad ipsum, ingre-
dere, reuertere viam tuam, quoniā tu non
es solus, reliqui enim mihi septem millia
virorū, qui nō flexerunt genua ante Baal.
Sed nunc etiam non homo, sed deus dixit.
Psal. 13. Nō est iustus vllus. Dominus enim ex cœ-
lo prospexit, vt videret, non vt tunc vide-
ret, sed vt tunc seruaret, vt quæ præuidit,
ostenderet. Non est intelligens, non est re-
quirens deum. Beatus Dauid timore, & ad
miratione, & angore animi plenus, inter-
rogat in psalmo proposito, an nullus sit iu
stus, an non sit intelligens, vel quærēs deū.
Domine, quis habitabit in tabernaculo
tuo? Vel quis requiescet in monte sancto
tuo? Vt apparet, ergo frustra desideraui ta
bernaculum, & templum tibi in monte ex
truere. Tantæ meæ fuerunt vigiliæ, tantū
C desiderium, toties humi cubui: mane sur-
Ps. 131. rexi, meipsum iureiurando obstrinxi, iura
ui domino si introibo in tabernaculū do-
mus meæ. Si ascendam in cubile strati mei.
Si dabo somnum oculis meis, & palpebris
meis dormitationem, & requiem fronti
meo. Donec inueniam locum domino, ta-
bernaculum deo Iacob. Domine quis ha-
bitabit in tabernaculo tuo? Rogo te de ha-
bitatoribus, vt eorum curator, respon de
mihi, vt dominus. Video domine eccle siā
tuam veram, tabernaculum, quod fixit do
minus, & non homo. Sed quoniam pa-
triarchæ quidem mortui sunt: prophetæ
dormierunt. iusti abrepti sunt: iudæi cru-
cifixerunt, gentes maledictis impetierunt:
hæretici aberrarunt, domine quis habita-
bit in tabernaculo tuo? Illuminatus sum
spiritu sancto, didici quis ille populus ha-
bitabit, cuius meminit præcedēs psalmus.
Qui propter nomē tuum deuoratur, sicut
esca panis. De quo dixisti. Qui deuorant
plebem meam sicut escam panis. Qui de-
Psal. 13. uorant, non habitant. Qui deuorantur,
habitant. Oues enim possunt versari in a-
triis. Tabernaculum dicitur etiam corpus
Psal. 90. domini, cui dixit spiritus. Non accedent
D ad te mala, & flagellum nō appropinqua-
bit tabernaculo tuo. Sed quoniam nullus
cæcus, claudus, vel vitiam habens in vultu
maculam, manet cum Rege in regia: cum
interrogasset Dauid, domine quis habita-
bit in tabernaculo tuo, audit. Quid ingre-
ditur sine macula, & operatur iustitiam.
Qui non habet peccati maculam, cui non
insidet labes fornicationis, qui non est sau
ciatus periurio, cui ad bene faciendum
nō sunt manus impeditæ, cui pes nō clau-
dicat, dum est currendum ad ecclesiam,
cui non caligant oculi, dum videt filium
alterius substantiæ. Qui ingreditur sine Dan. 1.
macula. Si enim regi Nabuchodonosor & alias.
adsistebant adolescentuli, in quibus non
erat macula, & omnis ætas profitens offe-
rebat Regi primitias iuuētutis: multo ma-
gis, qui ad deum accedit, debet esse sine Eccle. 4.
macula, sine macula ingrediens. Quod au- Ps. 100.
tem peccatum sit macula, scriptum est de-
mendacio. Et Dauid in via ingrediens si-
ne macula ministrat mihi. Deinde Dauid
pulchre. Et si qui ingreditur sine macula,
cum deo habitat, ero etiam sine macula
cū ipso. Deinde rursus Dauid. Si qui ope- E
ratur iustitiam, cum deo habitat: sum om- Ps. 118.
ni cura vacuus, feci iudicium, & iustitiam
in terra, iustitiam autem odio habui, &
abhorrui. Qui loquitur veritatem in cor-
de suo. Deinde Dauid Si qui loquitur ve- Psal. 3.
ritatem domine, tecum habitat: non cela-
ui iustitiam in corde meo, veritatem tuā,
& salutare tuum dixi, nō occultaui verita
tem tuam a cōgregatione multorum. Qui
non egit dolum in lingua sua. Deinde Da-
uid. Etsi qui non egit dolo in lingua sua,
tecum habitat, domine probasti me, & co- Ps. 138.
gnouisti me. Tu cognouisti sessionem, &
stationem meam, quòd nō sit dolus in lin-
gua mea. [Nec fecit proximo suo malum.]
Deinde Dauid. Ego autem in simplicitate
mea ambulaui. Ambulaui in simplicitate Psal. 7.
cordis mei. Si reddidi retribuentibus mihi
mala, ne habitem tecum, vt amicus, sed ca-
dā ab inimicis meis inanis. [Et opprobriū
nō accepit aduersus proximos suos.] Deide
Dauid. Et in hoc ēt, inquit, me rectè gessi. Ps. 100.
Eum enim, qui clā detrahit proximo suo
persequebar, superbo oculo, & inexplebi-
li corde, cum eo nō comedebam, & quæ se
quuntur, vsque ad, Non direxit in conspe
ctu meo, nec exprobraui omnibus proxi-
mis, qui nō potuerunt percutere Goliath.
[Ad nihilū deductus est in cōspectu meo mali
gnus.]

UNIVERSIDAD DE MURCIA

1.Re.17 gnus.] Deinde Dauid. Qui te oderant dñe
Ps.138. odio habui, & propter inimicos tuos tabe
scebam. Perfecto odio oderam eos, pro ini
micis fuerũt mihi. Ad nihilum redigentur tan
Ps.11.57. quam aqua quę transit. [Timentes autem
dominum glorificat.] Deinde Dauid. Ap
propinquent mihi, qui timent te, vt eos
Ps.149. coram glorificem, dicens. Beati omnes qui
timent dominum, gloria hęc est omnibus
sanctis eius. [Qui iurat proximo suo, &
Ps.118. non mutat.] Deinde Dauid. Iuraui &
1.Re.20 statui seruare iudicia iustitiæ tuę. Iuraui
2.Re.21 etiam proximo meo Ionathę non delere
semẽ eius cum ipso, & id seruaui. Post suã
enim, & patris eius Saulis mortem, quãdo
Gabaonitæ propter periurium à Saule in
eos commissum, semen Saulis ex dei sen
tentia volebant excindere, tunc Dauid cũ
filios Ionathæ, qui erant Saulis nepotes,
occultasset, tradidit reliquum semen Sau
lis Gabaonitis, & cum Dauid iurasset Io
nathę, iusiurandum non violauit. Quoniã
autem hìc fit mentio iusiurandi: piurium
autem vbiq; instar caliginis diffusum est:
G age breuiter disce ex historia, quomodo
post sexcentos quinque annos deus iusiu
randum vindicauerit, & filios perdiderit
Ios.12. qui patrum iusiurandũ violauerant. Quãdo
Ios.9. Iesus Naue filius aduersus 29. Reges,
& populosissimas nationes bellum gessit,
inuasit etiam gentem Gabaonitarum. Ga
baonitæ autem aduersus Israelem non di
rexerunt aciem, sed arte, & dolo muniti,
vitandę mortis rationem excogitarunt.
Cum enim panes, qui emarcuerant, & ve
teres vtres tulissent, & veteres calceos in
duissent, accesserunt ad Iesum, dicentes.
E longinquo legati missi sumus, bellum
quidem deprecantes, vobis autem seruire
promittentes. Deinde ad testandã viæ lon
gitudinem, viaticum ostendebant, dicen
tes, panes hos calidos ad uiaticum sumpsi
mus, & ecce marcuerunt: idem etiam de
utribus, & calceis dicebant. Deinde Iesus
Naue filius hoc de Gabaonitis negocium
communicat ducibus, & principibus, &
iurarunt Gabaonitis se aduersus eos bellũ
non gesturos. Eis autem usus est lixis, &
H calonibus. Cum autem iusiurandum acce
pissent Gabaonitę tunc confessi sunt Ie
su, & principibus, se non è longinquo ue
nisse, sed in iis locis esse natos, & esse indi
genas, & quoniam eis iusiurandum dede
rant Israelitę, aduersus eos non amplius
bellum gessere. Hęc cum ita facta essent,
post sexcentos annos Saul rex Israel patrũ 2.Re.21
iusiurandum uiolauit, & aduersus Gabao
nitas bellum gessit, & ideo iratus est deus,
non quod bellum fuisset illatum Gabaoni
tis, sed quod esset uiolatum iusiurandũ,
& ne si tanquam lege permissa inualescat,
iniquitas vitę perniciem afferat, quod sex
centis ante annis datum erat iusiurandũ,
tanquam recens, vindicauit, reipsa docens
iusiurandum non inueterascere, nec cor
rumpi. Deinde Saul quidem vnà cum fi
liis bello petitus suis ipsorum gladiis se ip- 1.Re.vl.
sos consoderunt, & gladiis quos aduersus
Gabaonitas strinxerunt, iis seipsos conso
derunt, vt intelligerẽt, quod per quę quis Sap. 11.
peccat, etiam per ea punitur. Post Saulem
autem tribus annis fuit fames, & pestis, &
gladius eos passim peruasit, qui iusiuran
dum violauerant. Scisitatus est itaq; Da
uid deum quęnam sit causa famis. & ei
deus hęc verba respondet. Quoniam su
per Saulem, & super domum eius iniusti- I
tia. quoniam ipse morte affecit Gabaoni
tas, quibus iurarant filii Israel se eos non
esse morte affecturos. Deinde vocat Da
uid Gabaonitas ex dei iussu, & eis tradidit
illos, qui ex Saule descenderant, & absco
dit filios Ionatæ, quoniam iurauit ei vi
uenti se non deleturum eius semen post
mortem, & non iurauit in dolo proximo
suo. Hoc considerans, si filii, qui patrum
iusiurandum violauerant, a deo dati sunt
vt interirent: quid patiar ego qui ausus
sum peierare? Si ergo post sexcẽtos annos
deus iusiurandum vindicauit, & cum alii
iurassent, alii, qui iusiurandum violarant,
pœnas dederunt, quid patiemur, qui peie
ramus? Qui iurat proximo suo, & non de
cipit, [Qui pecuniã suam nó dedit ad vsu
rã.] Et hoc quoq; fecit non dãs fœnori.

* Desunt plurima. *

EXPOSITIO PSAL. XXII.
& cxvj. Homilia.

CIrculo consecrato, anno reuoluto,
debitũ vobis sermonem electis ad fi
de decreuimus. Et quia constringimur suo
quoque tempore ordinem ad ecclesiasticũ
repręsentare, & formam nobis dare, vt se
curi nos nobis reddimus, ita & vos inui- K
cem vobis reddatis, præsertim honore

mutuo

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Ro.12.e Col. 3. mutuo præueniens: & charitatem in qua est vinculum perfectionis tenentes, debitum reddite, & debitum exigite: vt ibi faciamus conclusionem, vbi Apostolus fecit testimonio ipso fulciamus, quo dixit.

Ro. 13. Nemini quicquam debeatis nisi, vt inuicem diligatis. Nam qui diligit alterum, legem implet. Nam non occides, non mœchaberis, non falsum testimonium dices, & si quod est aliud mandatum, hoc in sermone recapitulatur, in quo ait. Diliges proximum tuum sicut te ipsum, quia dilecto proximi malum non operatur. Plenitudo autem legis est charitas. Et vt plenissime sciatis, quę sit perfectio, ait in epistola sua sanctus Ioannes. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in illo manet. Ergo de ista charitate compellit nos veritas, vt psalmũ vobis electis, & ad fidem concurrentibus exponamus. Hos versiculos Psalmi memoria tenete, ore reddite, operibus implete. Non

1.Io.4. c

L sufficit verba reddere deo, nisi & cor mundum applicare deo. Dicit ergo quod audistis. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Videte quomodo se commendat ecclesia ore filiorum suorum: quia vere quẽ deus regit, nec cadere põt, nec errare. Iste rex noster, qui regit quotidie corda, & corpora nostra, interiores, & exteriores sensus conseruat, & nihil deficit. Forte aliqui dicunt, qa qué regit deus, & nihil ei deficit tantummodo de temporalibus sentit. Quid est nihil deficere, nisi petentibus aurem patentem præbere? Et regit, & nihil negat. Quod dixit, Nihil deerit, magnum est. Quando deo non peccatur, donat sapientiã, prudentiam, temperantiã, fortitudinem, & iustitiam. Cum ista non defecerint, quid quærit auarus? In istis virtutibus totus deus se refundit: & in quo totus est deus, nunquam erit reus. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Sequitur versiculus. In loco pascuæ ibi me collocauit. Grandis est ista pascua. Epulæ istæ & semper satiant, & nunquam deficiunt. Nam vultis nosse, quomodo pascit deus præstolatores suos, idest, sustinentes se? Di

Amo. 8 d xit propheta. In illis diebus mittam in eis, non dico famen panis, aut sitim aquæ, sed

M audiendi verbum dei. In isto campo legis, & in floribus testimonium, cum anima nostra venerit, reficitur, pascitur, nutritur, pingue scit, exultat in simplicitate cordis: proficit ibi anima collocata, requiescit, exultat, & gloriatur. Iste pastor bon⁹, qui posuit animam suam pro ouibus suis, talia dedit pascua credentibus, sperantib. peruenientibus, ibi collocauit animas fundatas sine motu. Ergo in loco pascuæ ibi me collocauit. Sequitur, dicens. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Magna ista aqua. Est alia aqua, quæ non est aqua refectionis, sed aqua consumptionis. De ipsa aqua dixit propheta. Foderunt sibi lacus detritos, aquam mendacem, aquam, quæ non habet fidem. Et aqua catholica, in qua ostenditur fons æternus, qui reficit, idest, iterum facit, quomodo generatio, & regeneratio reficit animas, quia innouat in fide, abluit sordes, tollit maculas, rudem facit aptum, expolians veterem hominem cum actibus suis, induens nouum, eum, qui secundum deum creatus est. Hęc aqua primatũ tenet in elementis. Sed cum istud elementum acceperit spiritum sanctum, fit sacramentum: & iam nõ erit aqua potationis,

A sed sanctificationis: non erit aqua communis, sed refectionis. Per istam aquam educit, purgatos facit perfectos, ratione charitatis, & gratiæ illuminans, & replens eos:

Ro.5.c d vt vbi abundauerat peccatum, faceret diuites in gratia. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Quid est enim conuertere? Ex aliquo alicubi ducere, ex peccato ad iustitiam, ex falsitate ad veritatem, ex miseria ad misericordiam, ex opere carnali ad spiritualem intellectum. Sic conuertit ad se deus animas. Animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iustitiæ propter nomen suum. Sic sequitur. Istæ semitæ agnoscuntur diuersæ viæ generis humani, licet vniuersas semitas domini agnoscamus, misericordiam, & veritatem: tamen semita vna agnoscitur, quæ est prima in semitis, ideſt, virginitas: secunda, continentia, quæ est, & vidualis: tertia, coniugalis. Sũt aliæ semitæ, quæ ad patriam perducunt. Nam semitæ ideo dicuntur, eo quòd planæ viæ non sunt, sed semiuiæ, ideſt, an-

B gustæ. Audite, istę semitę angustę, quæ sint. Orare pro inimicis, nulli malum pro malo reddere, cibare inimicum, potare, & vestire, iniuriam pati, & non facere: & vt concludamus semitas iustitiæ, Quod tibi c fieri non vis, alii ne feceris: semitę sunt iustitię.

Io.10.b

Hie.2.e

Ephe.4

Matt.5. Ro. 12. Tob. 4 Matt. 7.

iustitiæ. Et hoc facit non pro merito nostro, sed propter nomen suum. Sequitur, dicens. Nam etsi ambulem in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Medium vmbræ mortis agnoscimus vitam tentationum. Nam ille in medio vmbræ mortis ambulabat, qui dicebat. Inhabitaui in tabernaculis Cedar: id est, cum filiis tenebrarum. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: dum loquebar illis, debellabant me gratis. In medio vmbræ mortis ambulabat, qui talia tolerabat. Nam apostolus quando inter falsos fratres ambulabat, in medio vmbræ mortis incedebat. Maledicebatur, benedicebat: iniuriam patiebatur, & non comminabatur: lapidabatur, virgis cędebatur: quando ista patiebatur, in medio vmbræ mortis ambulabat. Ille cum illo erat, qui ei de cœlo clamauerat, dicens. Saule Saule, quid me persequeris? In medio ergo vmbræ mortis, vt diximus, vita est tentationis. Sed non timemus, quia deus pro nobis est, & fortior nobiscū magis quam cum illis, & potior est ille ad protegendum, quàm illi ad expugnandum. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniā tu mecū es. Sequitur. Virga tua, & baculus tuus, ipsa me cōsolata sunt. Duo ista sacramentis sunt plena, virga, & baculus. In virga dualitas intelligitur, virgor legis, & virgo Maria, nam ait Apostolus. Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in sermone spiritus mansuetudinis? Et alio loco dictum est. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Et virgo Maria intelligitur, vt dixit Esaias propheta. Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Quid est, Florebit virga de radice Iesse, nisi de tribu Iesse surget flos? Partus eius reddidit nobis istū florem in odorem suauitatis. Baculus intelligitur æque ipsa lex, quę ostendere nouit peccata, non auferre; quia lex ostendere nouit peccata, gratia auferre peccata. Nam agnitio peccatorum cum ostensa fuerit, subsequitur & correptio. Nam Giezi ille puer sancti Helisæi, cum mitteretur ad filium cuiusdam mulieris defunctum, baculum illi dedit sanctus Helisæus, vt resuscitaret puerum. Sed non potuit illum resuscitare baculo, nisi ipse veniret, & breuiaret corpus suum, vt sanctis poneret oculos ad oculos, os ad os, manus ad manus, pedes ad pedes, proiiciēs se super puerum mortuum, & resuscitauit eum. Quid ostendebat in baculo, qui suscitare non potuit, nisi legis ostensionē? Et in Hilisæo significabat Christi nativitatem, qui se habuit minorare, assumens quod non erat, non amittens quod erat: vt suscitaret mortuum, id est, genus humanum, quod acceperat sentētiam primi hominis, Morte morieris. Nam baculus sustentatio est senectutis. Et quia populus, qui legem acceperat secundū literā intelligebat, & tremula membra in ipso baculo incumbebant: quia litera occidit, spiritus autem viuificat, in senectute mundi venit veritas, vt figura auferretur, & adimpleret legē, & non solueret. Ergo in virga vigor legis, & in baculo ostēsio peccatorum. Ipsa me cōsolata sunt. Sic sequitur. Quomodo illum consolata sunt? Quia videbat in spiritu ipse propheta, de quo dicebat dominus. Quanti prephetę cupierunt videre, quę videtis, & non viderunt. Sed in corpore duntaxat, non in mente, intantum, vt diceret. Abraham vidit diem meum, & gauisus est. Nec enim non viderat Abrahā diem ipsius, quando dixit seruo: Mitte manum tuam sub fœmur meum, & iura per viuentem in secula, non te ducturum vxorem filio meo de filiabus Chananęorum. Et vtique quale secretum videmus in fœmore patris nostri Abrahę, nisi ex fœmoribus eius secundum carnem venire Christum in seculo? Ergo ipsa me consolata sunt, & virga, & baculus. Sequitur, dicens. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Ista mensa agnoscitur altaris domini consecratio. Nam vide quid dicit sapientia. Sapientia ædificauit sibi domum, suppossuit columnas septem, parauit mensam suam, misit seruos suos conuocans omnes, & dicens. Venite, & edite de panibus meis, & bibite vinum, quod miscui vobis. Et quia istam mensam præparauit seruis, & ancillis in conspectu eorum quotidie in similitudinem corporis, & sanguinis Christi, panem & vinum secundum ordinem Melchisedec, nobis ostenderet in sacramento: ideo dicit, Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Qui sunt isti, qui nos tribulant? suggestiones inimici, exagitationes, cupiditates, delectationes, seculi honores. Isti tribulant, quia huius-

Ps. 119. b
1. Co. 4. c
Act. 9. a
C
1. Co. 4. d
Psal. 2. c
Esai. 11. a
4. Reg. 4. t
D
Gen. 2.
2. Co. 3. b
E
Mat. 13.
Ioan. 8.
Gen. 24 a
d
Prou. 9. a
Ibidem.
F
Gen. 14
Ps. 109.

huiusmodi qui ita viuunt, tribulationes carnis habent, sed veniunt ad mensam potentis, considerantes ea, quæ apponuntur eis, accipere cum timore, & tremore, & tribulationes efficiuntur consolatione. Auferuntur ea, quæ sunt carnis, infunduntur ea, quæ sunt spiritus, & ex mensa prepara ta proficiunt contra eos, qui tribulãt eos. Sequitur, dicens. Impinguasti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians quàm præclarus est. Gratias tibi domine Iesu, qui ostendisti nobis istud oleum: non illud oleum quod habent hæretici, de quibus di
Eccl. 10 a ctum est: Muscæ morituræ exterminant
oleum suauitatis, Nec illud oleum, de quo
Ps. 140. b dictum est Oleum peccatoris non impinguet caput meum, sed istud oleum, quod
Esai. 61. a significabat Esaias propheta, dicens. Spiritus domini super me propter quod vnxit me. Euangelizare pauperibus misit
G me, prædicare annum acceptabilem remissionis, dimittere captiuis remissionem, & cęcis reddere lumen. Istud oleum agnoscimus oleum chrismatis. Christus enim dicitur vnctus, Christiani, ab vnctione. Impinguat caput nostrum, id est Christum
1. Co. 11 dominum. Caput enim viri, Christus. In isto oleo facies cordis exhilaratur, de quo
ps. 103. b dixit propheta: Vt exhilaretur facies in oleo. Quæ est ista facies in oleo, quæ exhilaratur, nisi imago, & similitudo dei? Cum de peccatore dicitur: Impinguasti in
ps. 74. b oleo caput meum, & calix tuus inebrians quàm præclarus est, qualis est iste calix, audite. Ipse est calix, qui fuit in manu domini vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc. Veruntamen fœx eius non est exinanita. Iste calix est, de quo clama-
Mat. 26. d uit tempore passionis, dicens. Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Et quia obedientiæ nobis formam dedit, subsecutus adiunxit. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. De isto calice bibit ecclesia, inebriauit martyres, vt non agnoscerent proximos carnis suæ nimio amore Christi: neque patres filios, neq; filii parentes. Inebriauit vino sanctitatis nõ vino
H erroris. Non agnouerunt suos, & sanguinem fuderunt. De mensa illa inebriati sunt, de qua dictum est. Accedens ad mensam potentis, considera ea, quæ apponuntur tibi, sciens, quia talia te oportet præparare. Quid est, Talia oportet te præparare, nisi corpus, & sanguinem quod accipis? Nam & illi apostoli de ipso calice inebriati erant de quibus dicebatur. Hi ebrii sunt musto, cum esset hora diei tertia. Sed quàm præclarus est iste calix, videte quanta est claritas in toto mundo ex passionibus apostolorum, & martyrum. Vbiq; spiritus immundi clamant se ardere orationibus, & meritis eorũ. Virtutes quas operatur deus videte. Cæci illuminantur mortui suscitantur, & cuncta, quæ fecerũt, & faciunt, declarata sunt, & declarantur in toto mundo. Iste calix facit claros, & pclaros, & calix tuus inebrians quã præclarus est. Et misericordia tua subsequetur me p oẽs, dies vitæ meæ. Sic sequitur. Et quia non ex merito, sed ex misericordia facta sunt superius cõprehensa, ideo voce populi subiecit ecclesia, clamans. Misericordia tua subsequetur me per omnes dies vitæ
I meę. Quia vero quotidiie misericordia fit in populo dei, vt Pagani ad ecclesiã perducantur, iudæi conuertantur, hęretici corrigantur, peccatores indulgentia muniré tur vsq; in finem seculi, hęc misericordia subsequetur ecclesiã omnibus diebus vitę eius, quandiu est mũdus Sequitur. Et vt in habitem in domo domini in longitudine dierum. Hęc domus domini illa significata est, de qua propheta cecinit. Beati qui ps. 83. habitant in domo tua in secula seculorũ laudabunt te. Aequè domum domini agnoscimus cor humanum, de quo dicebat Hebr. 3. Apostolus. Quæ domus sumus nos. In ipsa domo cordis habitat dominus, in cor- b de nostro dominus manet, & nos cum do- 1. Ioan. mino manemus. Nam cum ei locum ha- 4. bitationis in corde facimus, in domo domini habitamus, & ibi perueniemus in longitudinem dierum. Quare non dixit, Et longitudinem noctium? Quia ille dies non habet noctẽ. Ideo dixit tantummodo in longitudinẽ dierũ, qa non erunt breues sicut dies illi de quibus dictũ est in alio lo- Mat. 24. co. In illis diebus, si nó fuerint abbreuiati b dies ill, ét electos meos seducent. Ista lõgitudo diẽrũ æternã vitam ostendit, non p- K sentem. Sed ex corde puro ibi venitur. Ecce inquantum ipse plitit, non quantũ debuimus, sed quantũ potuimus ipso subministrante, & donante expositũ psalmũ auribus, vestris repręsentauimus. IVNGAMVS, & breuem propter tardos, qui prolixos versus psalmi tenere non possunt. Laudate dominũ, oẽs gentes, laudate eũ

omnes

omnes populi: Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & veritas domini manet in æternum. Quàm breue est, & grandem habet intellectum. Laudate dominum omnes gentes, intelligimus hic totum mundum, de quibus dixit propheta. Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam. Et erit in loco vbi dictum est eis. Non populus meus vos: ibi vocabuntur filii dei viui. Isti laudant deum ex omni tribu, ex omni gente, ex omni lingua laudant deum. Quare? Quia populus factus est sub charactere Christi, confirmatus est, sub professione beati nominis eius liberatur. Collaudent illum, & laudent: quia redempti sunt de manu inimici, id est, ex opere eius: qa corroborata est super nos misericordia eius. Quã roborata facta est, vt quotidie se impendat, & nũquam deficiat, quotidie gaudeat lucris: Quia gaudium est in cœlo super vno conuerso a vanitate viæ suæ, quã super nonagintanouem iustis, qui non indiguet pœnitentia. Carroborata est super nos misericordia eius, sequitur: Et veritas domini manet in æternum. Quæ est ista veritas, quę manet in æternum? Quæ nos perducit ad æternum vetustum dierum, ad deum nostrum sine initio, sine fine. Ipsa est veritas, quæ fidem tenet rectam, veram, & integrã. Ipsa est in qua Christus requiescit, quam in se tulit, dicens. Ego sum via veritas, & vita. Ipsa est, quæ manet in æternum. Tenete traditum vobis psalmũ, vt cũ tenueritis, lingua reddideritis, vita, vocibus, & moribus, vt mereamini audire. Intrare in gaudiũ domini vestri. Amen.

Ofe. 2. d

I. Ibid.

Luc. 15. b

Ioã. 14. a

Mat. 25 b

DE EO QVOD SCRIPTVM *est in Psalmo. xxiiij. Dirige me in veritate tua, & doce me: Homilia.*

MVltores arctę, & angustæ viæ, qui se crucifigunt cum vitiis, & cõcupiscẽtiis & passionibus, qui post voluptates suas nõ pergunt, & suggestionibus malignis resistunt, cantant, & dicunt: Dirige me in veritate tua, & doce me, quoniam tu es deus salutaris meus. In hac directione iste rogabat nõ tortuosam, sed rectam. Directio enim non curua est sed recta, quæ lineas legis tenet, mentem dirigit in via immaculata. Præceptis obtemperat, iussa implet, id est, ad perfectionem dirigit. Propheta clamat. Dirige me. Sed quia hæc directio habet veritatem cõiunctam, a falsitate est separata. Quę est enim veritas, quæ vita, nisi ille, qui veniens pro nobis clamabat, & docebat: Ego sum via veritas, & vita? Prophetans ergo uates Christi futurum Christum dicebat. Dirige me in veritate tua. Assumẽs vocem in isto versiculo, etiam totius ecclesię vbique diffusę dirigi quærebat. Ergo in isto populo, qui gentilis erat, & tortum cor habebat, Ipsa est de qua clamabat alius propheta, dicens. Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam. Et erit in loco vbi dictum est. Non populus meus vos, ibi vocabuntur filiis dei viui. Hęc ecclesia clamat, & dicit. Dirige me in veritate tua. In ista veritate falsitas nulla inuenitur. Hæc veritas cunctis ecclesiis donata est, omnibus appropinquantibus deo timoratis, iustis, beneuolis, & sanctis: quibus mysteria agnoscere donatum est: qui sunt, vbi nondum sunt: & non sunt vbi sunt, qui in corpore ambulant, sed non secundum carnem militant. Hi sunt, qui habent veritatem, & possidẽt eam, & possidentur ab ea. Doctrinam postulat, dicens. Et doce me. Quid vult doceri, nisi id quod nescit? Quid est, quod nescit? Perfectionem virtutum, vt sciat, quod nescit. Quid est quod nescit? Quid? O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ dei, hoc est, quod vult scire, & clamat: Quoniam tu es deus salutaris meus. Quid est, Doce me? instrue me, perfice me, ædifica me, quia tu a vulnere peccatorum salualti me, ideo dixit? Saluator meus: ibi subiunxit, dicens. Et te expectaui tota die. Per diem expectauit, non in nocte. Quæ est tota dies, nisi vbi lux est, & tenebræ nõ sunt? Tota dies ipse est saluator mundi, in quo uenit principes huius mundi, & in eo nihil inuenit iuris sui. Ipse est, qui venit in mundum, ipsum sustineamus quandiu ueniat in nobis separans nos a delectationibus carnis, purgans a cupiditatibus carnis. Sustineamus, eum, quando ueniat, ut paratos nos inueniat. Sustinemus eum, quando impetus tentationem portamus, quando tempestates aduersas patimur, sed naufragium non facimus. Sustinemus eũ, quando non deficimus: prolicimus quando non conturbamur, sed confirmamur. Quando exagitamur, sed non cadimus,

Ioã. 14. a

Ofee. 2. Ibid.

A

Ro. 1. d

B

tunc

tunc sustinemus, tunc toleramus, tunc clamamus ad illum, q ui est fidelis, vt non nos faciat tentari super id quod possumus ferre, sed faciat tentatio né cum exitu, vt possimus sustinere. Dirigite ergo iter sine offensione. Obseruate ergo, nec offendentes curtum faciatis pedem, & claudicantes in vitium veniatis, & non ambuletis, né stantes nō proficiatis, sed deficiatis: veritatem tenete, falsitas de ore vestro nō procedat, turpis sermo longe sit a vobis, ociosus, triuialis, superbus, mendax, vt de ore sit sale conditus: in hac ueritate persistite. Erudimini, scitote quoniam dies nostri velut umbra declinauerunt. Discite, quia totū esse nostrum ad non esse tendit. Scitote, quia statuti sumus ante tribunal Christi cum chartis operum nostrorum. Et siquis gessit bonum, aut malum, ibi reddet rationem illi, quem nihil latet. Nolite obliuiscī saluifactorem nostrum, redemptorem nostrum, ueritatem nostram, uiam nostram, dominum nostrum, qui est saluator, uia, ueritas, & uita: qui se obtulit, ut nos non captiui remaneremus. Qui libertatem donauit nobis, qui cor illuminauit toto sæculo. Quid pro iis omnibus retribuemus ei? Quæ sunt compensationes operum nostrorum? Quis laudet, quis definiat tantā potentiā, tantam magnificentiam, tantam uirtutem, nisi q̄ debemus agnoscere nos, qui ex nihilo fecit nos? Peccauimus in inobedientia patris nostri protoplasti, & regenerati sumus in illo, qui uenit de sinu patris reconciliare nos ei a quo eramus lōge, ut faceret nos prope. Nolite obliuiscī tanta bona muneratoris dei. Seruite dño in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinā, nequando irascatur dominus, & pereatis de uia iusta, ut quotidie clametis: Dirige me in ueritate tua, & doce me quoniam tu es deus salutaris meus, & te sustinui tota die.

1. Cor. 10. c

Col. 4

C

2. Col. 5

Psal. 2. c

DE EO QVOD SCRIPTVM *est in psalmo xxv. Redime me, & Miserere mei. Homilia.*

Filii lucis in libertāte uocati, qui sedebāt in tenebris, & umbra mortis, illum nati sunt, redempti sanguine pretioso. Obliti non sunt, quæ & quanta passus est ille, qui splendor uenit cunctos quidē obligatos inuenit, & illaqueatos, vulnerātos, cæcos, debiles, claudos, reos. Sed quia non uenerat, vt iudicaret mundum, sed vt saluifaceret, liberauit seruos a seruitute, illaqueatos soluit, vulneratos sanauit, cæcos illuminauit, debiles fortificauit, claudos iter rectum ambulare fecit, reos indulgentia munerauit. Nam vnde erat, quod modo cantabat ex ore nostro propheta, dicens deo: Redime me, & miserere mei: Pes meus stetit in rectitudine, in ecclesiis benedicam te domine? Vox est capitis portans in se personam membrorum, quę membra nos sumus, caput vero Christus, dicēte Apostolo: Vnum corpus sumus in Christo Iesu. Redemptio autem hęc non est numi, sed gratiæ: non est corporis, sed animæ. Intantum redemptio est animæ, ut sicut hi qui captiui ducuntur a barbaris, ita ducantur a diabolo capti. Ille captiuus dicitur, qui efficitur non potestatis suæ, sed ditionis alienæ, qui suggestionibus eius subditus est. Captiui tales videntur sibi liberi esse, quia nullo imperio humano subditi sunt, & tamē serui sunt: Quia omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati. Exclamandum est ergo cum propheta, vt liberemur, non in merito nostro, sed in eius misericordia. Nisi nostri misereatur, esse non possumus. Ergo redimat nos misericors deus noster, separet nos ab affectibus, a desideriis, & cupiditatibus inimici, vt libertāte accepta, pes noster stet non claudus, sed rectus. Quid est enim claudum pedem habere, nisi infœlicem offendere? De quibus dicebat propheta: Errauerunt, & claudicauerunt a semitis suis. Claudicat, qui sic deo credit, vt scandalizetur quoties prosperitatem videt malorum, sanitates impiorum, diuitias paganorum, possibilitates gentium, & dicit non sano pede, id est, non sana fide, effusi sunt paulominus gressus mei, quia in peccatoribus pacem peccatorum zelaui intuens: Quia non est declinatio morti eorum, & firmamentū in flagella eorum. In laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia, circumamicti sunt iniquitate, & impietate. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, pertransierunt in dispositiones cordis. Similiter si dicat: quare uiæ impiorū prospe-

2. Pet. 1.

Ioan. 3.

Ro. 12. b

E

Captiuus q.

Io. 8. d

Psal. 17. g

Ps. 72. a

Ibidem.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

prosperãtur, idcirco perturbatur pes eius talia sentiẽs, & commouetur: quia ad tempus ad tentationem bonorum dimittuntur mali, in æternum verò damnabuntur. Ad tempus floret impius, ad tempus emẽdatur bonus. Sed flos illius sicut fœnum aresçit, emendatio illius transiet. Ille accipiet pœnam perpetuam, quia hic flagellatus nõ est, & ad tempus floruit: ille autem qui tentationem sustinuit, in æternum vitæ perpetuæ retributionem accipiet. Nõ debet ergo pertutbare fideles mentes sublimitas malorum, prosperitas impiorum, ne vnusquisque nostrum, apud semetipsum ægra mente dicat, quia placent deo facta malorum, aut deus constituta non implet, aut non curat res humanas.

G Qui vt faceret te esse, curam habuit: quomodo viuos in seculo non curat? Nolite ita sentire de deo, sed alto iudicio suo, & de secreto pietatis dimittit & malos, vt probentur boni. Humiliat bonos, vt præsentia bona non sperent, sed æterna credant. Quid fuit ille diues, qui byssino, & purpura induebatur, splendideque edebat, qui cunctos subditos habebat adulatoribus delectabatur, cursoribus ornabatur, a clientibus constipabatur: deliciis fruebatur? Quandoque finita est vita caduca, spes præsentis, vitæ migrauit, transiit. Et qui in seculo non se agnouit, de inferno gemens clamauit. Lazarus ille, cuius pes stetit in rectitudine, qui contentus erat paupertate, qui non delectatus est deliciis, qui iacebat vlcerosus quidem corpore, sed mente integra, æque vltima die veniente illi, ex hac luce migrauit. Et quia tolerauit emẽdationem, & probationem dei, meruit suscipi in sinum Abrahæ, in loco quieto pacifico, tranquillo. Agnouit diues pauperem, superbus humilem, elatus tolerantem, & clamabat, dicens. Pater Abraham, mitte Lazarum, qui contingat H linguam meam ex digito suo gutta, quia crucior hac in flamma. Et quia prætermisit diues in hoc seculo misericordiam, & non posuit deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua: ideo nõ meruit guttam, quia non fecit misericordiam. Si enim dedisset, acciperet. In qua mensura mensus est, in eadem remetitum est ei. Ea fratres, nolite desidiose audire verbũ veritatis, non vos possideat vita falsitatis, mundus iste nõ vos obdulcescat. Amarus ad tempus mundus iste, non manens, non vos seducat. Mundus transitorius non vos decipiat in æternum. Pes vester, id est, fides vestra non extollatur in prosperis, in aduersis nõ deiiciatur: sed clamate cum propheta, dicentes. Pes meus stetit in rectitudine, in ecclesiis benedicam te domine. Si videris malos potẽtes a deo alienos in hac vita florere, nolite moueri a fide vestra, sed tolerate volũtatẽ dei, quia ista vita cõmunis est bonis, & malis. In area huius Luc.3.d mundi non separatur palea a frumento, sed ille veniet cum ventilabro purgans aream suam, qui triticum congregabit in I horreum, paleas autem tradet igni inextinguibili. Hic, & bonis, & malis dat bona: ibi autem solis bonis bona & malis pœnam perpetuam. Nolite esse temporales, sed ad æternitatem proficite: vt ibi in secula seculorũ laudetis eũ, quia de oĩbus sanctis eius clamabat vates Christi, dicens. Beati qui habitant in domo tua dñe: in se- Ps.83.a cula seculorum laudabunt te. Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM *est in principio psalmi xxvi. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Homilia.*

EX plenitudine verbi formamus verba in ore nostro, vt trãseat aliquid ad aures vestras. Sic a nobis procedit doctrina, vt ad vos transeat, & a nobis non recedat. Sed hæc doctrina non est ex nobis, sed ex deo, qui ex nihilo fecit hominem atque mundum: qui illuminat conscientiam, amouet tenebras cordis, in mentem suggerit dictionem, vt veniatur ad correptionem vitę, & ad conscientiam spiritualem. Propheta sanctissimus, in cuius animo, & corde sedem fecerat deus, vociferabatur, & clamabat, dicens. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Ma- K gnum seruum, qui sciebat quomodo illuminabatur, vnde illuminabatur, qualis erat qui illuminabatur. Videbat lucem, nõ istam, quæ ad vesperum tendit: sed illam lucem, quam oculos non videt. Mentes 1.Ti.6. ex hac luce illuminatæ, non ruunt in peccata, non offendunt in vitiis. Dicebat Io.12.c enim dominus. Ambulate dum ha- Ibi.9.g

betis

betis lucem in vobis. De qua enim luce dicebat, nisi de ipso, qui dixit: Ego lux veni in mundum, vt qui vident, non videant, & cæci lumen recipiant? Iste ergo dominus illuminatio nostra, sol iustitiæ, qui radiauit ecclesiam suam catholicam vbique diffusam, & clamabat propheta in figura eius. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Illuminatus homo interior non claudicat, à via non recedit, totum tolerat. Qui de longinquo videt patriam, aduersitates sustinet, in temporalibus non contristatur, sed in deo confirmatur, deprimit cor, & sustinet, & humilitate sua patientiam habet. Lumen istud verum qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, dat se metuentibus, infundit cui vult, vbi vult, reuelat se cui filius vult. Qui sedebat in tenebris, & vmbra mortis, in tenebris malorum, & vmbra peccatorum, orta luce horret sibi, & adiicit se, pœnitet, erubescit, & dicit. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quē timebo? Magna salus fratres mei. Ista salus infirmitatem non timet, lassitudinem non formidat dolorem non videt. Sanitas ergo ista mentis est: vbi febres non accedūt, vbi tepor culturæ dei non appropinquat. Ista ergo salus possidetur à sanis, qui non obliuiscuntur sanitatē, sed dicūt. Saluator es medice bone, & tolerādo mentem phrenaticam, & insanam saluas animam: quia omnis qui medicum nō agnoscit, phreneticus est. Nam quoties phreneticos videmus medicis contumeliam facere, resistere sanitati, nolle curari, deridere veram curam? Debemus ergo plene, atq; perfecte non tantum lingua, sed etiā mente clamare: & dicere, Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Si ipse illuminat, ipse saluat, quem timebo? Veniant caligines suggestionum, dominus illuminatio mea. Venire possunt, proficere non possunt, cor nostrum impugnando, non tamen vincendo. Veniat cecitas cupiditatum, Dominus illuminatio mea. Fortitudo ergo nostra ipse est qui se dat nobis, & nosipsos damus illi. Currite ad medicum cum potestis, ne cum velitis non possitis. Est tempus currere, nullus negligat infirmitatem suam, nullus desidia possessus non currat ad lumen, ne delectationibus seculi obligatus, obliuiscatur quod minatur deus, postponat quod promittit deus. Fugiamus imitationem malorum, appropinquemus operibus bonis, vt cum illo regnemus in regno cœlorum. Amen.

Ibi. 1. a

L

M

DE EO QVOD SCRIPTVM *est in Psalmo. xxix. Domine deus meus in æternum confitebor tibi, Homilia.*

A

Celebritas confessionis perficitur ex assiduo oratione, qa de preceptis regularibus conuenit semper orare. Oratio ergo cōtinua, & instans prædicatio necesse est, vt habeat mentis euigilantiam, vt agnoscat, quis oret, quid oret, ad quem oret. Ni illud vas fictile thesauro dominico plenū, quod de bono thesauro cordis sui proferat bona, sicut modo cantauimus, vniti charitate, dixit. Domine deus meus in æternū confitebor tibi. Quando dominum nominant serui, agnoscunt se debere esse subditos, non cōtumaces, & superbos. Ergo dominus iste, qui nos emit ex pretio, qui fudit sanguinem suum, vt nobis æternam vitam donaret, Dominus est, qui nobis impartitus est tantum munus gratiæ, tantam misericordiam inenarrabilem, tantam virtutem sine lassitudine: iste ergo dominus bonorum seruorum, & deus totius creaturæ, confessionem quærit a nobis, non vt ignarus, sed vt nos nobismetipsis manifestaret. Quid enim occultum est, cui patet omne secretum? Nullus dubitet de bono domino clementi, qui cōfitentes suscipit, & non punit, vt terrenus iudex: qui non torquet, aut eculeo imponit, quasi ignarus, vt veritatem exprimat confessionis: sed ille dicit, Confitemini, qui scit omnia antequam fiant, cui nihil est occultum, qui est cordis inspector. Confiteamur illi, quæ in actis, quæ in factis, quæ in cogitationibus commisimus. Ideo nos cogit confiteri, nolens aliquem perire à se misericordia, qua deus est: clementia, qua pius est: bonitate, qua creator est. Confiteamur illi multiplicem confessionem, tamen prima prætermitti confessio non debet. Assumētes vocem illam Publicani, qui pectus suū tundebat, & se, sicut Pharisæus, non iactabat: qui humilis iustificari meruit, & Pharisæus qui quasi de meritis suis gloriari cœpit, damnatus descendit. Si bene viuimus, domino nihil præstamus, quia bonorum nostrorum non indiget: si male viuimus,

Dan. 13
Hebr. 4.
2. Pet. 3.
Lu. 18.c

UNIVERSIDAD DE MURCIA

mus, nobis contrarii sumus, deo nihil nocemus: humiles ergo, & deposita ceruice confiteamur illi, qui totũ nouit. Dicamus ergo cum isto humili, qui reatum suũ non tacebat, & deposita ceruice peccatum suũ
Luc. 18. c semper agnoscebat, & iniustitiam suam non operiebat. Quid ergo dicebat? Propitius esto mihi peccatori. Nunquid singula facinora sua deo enarrabat, quasi nescienti? Aut poterat in memoria tenere ex initio natiuitatis suæ, quæ commiserat flagitiosus publicanus, reus omnium malorũ? Sed collectè, summatimq; clamauit, & dixit, quia nihil boni in me habeo, quod dicam de me, sed totum malũ sentio in me: confitebor tibi deo bono, qui non punis confitentes, sed liberas ad te confugientes: propitius esto mihi peccatori. Nullus desperet de malis suis, nullus p̃sumat de meritis suis. Præsumptores, & de opera vestra quasi bona erecti timete, Pharisæum agnoscite, vt illius mores ad vestram salutẽ proficiant. Quare repudiatus descendit? Quia non confiteri, sed iactare merita sua in tẽplum ascendit. Nam discutite eius verba, & videbitis quomodo erectus est ad apicẽ superbiæ, vbi dixit: Gratias tibi ago, quia non sum sicut cæteri homines. Vnde nosti Pharisæe, quia non es sicut cæteri homines? Quasi totum mundum iam discusseris, quis, qualis est, aut quomodo habeat vitam quispiam. & cum teipsum nescias, quomodo sententiam omnibus hominibus cum te iactas, dedisti, vt diceres, Quia nõ sum sicut cæteri homines? Si homo es, casibus plenus es: si temporalis es, feris, feriris: vincis, & vinceris: si homo es, pugnas cum sarcina carnis, cum voluptatibus ventris, cum auaritiæ cupiditatibus: si homo
Gala. 5. D es, sensus tui impugnatur desideriis. Agnosce miser, quia caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem. Hæc enim inuicem sibi aduersantur, vt non ea, quæ vis, facias. Quomodo ergo non es sicut cæteri homines, cum teipsum non videas, quis sis? Iactas te, quia ieiunas bis in sabbato, qui a spiritu superbiæ non declinas. Quomodo ieiunas, publicano peccatori insultans, & teipsum sine peccato existimans? Quomodo ieiunas? Si ieiunares ab obseruando peccata in mente, proficeret tibi. Et ieiunium vnde te iactas de ventre insultas publicano, nescies te futurũ inde reprobum. Raptorem te non dixisti, iniustum te non dixisti, sed hoc totum insultando publicanum accusasti. Quid egisti, nisi, vt cum nos legimus hanc lectionem, nobis beneficium præstitisti? Agnoscite fratres, quæ sit in humilitate gratia, qualis in superbia proxima ruina: quod fecit caput fidelium, hoc faciant omnes credentes in fide, vt iure, & legitimè dicamus domine deus meus, in æternum confitebor tibi: non temporaliter, sed in eternũ. Qualis est confessio æterna, nisi vox illa angelica, hagios, hagios, hagios? Sine cessa- Esa. 6. b
C tione proficite, vt accipiatis, non pro meritis gratiam, sed gratuitam coronã. Amen. E

DE EO QVOD SCRIPTVM *est in Psalmo xxxiij. Quis est homo qui vult vitam, & cupit videre dies bonos? Homilia.*

SErmo diuinus peragrans, currensque per campos singulos, velut luminaria, ecclesiis contulit claritatem, qui discutiẽs corda vniuersorum credentium in Christo, clamabat bonis malisq;. Quis est homo, qui vult vitam? Iste offerens tantum munus, tantam lætitiam exoptatam toti generi humano, quasi omnes vna voce exilistis ad interrogationẽ hominis dei dicentes. Ego. Sed qui vult viuere, audiat præceptum. Nec enim potest homo hìc accipere id quod promittitur, nisi impleuerit præceptum, quod iubetur. Ergo cum interrogaret iste ore prophetico cuncta corda, & conueniret omnes aures, & pulsaret omnium cõscientias, dicens: Quis est homo, qui vult vitam, & respondentibus, non in lingua, sed in conscientia voluntatq; desiderii, Ego: subsecutus adiunxit. Et cupit F
videre dies bonos. Aequè talis interrogatio: Nam qui dixit. Quis est homo, qui vult vitã, & cupit videre dies bonos, vtrumque desiderabile promissum ostendit. Sed audi sequentia. Si vis videre vitam, si vis inuenire dies bonos, cohibe linguam tuã a malo. Eia fratres mei hic modo respondere volo. Quanti modo dicunt, nolo, qui dicebant volo. Qui veterauerunt in detra
Gala. 5. ctionibus, qui mordent, & comedunt humanas carnes, detrahendo, non timentes, ne ab inuicem consumantur, qui adulationibus linguam suam impendunt, qui bi-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

faciem habent mentem, præsentibus bene loqui, absentibus detrahere. Quomodo modo dicunt, volo, perseuerãtes in malo? Nunquid si esset, quicunq; ille est in officio, sine labore acquireret panem? Si militaret, & iudici non obtemperaret, acquisitionem inueniret? Rusticus rura sua colẽs, sine labore posset colligere fructus? Et quicunq; homo in seculo nascitur, a sententia primi hominis non potest esse alienus, dicẽte domino primo homini post lapsum:

Gẽ. 3. d In labore, & sudore vultus tui manducabis panem tuum. Ergo vos, qui vultis vitã, & cupitis videre dies bonos, laborate, vt corrigatis malos mores, vt possint vos

G sequi promissiones bonæ. Cohibe linguã tuam a malo, id est, a mendatio, a furto, a superbia, a detractione, ab adulatione, a fictione: & cum hæc feceris, inuenisti vitã. Et si labia tua non fuerint locuta dolum, occurrent tibi dies boni. Nam quomodo potest malo occurrere bonum, cum ipse bonus non sit? Sed modo sunt hic aliqui stantes, qui inquirere a nobis nõ possunt, sed cogitant hoc in cordibus suis, dicẽtes. Ergo omnes boni bona inueniunt, & mali mala: ergo omnes boni vitam inueniũt, & dies bonos: & mali habentes vitam malam, habent dies malos. & respondeo eis, ita est. Et illi mihi non inquisitorie, sed contumeliose dicunt, quomodo dixit Hie

Hie. 12. a remias. Quare via impiorum prosperatur? Et nunc videmus homines malos abundare filiis, familia, argẽto, auro, vestibus, prædiis, & diuersis rebus locupletatos. O homines inanes, & hoc est totum bonum? Quid hîc est bonum? Audi dominum dicentem ita. Etsi omnem mundum lucreris, animæ verò tuæ detrimentum facias,

Mat. 16. d quam dabis commutationem pro anima tua? Quale bonum est, quod male vtendo creat malum? Audi quid audiuit quidam

Luc. 12. c diues. Stulte, hac nocte postulatur anima tua, quæ præparasti cuius erunt? Quid dico de apostolo. Qui dixit. Nihil intulimus

H 1. Ti. 6. b in hunc mundum, verum, nec auferre aliquid possumus. Habentes victum, & tegumentum, iis contenti simus. Nam, qui volunt diuites fieri, incidũt in tentationem, & in laqueum, & muscipulam diaboli. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidem appetentes naufragauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. Modo si potestis diuites seculi, laudate quos videtis naufragare, & ad portũ non peruenire. Ecce iste diues mortuus, in malis perseuerãs, lecto eburneo portatus, ornatus, luminibus holosericis tectus, tota ciuitas exequias ei exhibens perductus ad sepulchrum marmoreum. Ingreditur aliquis in multum defuncti, laudat diuitem, laudat potentiam, laudat ędificium: videt locum marmoratum, & nõ videt locum tormentorum. Vidisti quomodo a populis deductus est in malis perseuerans, & malis suis terminum vsq; in diem vitæ suæ, non ponens? Nunquid intellexisti futuram pœnã, quomodo angeli tartarei eum tulerunt, & I incarcerauerunt vsq; in diem iudicii? Audi diuitem purpuratum, comedentem splẽdide, qui pauperem vidit, & non eius misertus est, & sibi impertiuit. Stultus est, de

Luc. 16 uius peruenit ad mortem: & Lazarus pauper, inops, egenus, pallidus, pãnis obsitus, vlcerosus, vix pane corporis ventrem implens, sed tantum pane cœlesti abundans satiabatur, quandoque Lazarus etiam ex hac luce migrauit, simplex, & humilis, & beatus pauper migrauit ad cœlum, & diues purpura tectus mansit in inferno. Nõne melius erat pauperem cũ bona vita peruenire ad satietatẽ angelorum, quàm di-

Mat. 25 uitem obligatum peccatis ire in tenebras exteriores, vbi est fletus, & stridor dẽtium? Nam iste peruersus diues, sibi, & non alii locuples, quomodo erexit oculos in cœlũ de loco tormentorum, & clamauit ad patrem Abraham, patrem fidelium, & bene viuentium, vt mitteret Lazarum, vt contingeret linguam eius, quia cruciabatur in flamma? Et tamen non est auditus, quia quando potuit, & habuit, non audiuit. In qua mensura mensus est, in eadem remeti-

Matt. 7. tum est ei. Eia ille, qui dicebas modo, quia hoc erat bonum, quencunque hominem a

K esse diuitem: modo dic, modo lauda, modo iudica, modo discerne, modo respõde. Ecce transiit, quod habebat, perrexit solus sine seruo, sine argento, sine numo, sine nitore seculi. Ecce peruenit ad pœnam. Qualis illi fuit in seculo vita, quàm miserum temporalis vita creauit illi tormentum, & pœnam sine fine? Ergo cohibere linguam vestram a malo, & labia vestra ne loquantur dolum. Declinate a malo, & facite bonum: quærite pacem, & sequamini eam, & inuenietis vitam, & dies boni occurrent vobis. Diuitiæ illius seculi malis bonisque com-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

communes sunt. Dat ergo illa deus malis, vt non habeant, quid queri de deo. Item non illa dat bonis, vt æterna bona de deo sperent, & non propter aliquod temporale colant deum, sed gratis. Item nō illa dat malis, vt paupertate humiliētur. Item dat illa bonis, vt dent formam malis, quomodo vtantur bonis. Ergo dat ista temporalia bonis, & malis, sed se non dat, nisi tantummodo bonis. Melius ergo eligendum est non habere hīc communionem cum malis præsentium bonorum, quàm hīc habere præsentiam bonorum, & peruenire ad perpetuum supplicium malorum Facite ergo, quod propheta prædixit. Cautio, & conditio est posita, vt declinemus a malo, & faciamus bonum. Crescite in bonis, decrescite a malis: ascédite ad virtutes, descendite a peccatis. Proficite in castitate, separamini a luxuria. Quærite pacem omnium hominum, pacem cum corde, & carne vestra, quæ concupiscit aduersus animam, quæ casu trahit ad lapsum: cupiditatem vitate, quę delectationibus inuiscat animam vegetantem. Iam facite terminum malis cogitationibus, date limitem, sufficiat diei malitia sua. Noui surgite, nullus vetustus cum pannis peccatorum suorum incedat. Tu ergo, qui carnalis es, & in temporalibus tantum speras, si videas nudum pannis obsitum, quomodo horres, quomodo execraris, quomodo cōtemnis, ne in te impingat ex vestimento suo? Pannos pauperum horres: & pannos peccatorum tuorum nō horres? Displicete vobis, placere deo. Sustinet vox genitris uestra, de celerrimis, & bene currentibus in agone sancto gaudet tota ecclesia, de pigris uerò & somnolentis cōtristatur. Sit ergo uobis bona societas, si uultis uidere uitā. Agite dies lætitiæ sanctè uiuendo, confitemini domino pie sperando, & non tantum uitam, sed & dies bonos inuenietis, & sine naufragio ad portum salutis peruenietis. Amen.

L

Matt. 6.

M

IN PSALMVM XXXVII.
Alius Psalmus Dauid.

DOmine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.] Sæpe a nobis dictum est, Christum, sicut in affectionibus, ita etiam in prophetia suscipere personam humanitatis, ex qua etiam nunc hæc loquitur, argui quidem naturam, sed non in furore, corripi autem ipsam volens, sed non in ira. Quomodo autem argui? Propter salutem. Vult itidem etiam in pace corripi, quod quidem non poterat aliter euenire, nisi eam, quę in nobis erat, redargutionem, & corriptionem Christus suscepisset, qui ipse arguebat, & arguebatur, vt deus quidem, arguebat, vt homo autem, pro nobis arguebatur. Cum tunc ergo vtranque, & eius, qui arguebat, & eius, qui arguebatur, personā simul sustineret, hæc loquebatur per Esaię prophetiam, si fuerint peccata tua, vt coccinum, sicut niuem dealbabo, si fuerint autem, vt purpurissum, tanquam lanam dealbabo. Atq; etiā correptionem similiter, de qua idem dicit propheta. Disciplina pacis nostræ super eum: Liuore eius nos omnes sanati sumus. [Qm̄ sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & cōfirmasti super me manum tuā.] Non temere ergo Christus, hæc patrem precatur pro humano genere. Sed quoniā quæ in eos intorta erant tela, hoc est, quæcunque mala propter Adam communem naturam inuaserant, in me infixa sunt, quoniam enim generis humani peccata suscepi, necessario etiā pro eis castigor. Et ideo confirmasti super me manum tuam castigatoriam, de qua dicebat Iob. Est manus Domini, quæ me tetigit. [Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ. [Ostendit se iram iuste deprecati, non vt quę sit æterna, sed vt quę medelam non habeat. Quodnam enim inueniretur irę dei medicamentum? Tu autem considera, quàm sit exacte, & accurate vsus dictionibus. Non dixit enim, non est sanitas mihi, sed, non est sanitas in carne mea. Hæc scilicet ex persona humanitatis, & dicuntur affectiones quas pro nobis suscipit. Ne forte autem iniustam iusti iudicis iram existimen, ostendit, quia factum sit, vt in hęc incideret, p ea, quę deinceps sequuntur, & id confirmat. [Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.] Ossa rursus dicit suam humanitatē. Ipse autē id declarat, dicens discipulis post resurrectionem, quando susceptę carnis voluit confirmare œconomiam, Palpate me, & videte, quòd spiritus carnem, & ossa non habet, quemadmodum me videtis habere. A facie ergo peccatorum meorum, quę pro nobis portauit, pacem non habuit, sed conturba-

A

Esai.

Esai. 53.

B

Iob. 19.

Luc. 24.

C

UNIVERSIDAD DE MURCIA

tionem in ſuis oſſibus, hoc eſt in humanitate, Ab omni.n.perturbatione libera conſeruabatur humanitas. Hoc ipſum autem
Ioã. 12. diſces etiam, dicente vnigenito. Nunc anima mea conturbata eſt. Per animam enim ſignificabat humanitatem, qubus ſubiungit cauſam conturbationis. Et quid dicés? Pater ſerua me ab hac hora, ſed propterea veni ad horam hanc. Hoc eſt, fruſtra carne angor, & excrucior, quoniã vt deus, ſum morte ſuperior, & ꝓpterea veni cum carne, & portaui peccata humani generis, vt omnes morte mea redimam. [Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meũ, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.] Hic aperte oſtendit ſe ꝓpria peccata nõ habuiſſe, ſed aliena cepiſſe, & ideo in capite dñicæ carnis fuiſſe accumulata, ita.n conſueuerũt portari onera grauia, et ideo ſpinis quoq; fuit caput coronatum.
Ioã. 19. [Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ a facie inſipientię meæ. Et quonã modo putruerunt cicatrices carnis? Eius.n.ca
Pſal. 15. ro non nouit corruptionem. Quamnam autem inſipientiam habuit, qui eſt vere ſapientia. Sed inſipientiã ſuã dicit Iudam, vt magiſter, ſui diſcipuli lapſum ſibi tribuẽs. Huius proditione putreſcebant vitii cicatrices. Quid enim fuit illo peccato fœtiD dius, in quo figmentum tradebat opificẽ ad mortem? Corruptæ ſunt autem, qñ ſe ſuffocauit, tũc.n.fuit plane deſperatus, vt q̃ emarcuere vulnera, a medicis deſperantur. [Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem.] Afflictus eſt nõ ſolum in cruce, ſed etiam anteq̃ crucifigeretur, multa ferens, vt agricola, vt noſtrum agrum purgaret. Incuruatus ſum autem vſq; ad finẽ, qñ mortem pro nobis ſuſtinuit. Qui eſt.n. omni creatura altior, ad ipſam vſque terram incuruatus eſt, eum, qui ceciderat, vo
Ico. 12. lens ex ea erigere. [Tota die contriſtatus ingrediebar.] Et quanam de cauſa triſte eſſet mundi gaudium, docent ea, q̃ ſequuntur. [Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. Et nõ eſt ſanitas in carne mea.] Illuſiones vocat paſſiones, quas in cruce ſuſtinuit, quoniã irridentes, hæc faciebant iudæi. His, inquit, impletus ſum, dum peccata hominũ inter eos ſanare ſtudeo. Sed iudæis non eſt ſanitas in carne mea, hoc
1. Cor. 1 eſt, in affectionibus meæ carnis. Ad crucem enim offendunt, in qua vel ſola eſt ſalus peccatoribus, & ideo merito erat tri-

ſtis. [Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis.] Afflictus ſum, ſycophantis, & caniis vexatus. Humiliatus ſum, nihil reſpondens calumniatoribus. Vſq; adeo aũt ſum humiliatus, vt iraſcente põtifice, & petente, ſi tu es Chriſtus, nõ dixi ſum, ſed tu dicis, ne meipſum quidem in hoc volens gloria afficere, etiam ſi illi dubiũ reſpõſum, a veritate coacti, pinde ac aſſirmatione acceperint. [Rugiebã a gemitu cordis mei.] Rugiebam dixit, vt oſtenderet magnitudinem gemitus, & ꝙ quemadmodam leo põdã deſiderans, deinde tunc non inueniens, rugit, ita etiam ipſe rugiebat, qñ non veniebat põda iudeorum ſalutis. Quod autem dicitur, cõfirmant, q̃ ſequuntur. [Domine ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus a te nõ eſt abſcõditus.] Et quodnam eſt Chriſti deſiderium? Paſcha ꝓ nobis peragere. Et ideo dicebat Apoſtolis. Deſiderio deſideraui hoc paſca comedere vobiſcum, priuſquam patiar. Non ſolummodo paſcha, ſed hoc in quo cum preteriiſſet figura, peracta erat veritas. Sed cur vobiſcum? Quoniam iudei nolunt eſſe myſterii participes, propter quę merito ingemiſcebat. Hunc autem eius gemitum pater, vt qui omnia prenoſſet, ſciebat. Vnde Paulus eum pro uiribus imitans, dicebat. Triſtitia miſi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. Optarem.n. ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ. [Cor meũ cõturbatum eſt, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum, & ipſum nõ eſt mecum.] Ac quõ cor quidẽ eius conturbatum eſſet, dum nõ ſalui fierent iudæi, iam dictum eſt. Petrum
Mat. 16. aũt vocat virtutem ꝓp cõfeſſionem fidei. Tu es enim Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portę inferi non prealebunt aduerſus eam. Is eum reliquit inficiatus. Lux autem ſunt oẽs Apoſtoli, quibus dixit. Vos eſtis lux mundi. Hi
Mat. 5. erant lux oculorum duorum teſtamentorum legis, & Euangelii. Hi.n.nobis vetus, & nouum in luce domini illuminant, qui quo tempore crucifixus fuit, non erant cũ
Mat. 14 Chriſto. Iudæos enim timentes, fugerunt. [Amici mei, & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt.] Amicos, & propinquos reliquos dicit forte iudæos. Amicos quidem, non vt qui leſum G amarent, ſed vt qui ab eo amarẽtur. Vt.n. opifex

UNIVERSIDAD DE MURCIA

opifex suũ opus diligit, & vt pastor amat oues, q perierũt ex Israel, propinquos rursus, eos vocat pp cognationẽ ex carne. His aũt propinquiores, vel potius, oĩum proximi, fuerunt Apostoli pp suam in ipsum fidem. Iudęi ergo quos quidem amicos, & propinquos vocauit, qui non remoti, sed propinquitate ei coniuncti erant, pp summam impudentiam cintendebant insidias. Qui autem iuxta me erant, de longe steterunt, id est, qui erant omnium proximi (Eos aute esse diximus sanctos eius discipulos) procul stabant tempore passionis, non ei insidiãtes, sed eos, qui illi parabãt insidias, vitantes. Et vim faciebant, q quærebãt animam meam. Quare vim aferebant? Vt suam ei auferrent gloriã. Propter inuidiam. n. parantes insidias volebãt videri pro lege æmulari. Apertius aute se quens id docet versiculus. Et qui quærebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.] Quænã aũt cæ essent, dicit Lucas. Cæperunt accusare eũ, dicentes. Hũc inuenimus peruertẽtẽ gẽtem nostram, & prohibentem dare tributa Cæsari, cũ tũ Iesus, qñ ab Herodianis & Phæriseis interrogatus fuit, diceret. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sũt dei, deo. Ego autem tanq surdus non audiebam, & tanquã mutus non aperiens os suum. Quod, inquit, mutis euenit, quorum sunt a natura nulli sensus, hoc illi sua sponte eueniebat. Maledictis. n. appetitus, non natura [illegible] ad iram. Hoc aute est surdorum [illegible] tum, non irasci si afficiantur contumelijs, qñ, quę in eos torquẽtur maledicta, non audiunt. Præterea autem dũ in eum intenderentur calumniæ, cũ posset refellere calumniatores, os suum non aperuit. Hoc est mutorum, qui a natura loqui vetantur. Quod autem neque surdus erat, nec mutus, sed eos imitabat se humilians, ostẽdit Esaias. Tanq ouis ductus est ad occasionem, & tanquam agnus coram tondente ipsum, obmutuit, ita os nõ aperuit in sua humilitate, quibus ea etiam conueniunt, quæ nunc subiunxit psalmographus ex persona seruatoris. Et factus sum tanquam homo non audiens, & non habẽs in ore suo redargutiones. Ergo audiebat quidem, sed præ se ferebat non audire nec deerat loquẽdi facultas, qua posset cõuincere, ac refellere, induerat autem personam eius, qui est animi perplexus & id non põt facere. Quænã sit aũt horum causa, ostendit, quod subiungitur. Qñ in te dñe speraui. Patri enim, tanquam vero & incorrupto testi fidem habens, de quo ipse dicebat, Est qui testimonium præbet de me, qui misit me pater, quem vos, nescitis, falsos testes non curabat. Tu exaudies me dñe deus meus. Quia dixit ne qñ supergaudeant mihi inimici mei. Quid dicit? Patrem exaudiisse orationem suam, vt non supergaudeat inimicus, aduersariæ scilicet potestates. Pro Apostolis aute orauit, Pater sancte, serua ipsos in nomine meo, quos dedisti mihi, vt essent vnum sicut nos. Et rursus, Nõ rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos a malo. Nisi enim hæc impleta esset oratio, ne Apostolorum quidem chorus esset seruatus, & gauisurus esset diabolus verus inimicus, & qui cum eo erant. Et dum commouentur pedes mei sup me magna locuti sunt. Pedes Christi discipuli. Ipse. n. est eorum caput, & ideo non est dedignatus lauare eorum pedes. Quia ergo Discipuli pp crucẽ paululum commoti sunt aduersus Christum magna iudæi locuti sunt, vt qui esset oĩbus spoliatus, & ne Discipulos quidem apud se retinere potuisset. Qñ ego in flagella paratus sum. Ea. n. de causa cum caro in mundum venire sustinuit. Quemadmodum ipse precãs dicebat. Quid dicam? Pater serua me ab hora hac sed propterea veni ad horam hanc. Et dolor meus in cõspectu meo semper. Nostri scilicet cõmiseratio, propter quam hẽt perpetuo suæ passionis memoriam. Ex quo. n. passus est, inquit Paulus, ipse tentatus; potest iis, qui tentantur, opem ferre. Qñ iniquitatem meam ego annunciabo. Atqui nõ habuit iniquitatem, nostram tñ tanquam suã annunciat, & propterea orans dicebat. Confiteor tibi pater dñe cœli & terræ. Etsi. n. cõfessio hic accipitur pro gratiarum actione, gratias tñ egit pro redemptione nostrorum peccatorum, qñ iudæos increpabat eum maledictis incessentes, vt peccatorũ & publicanorum amicum. Et cogitabo pro peccato meo. Peccatum suum vocat peccatum nostri generis, vt qui humanæ consperſionis fuerit primitiæ, vt pote nouus Adam, volens in seipso veterem reſingere, & ideo cogitat quonammodo possit eius peccatum expiari. Cogitantis; enim erant verba quę dixit in Euangelijs.

Mat. 15.
Psal. 37. Iuxta me. Qui erãt pro xime.
Mat. 26.
Mat. 27.
Mat. 15
Luc. 22.
H
Luc. 20.
Esa. 53.
I
Ioan. 9.
Ioan. 17.
Ioan. 13
K
Nec mirum, quum hoc esset per alios impletũ.
Ioã. 12.
Hebr. 2.
Mat. 11.
Lucę 5.
L
1. Co. 15
Lucæ. 12.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Illud.n.dixit, qui nostras spinas cõsũpsit. [Inimici aũt mei viuũt, & cõfortati sũt supra me, & multiplicati sũt qui oderunt me inique.] Iudæos dicit, pp quos tristitia afficiebatur, vt qui scelerate viuerent. [am verò quod etiã super ipsum etiam confortati sunt, erant videlicet superbi, & arrogantes. Cum.n.ipse propter nos esset humiliatus, quemadmodum dicit Paulus, humiliauit seipsum, obediens factus vsq; ad mortem, mortem autem crucis, illi ignorantes causam humiliationis, arrogãtia, & superbia aduersus ipsum vtebantur. Vnde etiam, qui eum inique odio habebãt, in multitudinem prouecti sunt, videntes pontificum crescere, ac diffundi arrogantiam. Qm̃ autem iniuria eum odio habebant? [Qui retribuunt male pro bonis.] Hoc est, cognati eorum, qui vsum recuperarunt, & claudorũ, quibus est rectus restitutus ingressus, ciues, propinqui, pro gratiarum actione eum calumniis incessebant. Et quanam de causa hoc facerent significat, qđ sequitur. [Detrahebant mihi, qm̃ sequebar bonitatem.] Ex mea, inquit, benignitate, & bonitate accipiebant occasionem calumniæ, & iniquum vocabant, & impium, quandoquidem sabbato eorũ ægrotos curauit. [Ne derelinquas me dñe deus meus, ne discesseris à me.] Hęc non pro seipso dicit, sed pro ecclesia, vel potius pro seipso. Ecclesia.n.vnũ esse cũ ipso, si vt sponsa cum spõso cognoscitur. Id autem sciemus ex iis, quę deinceps sequũtur. [Inte dẽ in adiutorium dñe deus salutis meę.] Auxilium suum vocat ecclesiam, ea etiam ratione saluam facere uolẽs. Adę imaginẽ. Illi. n. data erat uxor ad auxilium. Faciamus.n.inquit deus, auxilium simile sibi. Et ideo Paulus quoq; dixit de Christo ea, quę de Adam, & Eua dicta fuerant, nempe. Relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Deinde quid his subiunxit? Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico, in Christo, & in ecclesia. In hanc ergo A uult patrem intendere, & respicere nõ qp ipse esset imbecillis, ad opem terendam ecclesiæ, sed uolens pa ri ostendere quãtum interfit inter synagogam, & gẽtium ecclesiam, & quomodo illi quidem, cum multi eum prædicarent, & ipse etiam eis Christus accessisset, non sunt seruati, gentes autem, cum solam uocem Seruatoris audissent, protinus seruatæ sunt. Et ideo cõ sequenter adiecit, domine salutis meę, suã salutem rursus uocans salutem gentium. Si. n. peccata nostra sibi attribuit: quidni magis propriã salutem nostram reputat?

Phil. 2.

Gen. 2.

Ephe. 5.

INTERPRETATIO
In xxxviij. Psalmum. In finem Idithum Canticum Dauidis.

NOnnulli scriptores hũc psalmum Idithum attribuerunt, & dixerunt eũ hunc psalmum conscripsisse. Inscriptio autem docet contrarium, psalmum quidem esse Dauidis: Idithum autem, ut cui cantorum chorus esset creditus, datum esse psallendum. In finem autem nos transmittit, qm̃ humanæ naturæ uilitatẽ miserabiliter canit, & eius finem ostendit. Hũc aũt psalmũ dixit magnus Dauid, dũ eũ persequitur Absalon, & cõuitia in eũ iacit Semei. Habet aũt magnã conuenientiam cũ præcedente. [Dixi custodiam uias meas, ut nõ peccã in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. Obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis, & dolor meus renouatus est.] Dum fugeret magnus Dauid parricidæ filii tyrannidem, Semei ei obuiam factus, cespites, & lapides in eum proiecit, & conuitiatoris eum uerbis appetit, uirum iniquum, & uirum sanguinum appellans, sed solita philosophia utens diuinus Dauid, non solum eum nõ uultus est, sed etiã unũ ex ducibus conantem in eum iaculari prohibuit, dicens, Sinite eum mihi maledicere, qm̃ dominus iussit ei, ut Dauid maledi- 2. Reg. 16. ceret. Et cur sic fecisti, dicet ei quispiã? Vt 15. 16. uideat dominus humilitatem meã, & red- 17. 18. dat mihi dominus bonum pro maledictione hac, die hodierno. Magnam habent cõ- 19. uenientiam cum hac historia uerba huius psalmi. Magnam.n.inquit, adhibui diligen- C tiam, sciens hanc particulam esse ualde lubricam, & ad labendum procliuem, & hãc semper tanq̃ muro continens, & maxime quando mihi resistebat Semei, qui nulla fuerat affectus iniuria. Eum enim peccatorem tanquam iniustum nominabat. Tunc enim ualde obmutui, & humiliatus sum, & silui. Sunt autem hæc ualde similia iis, quæ ab ipso dicta sunt in historia. Sinite eum maledicere. Dominus enim iussit ei

Dauid

B Tiaro- dij.

Dauid maledicere, vt videat dominus humilitatem meam, & eripiat me hodie è manu inimicorum meorum. Hoc etiam hic dicit. Eram omnino similis surdo omnino non audienti, & humiliaui meipsum, expectans lucrum quod inde erat profecturum. Et dolor meus renouatus est. Cum ille me, inquit, maledictis incesseret, peccatum a me commissum reuocaui in memoriam, considerans quòd propter ipsum maledictis appetor, & punior, & regia expulsus, fuga cogor meæ saluti cõsulere. Quinetiam hæc quoque habent magnam cognationem cũ historia. Illud enim, Iussit, ei deus maledicere Dauid, habet peccati memoriã, qm̃ propter ipsum adhibita est castigatio [Concaluit cor meũ intra me, & in D meditatione mea exardescet ignis.] Hoc ita interpretatus est Symmachus, Concaluit cor meum intra me dum animo agitarem, incẽdebar igne. Dum peccatũ, inquit, mei recordor, igne ægritudinis animi inflammabar. [Locutus sum in lingua mea. Notum fac mihi finem vitæ meæ, & numerum dierum meorũ, vt sciã quid desit mihi.] Ei ergo, qui me maledictis impetebat, nihil respondit. Deum autem vniuersorũ rogaui, vt mihi vitæ finẽ significaret, mortem valde desiderans. [Ecce mensurabiles posuisti dies meos. Et substãtia mea tãquã nihilũ ante te.] Hoc rursus ita interpretatus est Symmachus, Ecce tanquam palmos dedisti dies meos, & vita mea tanquã nihil ante te. Mortem aũt desidero, sciens humanam naturam non esse longæuam. Isa. 40. Nostra enim vita ne videtur quidem cõsistere, si cum tua conferatur. Tu enim es principii expers, & fine cares, nostra autẽ vita veluti quibusdam pugillis, & palmis Psal. 89. mensuratur. Per hæc autem declarauit vitæ humanæ breuitatem. Ita etiam dicit alibi. Quoniam mille anni in oculis tuis domine sicut dies vnus, qui præteriit, & cu- E stodia in nocte. Et alibi cum cœli, & terræ Psal. 101. meminissent, ipsi, inquit, peribunt: Tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent. Et tanquam amictum circumages eos, & mutabuntur. Tu autem idẽ ipse es, & anni tui non deficient. Veruntamen vniuersa vanitas ois homo viuens. Quare, inquit, ois hominum natura, & diuites, & pauperes, sunt similes vapori, qui dissoluitur, & frustra ædificãt, & plantant, diuitias, & facultates congregãt. Veruntamẽ in imagine ptrãsit homo. Sed & frustra cõturbatur. Thesaurizat, & nescit cui congregabit ea. Hoies, inquit, qui viuũt, nihil differunt ab iis qui sunt depicti in imagine. Et horum. n. & illorum natura tempore similiter diffluit, & interit nihilo tamen secius conturbantur contendentes, concertantes, bellum gerentes, & mercaturam exercentes, & vniuersa vita plena est tempestate, cum finem habeat mortem, & cum per sudorem diuitias congregent, futurum hæredẽ non nouerunt. Luc. 12. Hoc aũt scripsit beatus Dauid, motus ab iis, quę ei vsu venerunt. Nã cum præda, & 2. Re. 8. spoliis captis ex inimicis, & tributo quod 9. 10. exigebatur ab alienigenis, maximum, & b. clarissimum regnũ suum reddidisset, ignorabat impiã, & iniquam mentẽ filii. Deinde cum vidisset eum regia esse potitum, & q̃ repositæ erant sibi, vsurpasse diuitias, vocem emisit admirabilem. Sed est frustra conturbatur, thesaurizat, & nescit cui cõgregabit ea. Et nũc, q̃ est expectatio mea? Nõne Dñs? Et substantia me apud te est. Substantiam autem Aquila dixit expectationem. Pro eo quod est, Te expectans cõsidero, expectans tuam beneuolentiam. Deinde aduersarum rerum causam ostendit. Ab oĩbus iniquitatib⁹ meis erue me. Et Semei rursus infert mentionẽ. Opprobriũ insipiẽti dedisti me. Hoc quoq; valde cõuenit iis, quę in historia dicta sunt. Dñs iussit ei, vt malediceret Dauid, & quæ sub iunguntur, sunt iis similiter, quæ dicũtur, cõsequentia. Obmutui, & non aperui os mev, qm̃ tu fecisti. Cũ tu enim, inquit, cõcessisses, ille me affecit cõtumeliis, & erat ille quidem similis flagello, tu autem per illud me castigasti. Et ideo tacitus suscepi flagella, illum quidem despiciens, te autẽ respiciens castigantem. Admodum autem appositè posuit, quæ subiungũtur. Amoue a me plagas tuas. A fortitudine manus tuę ego defeci. Nõ temere, inquit, nec frustra vsus es castigationibus, sed lapsus re- C dargues, & medici ritu secãs, & sanẽ occultã educẽs. In medẽdo quidẽ crucias, sed iis, qui secantur, sanitatẽ procuras. Verũ frustra conturbatur ois homo viuens. Hęc ergo apud me considerans, video hoies frustra turbari pro rebus momẽtaneis. Exaudi orationem meam domine, & deprecationẽ meam. Auribus percipe lachrymas meas, Ne sileas quoniam aduena ego sum

apud te, & peregrinus sicut oēs patres mei.
Heb.13 Remitte mihi, vt refrigerer, priusquā abeā. Et amplius non ero.] Rogo te, inquit, dñe exaudi me eiulantem: & cum lachrymis orantem, neq; n. sum perpetuus terræ habitator, sed inquilinus, & cum, similiter ac patres mei paruum tempus vixero, morte susci piam. Concede ergo mihi parum dilationis, vt paucos vtique dies absq; tristitia peragam, priusquam ex hac vita excedam. Hoc. n. dixit illud. Et amplius non ero. Id est, Ad hanc vitam interitui obnoxiam nō reuertar. Est autem iure admirandus ma-
H gnus Dauid, qui in regno, opibus, & potētia seipsum appellat inquilinum, & viatorem, vt qui prosperitati rerumq; succesſui non fideret. Re vera. n. sunt hæc verba plena sapientia, quæ cognoscit rerum naturam, & ideo præsentem prosperitatem despicit.

IN EVNDEM PSALMUM ALITER.

IN finem Idithum psalmus Dauid. Et quomodo potest psalmus esse duarum personarum nempe Dauid, & Idithum, Nunquid ideo vtiq;, quòd Dauid quidem ipsum composuit, vt propheta, Idithum autem eum cecinit, vt cantor psalmorum? Dauid eum dei cultui valde deditus, non solum cecinit, sed etiam cantorum cœtus in Sion collocauit, vt canerent, si vllos es
1.Pa.25 suis psalmis eis canendos traderet. Ipse autem plures cecinit. Inscriptus est autē psalmus in finem, quoniam vulgus hominum de fine est solicitum, idq; ad nostram vtilitatem, vt cum didicerimus vitæ nostrę bre
Ec.7.28 uitatē, nos moderate geramus. [Dixi custodiā vias meas, vt non delinquam in lingua mea.] Hoc cuilibet prophetæ docenti conuenit, suas nempe vias custodire, suarum scilicet actionum cursus, & ingressus, ne
I declinēt ad improbitatem, nec lingua peccet, dum ea facit, quę verbis suis repugnāt.
Ro. 2. Lingua. n. verē peccat, qui verbis quidem vitia reprehendit, ea autem factis commēdat dū ipsa admittit, & suam ipsius doctrinā vitæ propriæ institutione ementitur. [Posui ori meo custodiā.] Non est omne silentium pulchrum, sed id solum, quod a mala abducit oratione, quod iusti a Deo precibus postulant quēadmodū ipse quo-
Ps. 140. que Dauid dicens. Pone domine custodiā ori meo, & portam attentionis circa labia mea. Ostendens autem se orasse silentium a dictis nefariis, statim subiunxit. Ne inclines cor meum in verba nequitię. Quod autem nunc dicit, non est eiusmodi. Vnde, nec deus ipsum posuit, sed ipse sibiipsi. Et qñ? [Cum consisteret peccator aduersum me,] hoc est diabolus. Is magna cōtra nos coacta multitudine, diuinę legis suggerit silentium. Nequit. n. operari, qñ nos illam loquimur. Quòd autem malum, & vitupe randum dicit silentium, dicunt apertē, quę sequūtur. Obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis, & dolor meus renouatus est. Vides q̄ primū per inobedientiā obmutuit, & cū obmutuisset, humiliatus est. K Nihil enim vsque adeò hominem deprimit & deiicit, vt sensuum stupor & inobedientia. Post hoc autem, vel etiam propter hoc, siluit ex bono, uidelicet cessans a meditatione legis boni Magistri. Vnde iure renouatus est dolor peccati. Fit. n. grauius uulnus, quod nobis ex peccato accidit, qñ a meditatione legis nos ipsos abduximus, & tanquam nullo a diuino præcepto imposito medicamento, depascit putrefactio. Et ideo non mansit in silentio, sed cū ad se rediisset, id repulit, ut quod afferret animæ interitum. Hoc itaque significans, subiunxit. Cōcaluit cor meū intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Quemadmodū silētio obsurduit, & propemodū mortuus, nullo q; sensu prędituss extitit: ita diuinorū uerborū meditatione concaluit. Et ignis exarsit in ipso, nempe diuini spiritus suppeditatio. Pulchre autem significauit meditationem non esse tantum linguæ quantum cordis. Ita. n. deus quoq; Hie.31. significauit per Hieremiam Prophetam, L Dans leges meas in cordibus ipsorum, & in mēte ipsorum inscribam eas. [Locutus sum in lingua mea. Notum fac mihi dñe finem meū, & numerū dierum meorū quis est, vt sciā, quid desit mihi.] Simulac legē meditatus est, cœpit calefieri, & statim ad sapientiæ studium inclinatus est. Finem. n. & numerum dierum, hoc est, temporis longitudinem, orat sibi significari, non vt peteret eis aliquid adiici, sed vt sciret, quid sibi desit. Sed quamobrem? Vt interea suæ saluti caueret, & prospiceret, & si peccata quidem feciſſet, properaret ad pœnitentiā. Sin autem iustitiā: vt eam retineret, & confirmaret, vt qui peregre esset profecturus, & corā iusto iudice sistēdus. Verū enimuero cum

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Numerabiles. ἀριθμητάς, pugiles siue palmos.

to cùm seipsum, vt qui talia interrogaret, reprehẽdisset, vide quid dicit. Ecce numerabiles posuisti dies meos. Et substãtia mea tanquã nihilũ coram te. Cur, inqt, de numero dierum solũ solicitus. Quotquot. n. fuerint, palmis conferuntur. Palmum aũt dicit palmæ extensionem, cuius est minima mensura, maxime si cõferatur cum maximis dei elementis. Humanam auté substantiam magis volens vilipendere, dixit

M nostram substantiam nihil esse coram deo, nõ q̃ eam despicetur opifex: sed q̃ quemadmodum gutta aquæ nihil fuerit, si cum mari cõparetur: ita homo, si cum dei substantia cõferatur, iure nihil esse inuenitur.

Psa. 40. Quod est. n. huic simile exposuit. Esaias Propheta, dicens. Si oẽs gentes tanquã gutta a situla, & tanquam momentum trutinæ reputati sunt, & tanq̃ saliua reputabũtur, libanus aũt non est sufficiens ad vsionem, & oẽs quadrupedes non sunt sufficientes ad holocaustũ, & oẽs gentes ad nihil sunt, & pro nihilo reputatę sunt. Ita ét intelligamus, id q̃d deinceps dictum est.

Eccl. 1. Veruntñ vniuersa vanitas omnis homo viuens. Non solum aũt hominem, sed ét vniuersa, dixit esse vanitatem, quemadmodum etiam exposuit Solomon. Vanitas. n. vanitatum, omnia vanitas, Ecclesiastæ inscriptum est proœmium. Non q̃ dei creatura vana sit, sed q̃ nos, qui versamur in vanitate, in rebus inutilibus, & incõmodis vitam agimus. Diapsalma subiunxit p̃pheta, ideo fortasse, q̃ sermonem conuerterit. Postquam. n. nostram naturam cessauit despicere, ostendit causam pp̃ quam deus eam honoratam efficit, nos autem vituperat, quoniam re pretiosa secus, quàm

A oporteret, vtimur. Ita. n. dicit. Veruntamen in imagine p̃transit homo. Habet, inquit, figmentum in se aliquod, q̃d facit, vt ei videatur pretiosum. Quod hoc est? Dei imaginem, in qua ingreditur, cum qua in p̃senti vita incedit vniuersæ creaturæ venerabilis. Sed frustra cõturbatur. Thesaurizat, & ignorat, cui congregabit. Illud, sed posuit, vt ostenderet, q̃ ne dei quidem imaginem, quæ nos ad altiorem vitam vocat, consideramus, frustra autem in rebus terrenis conturbamur, & thesaurizamus, nescientes cuinam ea congregemus. Si delitias. n. thesaurizamus, eas corruptioni & fimo colligimus. Si diuitias, eas sæpe inimicas accipimus. Si arrogantiam, & fastũ nobis detrimentum. Diabolo. n. lucrum: & q̃d verius est, nescimus nos hæc gehennę colligere. Et nũc q̃ est expectatio mea? Nonne dñs? Et substantia mea apud te est.

Apud te παρὰ σοῦ A te. B

Qm̃ oĩs nostra expectatio, & substantia in deo est, ea a deo quoq; est. Neq; enim diuitiæ, aut potentia facit, vt inimicorum inuisibilium insidias sustineamus, immo, nec visibilium, si quidem sæpe propter hæc nobis tendunt insidias. Sed neq; delitiæ, nec vllum corporis ad studium, nobis ad substantiam, hoc est ad vitam acquirendam sufficit nisi ex dei dextera. Et quæ de inimicis paratur victoria, & ipsa etiam vita nostra hinc p̃fisci tur. Ab oĩbus iniquitatibus meis erue me. Opprobrium insipienti dedisti me. Mirum est, quod hìc dicitur. Non enim opprobrium insipienti mihi dedisti, sed, Dedisti me, inquit. Insipientis ergo opprobrium, intellexit peccatorum remissionem, quæ nobis ad exprobrationẽ aduersus diabolum, vt inimicum, & aduersarium, & malis nostris gaudentem, data est. Vnde nec solummodo dixit, Ab iniquitatibus, sed, Ab omnibus. Tunc enim Satanam licet verè irridere, & probris appetere, q̃n integre ac perfecte purgari possumus. Obmutui, & non aperui os meum, qm̃ tu fecisti. Surditatem hanc, & silentiũ in bonam partem accipit q̃n scilicet sustinemus dum castigamur, & nequaquã aperimus os nostrum ad eiulandum, sentientes nos a deo castigari ad nostram vtilitatem. Hoc ét fecit Iob, hęc ét ab amicis loqui coactus, & deo dixit, Apponam manũ ori meo semel locutus sum, in secundo autem non adiiciam. Cur autem semel tantum locutus est? Qm̃ amicis qui eius calumniabantur iustitiam, & accusabant eum, cogebãt rñdere. Amoue a me plagas tuas.

C Iob. 39.

A fortitudine enim manus tuę ego defeci. Non possum amplius inquit ferre flagella, vt qui flagellet a manu adeo fortis, vt nulla vis in nobis relinquatur. Vult ergo amoueri flagella, non vt contradicens el, qui illum flagris cędit, sed vt iam purgatus. Ostẽdit autem id quod sequitur. In increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem. Fortasse quidem dicit pp̃ iniquitatem: & fortasse etiam vltra iniquitatem. Hoc est, Castigationem intulit supra modum peccatorum. Nam hoc quoq; facit deus, vt tẽtationum pars quidem sit ad nostra expianda peccata pars autem cedat in oc-

Plagas, μαστίγας flagella.

Propter græcè ἕνεκεν, quod significat & propter, & super.

in occasionem coronarum, & præmiorũ. Et tabescere fecisti sicut æternã animam eius. Valde quidẽ per seipsam tenuis est araneæ tela, & nihil in ea facile pôt latere, neq; occultari, pp nimiam eius perspicuitatem. Quòd siquid sit ét valde subtile, dũ araneæ tela liquescit, hoc est, in partes tenues diuiditur, nullo modo occultabitur: ita deus nostras liquefacit animas, vt ne te nuissima quidẽ in nobis lateat cogitatio, qñ vult nos omni ex parte purgare, & abstergere. Veruntamen vane conturbatur omnis homo. Rursus nostræ in vita vanitatis admonet. Cum.n. omnes dixit, homẽ tñ iustum non comprehendit, qñ is supra hominem vitam agit. Sed dicit sapientes, potentes, diuites, eorum.n. studia sunt vanitas. Quòd si dicas etiam iustum comprehendi, is quoq; vane facit, nisi eũ deus dirigat, & iusti iustitiã confirmet. Nõ possumus.n. per nos ipsos recte agere. Vnde etiam dicebat Paulus. Nõ volentis nec curẽtis, sed miserentis est dei. Exaudi orationem meam dñe, & deprecationem meã auribus pcipe, & lachrymas meas. Quid est deprecatio? Oratio, quę fit ad deum cũ supplicatione, trahens deum ad commiserationem, vt qñ dicit, Miserere mei domine qñ tribulor, &, Miserere mei, qñ conculcauit me homo. Et rursus. Miserere animæ meæ, quoniam peccaui tibi. Vnde deprecationi lachrymas quoq; adiecit, cum lachrimis.n. eiusmodi voces solemus emittere. Orationem ergo vt pote simplicioré, petiit exaudiri. Deprecationem autem, q̃ affert & lachrymas auribus percepi, ipsas videlicet dei aures puadere, vt eius in nos misericordiam hæc verba transeuntia attingant. [Ne fileas qñ aduena ego sum apud te, & pegrinus sicut oẽs patres mei.] Dicit causam, cur homo dignus sit dei misericordia, & clementia. Cur est autem homo aduena? Quoniam quando deus iusserit, migrat ab hoc sęculo in futurum, veluti a domo in domum. Idem est etiam peregrinus. In corpore.n. versantes, vt ita Paulus, peregrinamur a dño. Vnde etiam sancti desiderãt hinc abire, vt possint vna cum deo versari. Quosquidem suos patres appellauit propheta, nõ solum pp carnẽ, sed ét pp cognatas virtutes. [Remitte mihi, vt refrigerer priusquam abeam. Et amplius nõ ero. Vult remissionem, id est, peccatorũ condonationem, in qua beata res est refrigerari. Refrigerari autem priusquã abeam, hoc est, priusquã hinc proficiscar. Si.n. hinc recesserimus, nõ accepta per pœnitentiam refrigeratione, non poterimus eam amplius accipere. Quare? Quoniam non sumus amplius. Non q̃ eo deueniamus, vt non simus, & ab essentia excidamus, vt nonnulli existimant, sed, Amplius non ero. hoc est, non possum mutari. Qui est.n. hìc in peccato, quando per cõuersionem fuerit immutatus, non est in ipso, vt qui per pœnitentiam fuerit factus alius. Hoc autem facere non possumus, postquã hinc excessimus.

Tabescere fecisti ξέτηξας,

Diquescere fecisti. Heb. 4.

Rom. 9.

E

Aduena παροικος inquilinus.

παροικοῦμεν, 2. Co. 5. Ps. 119.

F

G

Cap. 10

INTERPRETATIO
In xxxix. Psalmum. In finem. Dauid psalmus.

NOnnulli attribuunt hunc psalmum beato Hieremiæ, aliqui vero beato Danieli, qñ, & hic, & ille proiecti sunt in lacum. Meminit autem locus psalmi proœmium, vnum autem dictum attendentes, venerunt in illam sententiam. Aliqui verò dicunt hunc psalmum conuenire captiuis, qui habitarunt in Hierusalem. Ego verò hunc psalmum scriptum esse existimo typicè quidem propter ea, quę Dauid euenerunt: referri aũt etiam ad naturam omnium hominum, quę à deo, & seruatore nostro susceptę spẽ resurrectionis. In hanc autem nos ducit sententiam beatus Paulus, qui in epistola ad Hebræos aliquot eorũ, quæ hic dicũtur meminit. Expectans expectaui Dñm, & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis. Cõueniũt hęc quoque verba beato Dauid. Hẽtn. cõuenientiam cum pcedente psalmo. In illo.n. dixit Exaudi orationem meã & deprecationẽ meam pcipe, & lachrymas meas, Ne fileas. Remitte mihi priusquam abeam? Et amplius non ero. Et superius etiam dixit, Et nunc, quæ est expectatio mea, Nonne Dominus, Et substantia mea apud te est, hìc autem tanq̃ susceptæ orationis, est data petitio. Expectans, inquit, expectaui Dominum, & intendit mihi. A terato.n. peccatum benignum mihi vultum ostendit, & exaudiuit preces meas. Et quid fecit, cum exaudiit? Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis. Ita autem consueuit scriptura maxima vocare pericula: sicut etiã iam

ante

ante diximus. Posq; autem liberauit a periculis, quid tibi largitus est [Et statuit supra petram pedes meos.] Non.n. sinit me
H moueri, & circunferri: sed fecit, vt esset mihi statio stabilis. [Et direxit gressus meos.] Fecit vt absq; vllo impedimento currerem ad viam veritatis. [Et immisit in os meum
carmen canticum nouũ, carmen deo nostro.] Nõ
ᾠδήν amplius.n. flectibiliter supplico, sed hymnũ cano pp beneficia. Hæc qdem, vt dixi, typice cõueniunt Dauid affectionib. &, q in ipsum collata sunt, beneficiis, sed etiam naturæ hoium insigniter conueniunt, q in ipsum peccati ꝓfundum deiecta est, & ad mortem transmissa, & p seruatoris nostri humanæ naturę susceptionem educta est. Quæ accepta spe resurrectionis, dicit. Expectans expectaui dñm, & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas. Et eduxit me de lacu miserię, & de luto fęcis. Lacus.n. miserię mors iure dicta est, vt quę sit plena interitu. Lutum fęcis autem est peccatum, vt qd plurimũ tetri odoris emittat, & rectum hoium cursum inhibeat. Et statuit supra petram pedes meos. Sup hanc.n. petrã, inquit, ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi, non ꝓualebunt aduersus eam. Et
Mat. 16. direxit gressus meos. Cum.n. ab errore liberasset, diuinam viã veritatis ostendit. Et immisit in os meum canticum nouum, carmen deo nostro. Pro impio.n. cultu idolorum, eum q deus est laudare didici, & ei offerre canticum, non vetus, sed nouum, & recentibus beneficiis conueniens. [Videbunt multi, & timebunt, & sperabunt in dño.] Qm̃ hęc dicit ex ꝓsona eorum, q salutem acceperunt, merito dixit ꝓpheta, ꝙ qui bona nondum gustarunt, fiduciam habentes, & timebunt, vt q nõdum accesserint, & spem tenentes, suam salutem consequentur. [Beatus vir, cuius est nomen dñi spes eius, & nõ respexit ad vanitates, & insanias falsas.] Harum vanitatum propheta in priore quoque psalmo meminit. Veruntamen vniuersa vanitas oĩs homo viuens. Et rursus. Veruntamen vane cõturbatur. Igitur hic quoq; beatos dicit eos, q ꝓsentia contempserunt, spem autem diuinam ꝓ oĩbus possederunt. [Multa fecisti tu dñe deus meus mirabilia tua. Et cogitationib. tuis nõ est, q similis sit tibi. Annunciaui, & locutus sum, multiplicati sunt super numerum.] Numerum, inquit, & oẽm narrationem superãt miracula, q a tua potentia facta sunt. Non est.n. q possit tibi facere similia. Sunt.n. pulcherrima, & maxima tua opera. Vincunt autẽ laudes humanas ea, q administrantur a tua ꝓuidentia, q in Aegypto, q in deserto, q duce Mose, Duce Iesu, duce Samuele facta sunt, & q sunt his antiquiora, q in Abraham, q in Iacob, q in Ioseph seruitute gesta sunt, & cętera, ne singula ꝓsequar. Sed qd nunc factum est, est his oĩbus admirabilius. Nõ.n. vnius tm̃ hoĩs, vel gentis, sed vniuersarum gentium procuras salutem, & legali cultui fine imposito, qui imbecillitati iudæorum contingebat, nouam dedisti gratiam, quæ cultum rationalem constituit. Sacrificium n. (inquit) & oblationem noluisti, corpus autem ꝓfeciſti mihi. Holocaustum, & sacrificium pro peccato non postulasti. Tunc dixi. Ecce venio. His cõuenit Apostolica admonitio, Obsecro itaq; vos fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctã, Deo placentem, rationabilem cultum vestrum. Pro victimis.n. legalibus iussit dñs membra consecrare. Cum hanc itaq; tuam vidisset gratiam, tibi meipsum obtuli, dicens. Ecce venio. Hanc autem vocem beatus Paulus accipit in Christo dño. & merito. Est.n. nostræ naturæ primitiæ, & ei primo nostra dicere conuenit, & eum in seipso præfigurare ea, quæ oportet a nobis fieri. Ita primum accessit ad baptismum, baptismi gratiam nobis ostendens. Ita lauit pedes discipulorum, nobis proponens exemplar humilitatis. Propterea dixit Ioãnes, sine modo. Ita n. conuenit nobis omnem implere iustitiam. Ei ergo conuenit nostra quoq; dicere, quomodo caput corporis, vt qui sit multorum fratrum primo genitus secundum carnem. In capite libri scriptum est de me. Hęc multis ante sæculis in propheticis libris de me ꝓdicta sunt. Caput, volumen dixerunt Aquila, & Symmachus. Ita etiam diuinas scripturas in hodiernum vsq; diem solent iudęi componere. Vt faceré voluntaté tuam deus meꝰ volui, & legem tuã in medio cordis mei, Ad te, inquit, accedens, adhibeo omnem diligentiam, vt tua ꝓcepta impleam, & ex tua voluntate meam vitam iustitiam. Illud autem, In medio ventris mei, dixit ea metaphora eorũ, qui bene sunt in aliqué affecti, & eum quem deliderant cupiunt, vel in intima immittere. Hęc aũt, nec Hieremię,

K In Ex. In Ios. 1. Reg. 1 In Gen. 1. Ti. 2. Io. 19. Ioan. 1.

Ro. 12. λατρείαν cultum.

I.

Heb. 10

Mat. 3. Mar. 1. Luc. 3. Io. 13. Matt. 3.

Cordis, καρδίας.

Ioan. 8.

M

UNIVERSIDAD DE MURCIA

remię, nec Danieli, nec beato Dauidi conueniunt. Cum.n.lex adhuc vigeret, holocausta, & sacrificia deo offerebantur. Prophetica aũt oratio, his oĩbus eiectis, suscepit rationale sacrificium. Qua de causa dixi hunc psalmum typice conuenire Dauidi, qm̃ ille quoq; futura præuidit, & cupiebat vitam agere illis conuenienter, verè autem gentibus, quæ sunt salutem consecutæ, & ab errore liberatæ. [Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna. Ecce labia mea nõ ꝓhibebo. Dñe, tu scisti. Iustitiam tuam non abscondi in medio corde meo. Veritatem tuam, & salutare tuum dixi. Nõ abscondi misericordiã, & veritatem tuã a cõcilio multo.] Beatus Dauid pollicetur se magnæ ecclesiæ in vniuerso orbe terrarũ e diuina gratia collectæ, dei iustitiam ꝑdicaturñ, & ꝓphetiæ veritatẽ, & maxime expetẽdã salutẽ, & immensam misericordiã. Ipsa quoque futura natura pollicetur se ꝓ salute redditurã hanc retributionem, nẽpe, vt cõueniat in ecclesiã, & ad dicendos hymnos labia moueat, & iustum dei iudiciũ annunciet, & ineffabilem

A enarret prouidentiam, & ꝓpheticarum ꝓmissionũ ostendat veritatẽ. Illud autem,

6 A concilio multo, vt Symmachus, In multitudine, Aquila aũt, & Theodotion, In magna ecclesia, posuerunt, vt clarũ sit eũ de eadẽ dixisse ecclesia. [Tu autem dñe, ne longe facias miserationes tuas a me. Mi ericordia, & veritas tua semper susceperũt me.] Salutem ẽt consecuta dei ecclesia eadem rursus cura, & prouidentia indiget, ꝓp hoium ac dæmonum, & oĩs generis insuscepe runt, ἐλυτρώθησαν. tueatur sultus, quorum in iis, q̃ consequuntur, me munit. [Qm̃ cõprehẽderunt me mala, quorum nõ est numerus. Cõprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, vt videre. Multiplicatę sunt sup capillos capitis mei. Et cor meũ dereliquit me.] Nemo autem existimet ea, q̃ dicta sunt, nõ cõuenire iis,

Dan. 3. 9. quæ interpretamur. Tres.n.pueri, cum ad summam virtutem peruenissent, & se coronа victoriæ redimirent, orantes dicebant in fornace. Peccauimus, iniuste egimus, iniquitatẽ fecimus, & recessimus a mandatis tuis, & non custodiuimus iustificationes tuas. Ita admirabilis Daniel, ita diuinus Hieremias, ita diuinus Esaias, ita sa-

Thr. 5. Esa. 64. B piẽtissimus Paulus, Christus.n. Iesus, inqt, 1. Ti. 1. venit in mundum, vt peccatores saluos faceret, quorum primus ego sum, ita etiam hic quoq; Dei ecclesia vehementibus impiorum fluctibus agitata, non se iactat, & magnificè circunspicit, vt q̃ decerptet, sed quæ fiunt, peccatis, & delictis attribuit, & rogat, vt Dei auxilium assequatur, alioqui nec ex perfectis quidem vniuersa constat dei ecclesia, sed habet eos ẽt, qui otio, & socordiæ se dedunt, mollemq;, & dissolutam vitã amplectuntur, & lubenter seruiũt voluptatibus, & qm̃ est vnum corpus, tanq; ex vna ꝑsona, & hęc, & illa ꝓnunciat. Cõ placeat tibi dñe, vt eruas me. Dñe ad adiuuandum me respice. Cõfunditur, & reuereantur simul, q. q̃runt aĩam meam, vt auferant eam. Nõ volunt.n. vulnerare, sed ęternæ morti tradere. Auertantur retrorsum, & reuereãtur, q. volũt mihi mala. Cõuerte eos, inquit, in fugã, & fac ne ea cõsequantur, q̃ cupiunt, mihi.n. mala struunt. Ferant cõfestim confusionem suã, q. dicũt mihi, Euge, euge. Et iis, qui me irrident, & ludificãtur, sit fructus ignominia. Exultẽt, & lætentur sup te oẽs quærentes te, & dicãt semper, Magnificetur dñs, qui diligunt salutare tuum. Eos aũt, qui te quęrunt, inquit, & laudant, & perpetuo diligunt, imple perpetua lætitia, & fac, vt qui tuæ dilectionis non admittunt mutationem, non accipiant mutationem tuæ iucunditatis. Neq;.n. iis qui amant solũmodo petiit lætitiam, sed iis qui semp, & ꝑpetuo in primis expetendum hñt amorem. Ego autem mendicus sum, & pauper. Dñs solicitus est mei. Adiutor meus, & protector meus es tu, ne tardaueris. Quemadmodum peccatorũ superius meminit: ita etiã vocat mendicam, vt quæ auxilio opus habeat, & diuina ope egeat, petit autem, vt eam quam primum assequatur. Hæc autem beato Dauid, vel maxime conueniunt. Existimo.n. eum il am contemplatum prędicationem, & largam gratiæ suppeditationẽ, seipsum mendicum, & pauperem appellasse, & vt ipse quoq; diuina frueretur prouidentia, precibus contendisse, obsecrans ne prędictam salutem in longum tempus differret, sed ea horibus quam primũ præberetur.

IN EVNDEM PSALMVM aliter.

D

IN finem psalmus Dauid. Nec hunc quidem psalmum ad iudæos pertinere ostendunt ipsa verba prophetiæ. Sacrificia enim, & holocausta, & oblationes, & alia

& alia abrogat legalia. Ideo autem fortasse psalmum spiritus in finem Dauid inscripsit, vt eum, qui Dauid in finem visus est, Christum omnino significaret, vel populum, qui in finem ad ipsum Dauid, nempe Christum accessit. Cum enim in sæculorum cõsummationem venissent, gentes seruauit. Attendenda est autem diuisio prophetiæ, quod hic quidem Christus aliqua ex propria persona, aliqua verò ex p̃sona gentiũ, psalmo ita diuiso loquitur. [Expectans expectaui dñm, & intendit mihi, & exaudiuit preces meas.] Expectãs expectaui, dicit corpus ecclesiæ, vt ostenderet lõgitudiné expectationis qua deũ expectauit. Quemnam autem expectauit? Non legé, non prophetam. Nullus enim illorum gẽtes seruauit, sed dominum Christum scilicet incarnatum, qui nos prius attendit, & tunc preces exaudiit, cõsiderans, quòd puro corde ad eum accessimus, non sicut populus Iudæorum solis eũ labiis honorãs. Vnde etiam admirans Centurionem, dicebat, Amen dico vobis, Nõ inueni tantã fidem in Israel. [Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.] Lacũ miseriæ vocat cultum idolorum, nempe q̃ misere degãt, q̃ ex eo hauriunt. Nihil.n. hauriunt, quod sit ad vitam accommodatum. Quod Hieremias iudeis exprobrans, dicebat. Foderunt sibi lacus contritos, qui nõ poterunt aquam continere, lutum fęcis, voluptates, q̃m sunt interitus, & putrefactio corporis. Ex vtroq; autem Christus gentes seruauit per fidem in ipsum, & prędicationem. [Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Prius quidẽ statuit pedes nostros sup̃ petrã, hoc est, supra fidem. Fides.n. in Christum, petra quæ frangi non põt iure dicitur. Et ideo cum Petrus eam exposuisset, & dixisset, tu es Christus filius dei viui, ipse subiunxit, tu es Petrus, & super hãc petram ædificabo ecclesiam meã, & portę inferi non pręualebunt aduersus eam. Primum ergo pedes nostros in ea cõfirmauit, & tunc gressus nostros, nostras scilicet actiones, direxit per præcepta Euãgelica, docens nos quomodo possumus in vita ingredi, & non adulterando nos rectè gerere, quod nec omnino quidem concupiscamus, & nõ occidendo, quod nec omnino irascamur, & nõ peccare in iurerando, quando omnino iurare cauerimus. [Et immisit in os meum canticum nouum, carmen deo nostro.] Quodnam hoc sit tradit nobis Lucas scriptor Euangeliorum. Et repente fuit cum Angelo multitudo cœlestis exercitus deum laudantium, & dicentiũ. Gloria in excelsis deo, & in terra pax, hominibus bona voluntas. Hoc canticum vere est nouum. Iudei enim illud non canunt. Sed hymnum sola accepit ecclesia. Vnde id etiam habet in ore quotidie. [Videbunt multi, & timebunt, & sperabunt in dño.] Fortasse quidem significauit propheta id quoq; quod tunc accidit. Cum.n. pastores multa lux tunc circunfulsisset, timore affecti sunt, & cum peruenissent in antrum, viderunt infantem, & in ipso, tanquam in domino, sperare cœperũt. Quin etiam predicantibus Apostolis, multi, qui signa videbant, in dei timorẽ, & in spem in ipsum adducti sunt, quemadmodum Philippi custos carceris, qui, concusso carcere oratione Pauli: stupefactus baptizatus est, & cũ credidisset, dei miles factus est. [Beatus ille vir, cuius est nomen dñi spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas.] Dicit mysteria idolorũ, aliasq; fraudes, & p̃stigias, quas illi nominant sapiẽtiã. Est.n. vere insania, & falsa insania, cœlũ metiri, & q̃cũq; Græci visione apprehendunt. Apertè ergo dicit beatũ Christianum, qui credidit ex gentibus, qui non respicit quidem ad vanitates, & falsas insanias, habet autem spem dei nomen. Nobis.n. sufficit pro omnibus, q̃ digni habiti sumus, qui a Christi nomine diceremur Christiani. [Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non est, qui similis sit tibi.] Non solum cœlum, & terram, & alia dei dicit opera, vel potius, nec illa tm̃ dicit. Neq; enim dicit, fecisti iudicia tua, sed fecisti, inquit, mirabilia tua. Quænam sunt autem eius mirabilia? Quòd cum deus esset, homo fieri dignatus est. Quòd cum esset opifex luti, & figmenti formã tuscepit. Tectabitur autẽ uer siculus, q̃ loquitur. [Annunciaui, & locutus sum. Multiplicati sunt sup̃ numerum.] Quæcunque enim ecclesia, quę a prophetis didicit, enuntiauerit, uel ipsa etiam locuta fuerit p̃ prophetas, numerum tamen longe superat, quod restat, & dictum non inuenitur, quãdoquidem ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Sed nec Christi decreta, nec eius miracula possumus recensere. Id autem testatur Ioannes

qui semel diximus. Luc. 2.

Ibidem.

Act. 16.

Ioan. 1. Phil. 2.

1. Co. 13.

Theolo-

Esa. 29. Mat 15. Mar. 7. Mat. 8.

Hie. 2.

Ephe. 2.

Mat. 16.

Matt. 5.

Theologus, dicēs post multa, q̄ de deo narrauit miracula. Sunt & alia multa, q̄ fecit
Ioā. vlt. Iesus, q̄ si sigillatim scribantur, ne ipsum q̄ dē mundū existimo contenturum libros, q̄ essent scribendi. [Sacrificium, & oblationē noluisti. Corpus autem perfeciſti mihi.] Quænam sacrificia, & quasnā oblationes noluisti? Legales videlicet. Eas enim & si ad tempus pp cordis iudæorum duritiam constituit, vt inutiles tamen, & q̄ vmbram
Esa. 1. haberent superuacaneam, cum veniſſet veritas, noluit. Et ideo dixit p Esaiæ prophetiam. Holocausta arietum, & adipem agnorum, & sanguinem taurorum, & hircorum nolo. Quæ est aūt veritas, quam pro-
I vmbra volebat? Christi sacrificium. Et propterea dicit, Corpus aūt perfeciſti mihi, significans carnē dñi, quam ex sanctiſſima, & deipara Maria perfecit, vel etiam, aures perfeciſti mihi: ita.n. habent libri psalmorum, qui ex Hebræis scripti sunt. Obedientiā autem per aures significat, q̄m melior
1. Re. 15 quidem est, obedientia, quàm sacrificium. Christus autem eam pro nobis adeo pul-
Phil. 2. chre exercuit, vt Paulus dicat. Humiliauit seipsum factus obediens vsque ad mortē, mortem autem crucis. [Holocaustū, & sacrificium ꝓ peccato non postulasti. Tunc dixi. Ecce venio.] Quando.n. q̄ ex lege fiebant, holocausta, & pro peccato sacrificia reprobauit, tūc dixit Christus. Ecce venio. Vel id dicens ex persona ecclesiæ, tunc.n. populus gentium accurrit ad salutem, vel ex propria psona, q̄m tunc Christus, tanq̄ agnus, venit vt ꝓ nobis sacrificaretur. [In capite libri scriptum est de me.] Hæc Christus, si de seipso quidem dicit, intelliges caput libri Euangelium, & multo magis vniuscuiusque libri Euangelici prooemiū, quandoquidem solemus capita nominare initia. Quid ergo de ipso scriptum est in
Iob. 1. principio libri Euangelici? In principio
K erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Quibus cum alia adiunxisset Theologus, subiunxit. Et verbū caro factum est, & habitauit in nobis, vniuersam Christi authoritatem, & humanæ susceptæ naturæ œconomiam, quantum audiri poterat, exponens. Quòd si caput libri dicit de ecclesia, dicit forte huius libri psalmorum prooemium, in quo beatum dicit eum, qui non ambulat in consilio impiorū, nec stat in via peccatorū, nec sedet in cathedra pestilentiæ iudęorum, sed stat secus riuos aquarum, nēpe fontes baptismatis, apertè autem significauit populum ecclesię. [Vt faceré voluntatem tuā, deus meus volui.] Patris, & filii vna est, & eadē volūtas, & ideo dicebat. Meus est cibus, vt
Ioan. 4 faciā voluntatem eius, q̄ me misit, quo circa iure hìc dei voluntatem, nēpe patris, se voluisse dicit, ipsam propriā ꝓ hoc voluntatem appellās. [Et legem tuam in medio cordis mei.] Ventrem appellat ea ratione, qua vocat ecclesiam. Vnde etiā Hieremias, propter peccata iudaica, ventrem meū, dicebat, uētrem meum doleo, iudęorum synagogam significans. Sed Christi uenter est probus, & bona mente prędituſ, & habet valida sensoria. Vnde etiam patris legem seruare potest in medio sui, hoc est, cōprehensum, & integre continens omnia præcepta, q̄ in ipsa scripta sunt. [Annunciaui iustitiam tuā in ecclesia magna.] Nō eam quam diruit, sed hanc magnā appellat, non solum, vt q̄ sit maior multitudine, extensa est enim ꝓ omnem orbem terræ, sed etiam, vt quæ maiora susciꝑiat mysteria. Non solum enim legem, & prophetās quos illa, sed etiam Euangeliorum accepit latitudinē. In hac Christus iustitia primum quidem seipsum annunciauit, deinde præcepta, q̄ dedit, q̄ etiam iure dicuntur iustitia, summa.n. iustitia fuit in ipsis ꝑdicata. [Ecce labia mea non prohibebo.] Non prohibet enim suam a nobis doctrinam, licet nos ea simus indigni. Vnde non solum cum discipulis, sed etiā cum iudæis, quinetiam cum muliere Samaritana, & cū multis aliis peccatoribus disserebat. [Dñe tu scisti iustitiam tuam.] Verè Christus est
Ioan. 4 patris iustitia, qui verè & propriè ab eo cognoscitur. Quēadmodum enim nemo cognoscit patrem nisi filius, ita etiam nemo filiū nisi pater. [Non abscondi in corde meo veritatem tuā, & salutare tuū dixi.] Veritas patris non solum dicitur filius, sed et sanctus spiritus. Testatur autem id ipse dñs dicens. Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt sit vobiscum in sæculum, spiritus veritatis. Idem est etiam salutaris. In ipso enim nostra salus merito nominatur. Hoc non celauit Christus, sed dixit, & declarauit apostolis per eius præsentiam seruari ecclesiam, quādo dixit eis. Quoniam hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit corda vestra, sed ego veritatem dico vobis. Vide quomodo non celat
Io. 16. veritatem,

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Ibidem. veritatem, sed eā eloquitur. Quenam autem ea sit, subiunxit in iis, quæ cōsequuntur, Expedit, vobis, vt ego abeam, Nisi. n. ego abiero, paracletus non veniet ad vos, non diuidens gloriam trinitatis, sed ostendens, q̄ nullo modo seruari possumus, si patrem solum, vel filium adoremus, sed p̄ solam adorationem, & confessionem trinitatis. [Non absconди misericordiam, & veritatē tuā a cōcilio multo.] Eādem eccle siam magnā dictam esse putamus. Vel etiā multum concilium iudæos accipe, quoniā non nobis solis, sed illis prioribus, & dei misericordiam, & veritatem significauit. Misericordiam, cum dixit, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiā consequentur, Veritatem autem sæpe quidem, præcipue autem quando eis dixit, Non potestis deo seruire, & mammonæ. [Tu autem Domine ne lōge facias miserationes tuas a me.] Ecce aperte conuertit orationē ad id quod est commune humanitatis, a qua dei patris miserationes non longe abesse precatur, vt nos doceat sic precari. Neq;. n. pōt aliter saluum esse nostrum genus, quā p̄ solam eius, qui id conseruat humanitatē, & clementiā. [Misericordia, & veritas tu semp̄ susceperunt me.] Si enim nos peccatores, dum videmus dei clementiam, nō desperamus, sed ad pœnitentiam confugimus, vt qui ex ipsa inueniamus a deo misericordiam, ad iudicis autem veritatem respiciētes, cum per Ezechielis prophetiā ita esset vnūquenq; allocutus, In viis vestris iudicabo vos, domus Israel, dicit dñs, ad nō peccandum confirmamus nos ipsos, ita defensio nostra est dei misericordia, & veritas. [Quoniam circundederunt me mala, quorum non est numerus.] Quæ nā ea sunt? [Cōprehenderūt me iniquitates meæ, & non potui, vt me videre.] Melius est a feris q̄ a peccatis circundatū cōprehendi, Illas. n. vel terrere possumus, qñ aūt a peccatis fuerimus circundati, tāquā ab eis semel victi opprimimur, a quibus est miserrimum eū quem persequuntur comprehendi. Vt viderem, vt bonum possem a malo discernere. Peccatum enim tāquam caligo, & nubes tenebrarum, incumbit mē tis oculis. [Multiplicata sunt sup capillos capitis mei. Et cor meum dereliquit me.] Virtus est panis animæ, & cordis. Hunc ergo panem nisi comedat, animo linquitur, & eneruatur. Quod si etiā multitudo peccatorum accesserit, quæ ita creuisse exposuit, vt capitis pilos longe excederunt, tūc est quoddam duplex animi deliquium, & virium imbeccillitas. Quemadmodum enim venter corporis fit a malis nutrimentis imbecillior: ita ēt venter animæ, is autem est cor, animo deficit, qñ eorum maiorem admiserit multitudinem, corruptionem, veluti quandam fluxionem, sustinens. Quod aūt de pilis dictum est, ne omnino hyperbolice dictū esse intelligamus, quoniā, vel ignorantes multa peccata cōmittimus, quinetiam vna quoque actio in multa peccata diuiditur, quemadmodum cædes Abel pro septem peccatis Cain est reputata. Lamech aūt pro septuagies septem. Nostra ergo peccata a iudice exacte examinata, possunt capillos capitis superare. [Complaceat tibi dñe, vt eruas me. Dñe ad adiuuādū me respice.] Complaceat tibi domine, hoc est, ea quę bona, & clementia plena sunt, tibi videantur, quādoquidem sola dei clementia, quæ a scriptura diuini ius inspirata complacentia dicitur, genus nostrum seruatur, & ideo non petit solūmodo, vt respiciat, aut attendat, sed ad ferendum auxilium respiciat. Si enim aliter intuens, peccatorem respexerit, a iusti iudicis inspectione statim punitus interit. [Confundātur, & reuereātur simul qui q̄runt animā meā, vt auferāt eam.] Confundantur, vt victi, & reuereantur dum videt quàm sit veneranda nostra anima, & in quanto honore apud deū habeatur. Ita autem afficiuntur qui nostram quærunt auferre animam, quādo nos ad deum confugisse viderint, a quo prodi non possumus. [Auertantur retrorsum, & reuereantur qui volunt mihi mala.] Auertātur retrorsum, hoc est terga dātes fugiant vt non amplius p̄sequantur, sed fugentur. Quinā aūt sunt qui nobis mala volunt? Nō alii nobis male volunt nisi Demones, q̄ cum nos ab initio varie deceperunt, eos vult pudore affici. Quō autē pudore afficiuntur? Quando nos, qui ab ipsis decepti sumus, in priorem suā gloriam per bonam vitæ suæ institutionē ascendisse viderint. [Ferant confestim confusionē suā, qui dicunt mihi. Euge euge.] Hoc est, qui me irrident, & mihi insultant. Confestim autem, ne adiiciantur alii, videntes eos prius nobis insultasse, & pudore affectos esse. Quis est autē eorum pudor, præterquam nostra salus, quæ per

A

Matt. 5. Matt. 6.

Exe. 7.

B

Pro. 14. Esa. 5. & Rom. 2. Psal. 34. 1. Sap. 2. Eccle. 2. Io. 12. 2. Co. 4.

C

Gen. 4.

Exo. 33

D

pœni-

Matt. 3. pœnitentiam à nobis acquiritur? Forte
Act. 11. autem eos qui dicũt Euge, Euge, intelligere oportet eos, qui ad res turpes agendas, incitant, & adhortantur, qui ſtatim pudore afficiuntur, quando eorum improbum cõſilium declinauerimus. [Exultent, & lę-
E tentur ſuper te oẽs quęrentes te.] Qui in deo lętatur, lętatur dupliciter, vt qui & futura lucretur, & rerum preſentium nullũ detrimentum ſentiat. Vnde etiam Paulus
Phili. 4. gaudium in Chriſto duplicauit, cum dixit. Gaudete ſemper in domino. Rurſus dico. Gaudete. Et ideo Pſalmographus non ſolum exultationem, ſed ét lętitiam prędicauit in iis, qui quęrebant dominum. Exultationem quidem, ꝙ peccatorum onus depoſuerunt, lętitiam autem, quòd etiam iuſtitiam ecceperunt, ſi modo alia omnia deſpicientes, vere & ſincere deum quęrãt. Et dicant ſemper, magnificetur dominus, qui diligunt ſalutare tuum. Vt deum perpetuo magnificemus orationibus, & gratiarum actionibus, nobis quoq; iuſſit Pau
1. Th. 5. lus ſemper, dicens, gaudete, ſine vlla inter-
Luc. 2. miſſione orate, in omni gratias agite. Quę autem ex eo ad nos redit vtilitas? Dei memoria, voluptatum, & dęmonum memoriam eiicimus. Quare hoc merito faciunt, qui Chriſtum amant dei ſalutare. In ipſo enim pater noſtrã fecit ſalutem. [Ego au-
F tem mędicus ſum, & pauper, dñs ſolicitus eſt mei.] Mendicus & pauper eſt homo. Cum enim eſſet diues, & nobilis, dei enim lege erat locupletatus, & per regiam imaginem ei erat cognatione coniunctus, vſque adeo tamen mendicauit, vt cum mendicitas peruaſiſſet multas generationes, pauper deinceps, vt qui in paupertate edu
Iob. 3. ctus eſſet, nominaretur. Quantam autem eius curam gerat deus, dicit Ioannes. Sic deus dilexit mundum, vt filium ſuum miſerit vnigenitum, vt ſeruaret mundum. [Adiutor meus & ꝓtector meus es tu dñe deus meus ne tardaueris.] Nõ ſolum deus fert auxilium, vt benignus & clemens: verumetiam protegit, & defendit, vt valens viribus, imbecillis ſuam potentiam largiens. Per crucem autem, & mortem nos maximè protegit. Vnde vult patrem non defferre, ſed hoc tempus auxilii celeriter
Luc. 12. adducere, dicens conuenientia iis, quæ ab ipſo dicta ſunt in Euangeliis. Calicem habeo bibere, & quid coarctor donec bibam ipſum?

EIVSDEM IN XL. PSALMUM *interpretatio in finem.*

Pſalmus Dauid.

NOnnulli quidem hunc pſalmum, attribuerũt Dauidi, alii vero Ezechię. Non permittit autem diuinum Euangelium, vt alterum eorum admittamus. Cũ enim Chriſtus dominus cum ſacroſanctus diſcipulis quedam diſſeruiſſet, hæc quoq; ſubiunxit. Si hæc ſcitis, beati eritis ſi hæc G
faciatis, non dico de vobis omnibus, noui Io. 13.
quos elegi, ſed vt ſcriptura impleatur. Qui panem mecum comedit, ſuſtulit in me calcaneum ſuum. Nunc dico vobis priuſquã Ibid. 14
fiat, vt cum factum fuerit, credatis quòd ego ſum. Cum ergo dicat dominus, vt impleatur ſcriptura, & oſtendat præſentem pſalmum, ſibi, & non alii conuenire, nimium eſſe audax, & temerarium exiſtimo ei aliud, & non id quod par eſt, argumentum effingere. [Beatus, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem.] Inueni in nonnullis exẽplaribus ton peneta, id eſt, pauperé cum articulo, ſed non in Hebræo, nec in Syro, nec in ullis aliis interpretibus. Egenum autẽ vocat vniuerſorum dñm quo- 2. Co. 8.
niã cum eſſet diues, vt dicit diuinus Apoſtolus, ꝓpter nos pauper factus eſt, vt nos illius paupertate diuites eſſemus, & qui cũ in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem deo, ſed ſeipſum exi Phili. 2.
naniuit, ſerui formam accipiens, & qui eſt dominus tam eorum, quę videntur, quàm quæ ſub viſum non cadunt, non habuit Matt. 8.
vbi caput raclinaret, & natus ex virgine, H
ꝓpterea, quòd lecto careret, in preſepi põ Luc. 9.
ſitus eſt. Beatum ergo dicit ſermo prophe Luc. 2.
ticus eum qui hãc paupertatem poteſt intelligere, & in memoriam reuocare eum, qui illam ſuſcepit. Deinde oſtendit fructus beatitudinis. [In die mala liberabit eum dominus.] Malum autem diem, afflictionis dié dixit Symmachus. Inuenit aũt, vt arbitror, dié iudicii, qui eſt terribilis, & Supl. 5.
iniquos affligit, & malo afficit, & pollicetur puram ac ſinceram illius paupertatis cognitionẽ a diei terribilis malis liberaturam. [Dominus conſeruet eum, & viui ficet eum, & beatum faciat in terra, & nõ tradat eũ in manus inimicorum eius.] Nõ ſolum autem futuris bonis fruetur, ſed ét in preſenti uita diuinam conſequetur ꝓuidentiam, inſignis & ſuſpiciendus euã-

dens, &

ens, & hostium effugiēs insidias. Et quoniam est consentaneum, vt qui corruptioni, & interitui habet corpus obnoxium, in morbum incidat, pollicetur fore, vt etiā ab eo liberetur. [Dñs opē ferat illi super lectū do'oris eius. Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.] Ipsū, inquit, liberabit ab omni eius infirmitate, & mor
I bum conuertet in sanitatem. Illud enim, versasti in infirmitate eius lectum eius, po fuit pro eo quod est, Mutasti. Deinde eum eius, qui admirabilem illam paupertatem intelligit, narrasset remunerationes, osten dit nobis quis eam habuerit, & quomodo ad eam deuenerit, introducens eum dicen tem, & de se ipso narrātem. [Ego dixi. Do mine miserere mei. Sana animam meam
Ioā.1. quoniam peccaui tibi.] Ego, inquit, sum
1.Pe.2. is pauper, qui spontaneam suscepi pauper tatem, agnus dei, qui tollo peccata mundi, qui peccatum quidem nō feci, sed pro humana natura, tanquàm naturæ primitiæ, preces offero. Notandum est autem, quòd Symmachus non dixit, Peccaui tibi, sed, Etsi peccaui tibi. [Inimici mei dixerunt
Mat.26. mala mihi. Quando morietur, & peribit
27. nomen eius?] Inimicos vocat iudęos, qui
Mar.14. inuidebant, & mortem moliebantur. Hoc
Luc.22. docet etiam historia sacrorum Euangelio rum Consilium. n. inquit, ceperunt, quomodo ipsum perderent. Hinc deinceps Iudam transfert prædictionem. [Etsi ingrediebatur, vt videret, vana loquebatur cor eius, cōgregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur.] Ita etiam nos
K docent diuini Euangelistæ, quando iudęis quidē dixit, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eam tradam? Quærebat autem tempus, vt traderet ipsum. Hæc ipsa dicit quo que p̄dictio. Et ingrediebatur, vt videret.
Etsi ingrediebatur Græcè ἐξεπορεύετο, ἐξῆε. Potasi gredie batur. Mar.26. Io.13. Luc.23.
Ingrediens, & egrediens illi mortem machinabatur. Deinde eorum sceleratā prędicit cōspirationem. [In idipsum aduersus me susurrabant omnes inimici mei, cogitabant mala mihi.] His autem fert testimonium ipsarum rerum euentus. Clanculum enim inter se colloquentes, quærebāt modum insidiarum. Deinde affectatæ tyrānidis crimen in eum intenderunt, cum dixerunt Pilato eum seipsum quidē Regē pronunciare, prohibere autē dare tributū Cę-
sari. Hoc ipsum aūt prædixit prophetia. [Verbū iniquū cōstituerūt aduersus me.] Pro eo qđ est Me accusarunt iniquitatis.

[Nūquid qui dormit, nō adiiciet, vt resurgat?] Etsi, inquit, mortē patior, rursus tñ resurgo, eosq; dissipo, ac destruo, qui hoc machinati sunt. Hoc quoq; est simile dicto Euāgelico. Soluite tēplum hoc, & in tribus Io.2.
diebus excitabo ipsum. Et rursus. Ecce ascē Mat.20.
dimus in Hierusalē, & filius hois tradetur Luc.18.
in manus peccatorum, & occident ipsum, L
& tertia die resurget. Et ideo mortē somnum iure vocauit. [Etenim hō pacis meæ in quo spaui. Qui comedebat panes meos, Suppla-
magnificauit super me supplantationem. tionē
Aquila, & Thdodotion hoc dixerūt aper- πέρνι-
tius. Et etiā vir pacis meæ in quo confisus σμὸν,
sum. Symmachus aūt sic. Sed hō, & q mecum in pace agebat, & in quo habuerā fiducīā. Non solum. n. inimici mortem mihi De no-
machinati sunt, sed hō ēt, qui mecum ver- minatiū
sabatur, & beneuolentiā ac pacem præ se um a
ferebat, qui in eadē mensa eodē mecum ci πέρνα.
bo vescebatur, dolum quem in me concę- qđ calcē
perat aperuit. Dolum. n. nominauit calca- lignifi-
neū, ex metaphora eorum, q de cursu con cat.
tendunt, cū alter calcaneo dolū molitur, vt is, q simul currit offendatur, & cadat. Hoc Gen.27
ipsum dixit ēt Esau a Iacob deceptus. Iuste vocatū est nomen eius Iacob. Supplantauit. n. me en altera vice. Primogenita mea aū tulit, & nunc secūdo surripuit bñdictionē meā. [Tu autē dñe miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis. In hoc cognoui qm̄ voluisti me. Qm̄ non gaudebit inimi- M
cus meus super me.] Et hæc omnia dicta sunt tanq̄ ex susceptā natura in quā cadebat affectio. Ita ēt in sacris Euāgeliis audimus dñm Christum peccantē. Pater ser- Io.12.
ua me ab hora hac. Et rursus. Pater, si possi Mat.26.
bile est, trāseat a me calix iste. [Me autē pp innocentiā suscepisti, & confirmasti me in cōspectu tuo in ęternū.] Hæc quoq; cōueniunt formæ serui, quā susceptt filius vnigenitus. Nou. n. Angelos apprehendit, vt Heb.2.
dicit diuinus Apostolus, sed semē Abrahę apprehendit, vnde debuit per oīa fratribus assimiliari, vt esset misericors, fidelis pōtifex in iis, quę ad deum pertinent. Qm̄ ergo sumpta natura permansit ab oī vitio libera, iure dicit. Me autē pp innocentiam suscepisti, & confirmasti me in cōspectu tuo in æternum. Firmam. n. & stabilem accepi vnionem, & est coniunctio indiuidua, & gloria æterna. [Benedictus dñs dñs deus Israel, a sęculo, & in sæculum. Fiat, fiat.] Hæc cum diuinus propheta prædixisset, &

UNIVERSIDAD DE MURCIA

ineffabilem clementiã, & benignitaté dñi
eſſet admiratus, & intelligeret eum qui vo
luntariã ſuſcepit paupertatem: hymnũ ei
offert per linguã, vt ipſe quoq; finem bea-
A tum accipiat. Poſt paſſiones aũt iure hym
num obtulit, docés non eſſe ſolum hoiem
qui ꝑdicebatur, ſed ét deum ante ſæcula,
cuius eſſentia eſt ab interitu aliena, nul-
lumq; finẽ ſuſcipit. In eundem pſalmum,
aliter. In finẽ pſalmus Dauid. Etiam ſi Pro
pheta ſæpe pſalmos in finem inſcripſit, eſt
tñ exiſtimandum eũ non fruſtra vnicuiq;
eorum pſalmorum hunc titulum impone
re. Quænam autẽ nunc cauſa eſt? Q̃m in
iis, quę ad finem ſpectant, loquitur de ſu-
ſceptæ a Chriſto carnis œconomia, quem
non ſolum hic propheta, ſed ét alii Dauid
Oſee.3. vocarunt. Oſee autem ſic quoq; poſt hæc
dixit. Conuertentur filii Iſrael, & quer̃ét
dñm deum ſuum, & Dauid regem ſuum,
licet Dauid multis ante hunc prophetam
ſeculis eſſet Mortuus. Tempore. n. Eze-
chiæ expoſuit prophetiam. Sed dicit no-
uum Dauid, ad quem conuerſi ſunt qui
fuere ſeruati. [Beatus qui intelligit ſuper
egenũ, & pauperẽ, in die mala liberabit eũ
dñs.] Moralem prophetiæ doctrinam at-
tulit, eum qui pſalmum canit volens vtro-
que iuuare. Et quem dicit beatum? Eum
qui intelligit ſuper egenum, & pauperem,
B hoc eſt, qui intelligit, ꝙ Chriſtus cum di-
2. Co.8. ues eſſet, ideo pauper factus eſt, vt nos
quoq; pauperum, tanquam noſtri opificis
ac iudicis fratrum miſereremur. Et quod-
nam redit lucrum ex amore in pauperes?
Suph. 1. In die mala. Intelligit autem diem iudicii,
qui affert peccatoribus dolores, & mole-
ſtias. Liberauit, inquit, eos, qui pauperes
amant, Dominus. Eis. n. benignitatem de-
bet, & clementiam, vt qui ipſe eleemoſy-
nam mutuo ab eis acceperit, & dixit qui-
dem per Solomonem, Qui miſeretur pau-
Pro. 19. peris, Deo fœneratur, propria autẽ lingua.
Mat.25. Quodcunq; feciſtis vni horum minimorũ,
mihi feciſtis. [Dñs conſeruet, & viuificet
eum, & beatum faciat eum in terra, & nõ
tradat eũ in manus inimicorum eius.] Et
qui diligit pauperes non ſolum dat futu-
ra, ſeruans eum a gehenna, & in ſumma
voluptate ei vitam largiens, ſed eum ét hic
beat. Facit. n. vt ipſe beatus dicatur ab om
nibus, qui accipiunt eleemoſynam, & prę
terea ab omnibus qui norunt, q̃ & quanta
bona in futuro excipiunt miſericordem.

Vnde nec ipſum tradit in manus inimico-
rum dæmonum. Quemadmodum. n. oleũ
efficit, vt athletæ elabantur à manibus ad-
uerſariorum: ita etiam eleemoſyna facit,
vt qui ea vtuntur, declinent, & fugiant dę
mones. [Dñs opem ferat illi ſuper lectum
doloris eius: Vniuerſum ſtratũ eius verſa-
ſti in infirmitate eius.] Lectum doloris die Eccl.41
mortis ſtelligamus. Ille. n. grauis eſt, & mo-
leſtus peccatoribus, propter metũ iudicii,
ſed in eo fert opem ei, qui eſt amator pau-
perum. Iubet. n. eum eſſe bono animo, vt
qui ſit clementiam, ac miſericordiam con-
ſecuturus. Verſabit autem eius ſtratum in
infirmitate eius, vt qui ei omnino adſit.
Infirmitaté autẽ intelligamus tentationes.
In eis. n. morbi omnes inuadunt animos,
ſed tunc miſericordis verſatur vniuerſum
cubile, mutatur videlicet. Qui. n. humi dor
mit ꝑ tentationes, inuenitur in cœlis ꝑ
remunerationem eleemoſynę. Vel fortaſ-
ſe nunc Dauid propheticè beatum dicit
paralyticum. Ille. n. intellexit ſuper ege-
num, & pauperem. Intellexit Chriſti po-
tentiam qui propter nos pauper factus eſt,
& ideo verſauit eius cubile in infirmitate
eius, & in lecto doloris ei opem tulit, cum Io. 5.
dixit. Surge, tolle grabbatum tuum, & am-
bula in domum tuã. Hæc cum dixiſſet pro D
pheta, cõuertit orationẽ ad Chriſti paſſio-
nem. [Ego dixi dñe miſerere mei, ſana ani
mam meam, quia peccaui tibi.] Chriſti fi-
mũl magnitudinem, & humilitatem decla
rat ꝓpheta, illã quidẽ ſecundum naturam,
hanc vero quia voluit. Ego. n. inquit, dixi, Exo. 3.
Quis? Qui dixit per Moſen, ego ſum qui Io. 14.
ſum. In euangeliis autem, Ego in patre, Io. 10.
ꝑ in me. Ego igitur, qui patri ſum, & fede
& honore ęqualis, vel potius qui ſum vnũ
cum ipſo, dixi. Miſerere mei. Non ipſe mi-
ſericordia indigens, ſed mihi hominũ affe-
ctiones tribuens. Et ideo ſubiunxit. Sana
aĩam meam, quia peccaui tibi, aĩam ſuam
cõmunem aĩam hoium ſimiliter ét pecca-
tum noſtrum vocans, qđ rogat, vt pet ſuã
ſanetur paſſionem. Atqui quid ad hoc o-
pus habebat oratione, cum deus eſſet, &
ipſe paſſionem ſuſciperet vnigenitus? Sed
hoc fecit, vt oſtenderet, quòd carnem, ſi-
cut nos, imbecillam, non. n. aliam, ſuſcepit,
& quòd Patris bona voluntate eius pe-
ragitur myſterium. [Inimici mei dixerũt
mala mihi. Quando morietur, & peribit
nomen eius?] Inimicos vocet Iudæos,
vt

UNIVERSIDAD DE MURCIA

E vt qui Christo essent infesti, & ideo dice-
Ioā. 11. bant. Quādo morietur, & peribit nomen
eius? Hoc aūt dixit Caiphas. Expedit no
bis, vt vnus homo moriatur, vt non tota
gens perat. Non solum aūt volebant ip-
Etsi in- sum mori, sed etiam eius nomē perire, no
grediea bis inuidentes quòd ab eo denominare-
batur. mur. [Etsi ingrediebatur, vt videret, vana
loquebatur.] Hoc aperte dictū est de Iuda
proditore, qñ in torrentem Cedron ad Ie
sum cum Iiternis, & facib. expolās ingres-
Et igre- sus est. Tunc.n. fruſtra Iudæis loquebatur,
diebā- dans signum suæ proditionis. Quem oscu
tur. latus fuero, ipse est, tenete eum. Si.n. no-
Ioā. 18. luisset, non fuisset proditus. Sed nec po-
Mat. 26 tuissent tenere, qui eum cōprehenderant.
Esai. 53. [Cor eius congregabat iniquitatem sibi.]
Ioā. 13. Et cogitabat. Id autem ostendit, qñ Chri-
stus adesse permisit tempus pp nostrā salu
tem. Neq; enim id aliter potuisset facere.
Id aūt ostendit Ioannes talia de Iudas refe
rens. Dicit ei Iesus. Quod facis, fac citius.
Præsentis itaque psalmi prophetia, ea per
ordinem inducit, quæ cum historia euan-
F gelica optime conueniunt. [Egrediebatur
foras, & loq̄batur in idipsum.] Vnde egre-
diebatur? A cena dominica. Hoc.n. adiecit
hic ipse Theologus iis, quæ de Iuda dicun
tur. Cum ergo accepisset ille buccellā, exi-
it continuo, erat aūt nox. Quid autem
Mat. 26. egressus loquebatur, nos docuit Matthæus
Euangelista. Profectus autem vnus ex duo
decim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, &
veniēs ad sacerdotes dixit ipsis. Quid vul-
tis mihi dare, & ego vobis cū tradam? Il-
li autem constituerunt ei triginta argen-
teos. Quamobrem pulchre cōueniunt ea,
quæ cōsequuntur. [Aduersus me sussurra
bāt oēs inimici mei,] dicens Pōtifices, qui
vna cum Iuda cōspirabant, qui qdē de Ie
su susurrabant, cum Iuda pacisentes. Ne
que enim palam id facere audebant, timē-
tes multitudinē. [Aduersum me cogitabāt
mala mihi. Verbum iniquum cōstituetunt
Mar. 14 aduersū me.] Marcus hoc rursus exponit.
Quærebant sacerdotes, & scribæ, qūo ip-
sum dolo tenentes, occiderent. Dicebant
enim. Non in die festo ne forte tumultus
fiat populi. Hoc consilium non solum vo-
cat malum, sed ēt iniquum, quandoquidē
G volebant multitudinem festum differre:
oportebat autem in festo paschæ agnum
tunc vendi, & sacrificari, quando typica
quis sacrificabatur. [Nūqd q dormit, nō
adiicit, vt resurgat?] Fruſtra, inq̄t, hæc cō-
sultabant, & machinabantur Iudæi. Mors
.n. non erat Ieſura immortalem, qui ex ip
sa, tanquam ex somno, lætitiaq;, & iucun
ditate surgebat. Forte autem Iudam quo-
que proditorem increpans, & reprehen-
dens, dicebat, quòd profundo peccati som
no segni dormiens, non surrexit. Signi-
ficant aūt ita esse ea, quæ consequuntur.
Etenim homo pacis meæ, in quo speraui.
Qui edebat panes meos, magnificauit sup
me supplantationē. Pacē vocat pdicatio- Rom. 5.
nē Euangelicā, p quā qui deo tunc eramus
inimici, pacem cū deo habuimus. Homo
ergo pacis meæ, Iudas, quādoquidem fue-
rat discipulus prædicationis: in quo tantū
sperauit Christus, id est, acquieuit, vt ipse
comederet panes dominicos, in catino cū Mat. 26.
ipso intingens Hoc autem faciebat Chri-
stus, neque ignorans, neque proditorem
aliis præferens, sed nihil ei volens relin-
quere quo suā posset defendere aut excu-
sare proditionem. Adeo in Iesum magni- H
ficauit supplantationem, vt cū eum sæpe
non inuitum supplantasset, hoc est, in eū
se impropbe gessisset, vt ex loculis surripe Ioā. 12.
ret pecunias, postea quoque ipsum domi- Ioā. 13.
num per proditionem supplantare aggres
sus sit. [Tu autē dñe miserere mei, resusci-
ta me, & retribuam eis.] Atqui potestatē
habeo ponendi aiam meam, & potestatem
habeo accipiendi ipsam, dicebat Christus, Ioā. 10.
vt qui seipsum suscitaturum ostenderet.
Sed seipsum deiicit, & humiliat propter Phili. 2.
carnem, & cum serui formam accepisset,
vt seruus, precatur etiam. Quid autē preca
tur? Vt misericordiam consequatur, & re
surgat. Sed eius quidem verba sunt: res ve
ro nostrę. Nos.n. per resurrectionem vni-
geniti, consecuti misericordiam resurrexi Rom. 4.
mus. Quid aūt retribuit? Non mala qui-
dem certe, sed bona. Quemadmodum.n.
ipsi, cum mali essent, mala benefatori pro
bonis reddiderunt: ita ipse cum sit bonus,
reddit mala pro bonis. Id autem testantur,
quæ consequuntur. [In hoc cognoui qm
voluisti me. Qm non gaudebit inim. cus
meus super me.] Atqui is scit omnia, vt q
ea præcognoscat. Sed cognitionem suam I
ipsius, nostram vocat, Tunc.n. vere esse pa
tris voluntatem in filio cognouimus, qd
non solum orauerit pro iis qui peccaue- Luc. 13.
rant sed ēt cum resurrexisset, tria ex ipsis Act. 2.
millia, & rursus quinq; per Petrū, postea & 4.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

autem multa per Iacobum, & reliquũ chorum Apostolorũ seruauerit. Et sup Christum non gauisus est inimicus, nempe diabolus. Existimabat.n. quòd etiam si Christus mundum per crucem seruasset, at eos quidem certe qui ipsum crucifixerant perderet. Illos autem non perdidit, sed etiam eorũ aliquos ecclesię primitias, acquisiuit. [Me autem pp innocentiam suscepisti. Et confirmasti me cõspectu tuo semper.] Neque.n. sicut alii sacerdotes, postquam ipse tempore aliquo sacrificasset, cessauit, sed pp innocentiam mansit pro nobis sacerdos in æternum. Hoc autem susius declarat Paulus in epistola ad Hebræos. Talis .n. decebat, vt esset nobis Põtifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœlis factus; qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodũ sacerdotes prius p suis delictis hostias offerre, deinde populi. Hoc.n. fecit semel se offerendo. Lex.n. homines constituit sacerdotes, infirmitatem habẽtes, sermo autem iurisiurandi qui post legẽ est, Iesum in æternum perfectum. Noster ergo constitutus est Pontifex, qm̃ esset ab omni peccato alienus. [Benedictus Dñs deus Israel a seculo, & vsque in seculũ.] Hic qui hæc p nobis humilia locutus est, & eadem susce pit affectiones, vt in eis noster esset seruator. Esaias autem de eo testatur, dicens. In te deus est, & tu deus es, & non est præter te. Tu es.n. deus noster, & non nouimus. Deus Israelis seruator. Et rursus. Ego sum & nõ est alius deus pręter me iustus, & nõ est seruator præter me. Hic est benedictus ab oi creatura, benedictus a sæculo, & in sæculum. [Fiat, Fiat.] A præsenti, inquit, in futurũ. Ego a pręsenti quidem, quæ a nobis procedit, venit dei benedictio, in futuro aũt perficitur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamur. Vnde ẽt ex parte benedicimus. Quando ante vniuersum, inquit Paulus, fuerit perfectum, quod ex parte est euacuabitur. Per perfectum.n. in melius cessat id quod est ex parte. Propterea subiunxit Psalmographus Fiat, fiat, & præces duplicat. Beata.n. res ex dei benedictionem laudemve inchoare a fide in deum, & a recta aliorum bonorum actione, & ita eam coronare in futuro sæculo. Impijs enim & infidelibus deum illic laudare non permittitur. Sciendum est autem, quòd hanc Psalmorum prophetiam nonnulli in quinque libros diuidentes vsque ad hunc psalmum, primum existimant, quoniam habet in fine coronam veluti quandam dei laudem ac benedictionem. Vnde etiam ita diuidunt quatuor, qui deinceps sequuntur.

Heb.7.

K

Esai.45.

Esai.45.

1.Co.13

EIVSDEM IN XLI. PSAL.

quẽadmodũ desiderat Ceruus ad fontes aquarũ. Et quanã de causa psalm⁹ in vitã introductus canitur cum cãti co. Et de Dei ienitate, ac patientia.

VOs quidem nos nuper admirabamini, quando verba fecimus de Melchisedech, propter eorum, quæ dicta sunt, p lixitatem, ego autẽ vos admirabar pp vestrã in audiendo attentionem, & sapientiã, & quòd cũ prolixior se obtulisset oratio, nos ad finem vsque consecuti estis. Quanquam non ea quidem solum erat prolixa oratio, sed magnam ẽt in se habebat difficultatem. Sed neq; prolixitas, nec rei difficultas retardauit vestrã animi prõptitudinem. Age ergo vos pro illo labore remuneremur, apertius, & dilucidius hodie vobiscum colloquẽtes. Neq;.n. est sup intẽdendus adiutorum animus: facile.n. disrumpitur: nec rursus semper remittendus, ac relaxandus, hinc enim rursus reddi tur otiosior, & ideo vtendum est vario docendi genere, & nunc quidem popularior, & ad delectandã concionem accommodatiori oratione vtendum est, nũc autem acriori, & ad cõtendendum aptiori. Quẽadmodum ergo tunc dicebam, q dum lupi gregem inuadunt, relicta fistula, funda in manu est sumenda: ita nunc dum festa Iudęorum pręterierunt, qui sunt quibus uis lupis immaniores, relicta rursus funda redeamus ad fistulam, & a contentiosiore dicendi gente cessantes, aliqua alia apertiora aggrediamur, ipsius Dauid citharam in manum sumentes, & obedientiam in medium adducentes, quã omnes hodie cecinimus. Quænam est ergo obedientia? [Quẽadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita desiderat aĩa mea ad te deus.] Immo vero primum est necessariũ, dicere, quanam de causa psalmus in nostram vitam est introductus, & cum cantico maxime hęc dicitur prophetia. Quanam ergo de causa dicitur cum cantico? Audi. Cum deus vidisset multos homines esse

M

A

esse socordiores, nec ad legenda spiritalia lubéter accedere, nec, qui in eo capitur, laborem tollerare, volens gratiorem laborẽ efficere eiusq; sensum præscindere, admiscuit prophetiam melodiæ, vt omnes versus cantici numero delectati, cum magna animi alacritate ac promptitudine sacros ei hymnos emittant. Nihil enim animam æque erigit, & alatam quodammodo efficit, & a terra liberat, & exoluit à vinculis corporis, & amore sapientiæ afficit, & vt res omnes ad hanc vitam pertinentes irrideat perficit, vt versus modulatus, & diuinum canticum numero compositum. Nostra certe natura vsqueadeo delectatur cãticis, & carminibus, & tantam cum eis habet necessitudinem, & conuenientiam, vt vel infantes ab vberibus pendentes, si fleãt & afflictentur, ea ratione sopiantur. Nutrices quidem certè, quę eos gestant in vlnis, sæpe abeuntes, & redeuntes, & quædam puerilia eis carmina decantantes, supercilia eorũ ita sopiunt. Quocirca sæpe quoque viatores meridie agentes iugalia animalia, hoc faciunt canentes, itineris molestiam illis canticis consolantes. Nec solum viatores, sed etiam agricolæ vuas in torcu lari calcantes, vindemiantes, & vites colentes, & quodcunq; aliud opus facientes, sæpe cantãt. Nautæ quoq; remos impellẽtes hoc faciunt. Iam vero mulieres quoque texentes, & confusa stamina radio discernentes, sæpe quidem & per se singulę, sæpe autem etiam omnes concorditer vnam quandam melodiam concinunt. Hoc autem faciũt, & mulieres, & viatores, & agricolę, & nautæ, qui ex opere faciendo susci pitur, laborem cantu consolari volentes, vtpote quòd anima, si carnem, & cãticum audierit, molesta, & difficilia sit facilius toleratura. Quoniam ergo hoc genus delectationis est nostræ animæ valde cognatum, & familiare: ne dæmones lasciua, & meretricia cantica introducentes, omnia euerterent: psalmos deus construxit, vt ex ea re simul caperetur voluptas, & vtilitas. Ex externis enim canticis damnum, & exitium, & multa grauia inuehuntur. Nam cum quę sunt in his canticis lasciuiora, & iniquiora, partibus animę insederint, eam imbecilliorem reddunt, & molliorem. Ex psalmis autem spiritalibus, lucri quidem plurimum maxima autem vtilitas insignisque sanctificatio, & omnis philosophiæ occasio processerit, cum & verba animam expient, & sanctus spiritus in canentis animam celeriter aduolet. Quòd enim qui canunt cum intelligentia, vocent spiritus gratiam, audi quid dicat Paulus. Nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed impleamini spiritu. Subiungit autem etiam quænam sit implendi ratio, Canentes, & psallentes in cordibus vestris Domino. Quid est, In cordibus vestris? Cum intelligentia, inquit. Vt nos os quidem, inquit, verba loquatur, mens aũt extra verse tur vndiquaq; diuagans: sed vt lingua ab aĩa audiatur, & quemadmodum vbi quidem est cœnum, eo porci concurrunt, vbi autem sunt aromata, & suffitus, apes illic habitant, ita vbi sunt quidem meretricia cantica, illic congregantur dæmones, vbi autem cantica spiritalia, illic aduolat spiritus gratia, & os sanctificat animam. Hæc dico, non vt tantũ laudetis, sed vt & filios & vxores doceatis talia cantare cantica, non solum in texẽdo alio ve opere faciendo, sed maxime in mẽsa. Quemadmodũ. n. diabolus, vt plurimum insidiatur in conuiuiis, eum & ebrietatis, & ingluuiei, risusq; profusi, & remissi animi auxilio vtatur: tunc maxime oportet, & añ mensam, & in mensa, se munire psalmorũ psidio, & simul cum vxore ac liberis surgẽtes a conuiuio, hymnos sacros deo canere. Si enim Paulus, cui intolerabilia flagella imminebant, cum ligno alligatus in carcere habitaret, media nocte, quando est omnibus somnus iucundissimus, cum Syla deum perpetuo laudabat, & nec locus, nec tempus, nec solicitudines, nec somni tyrannis, nec illi labores nec dolores, nec quicquam aliud eũ coegit modulationem illam intermittere: multo magis nos qui iucunde viuimus, & dei bonis fruimur, hymnos, quibus deo gratiæ agantur, oportet emittere, vt si vel ebrietas, vel ingluuies nostræ animę turpe, aut absurdum quid fecerit, vbi ingressa fuerit psalmodia, omnia illa mala, & improba consilia reiiciant, & quemadmodũ nonnulli diuites impleta balsamo spongia mensas abstergũt: vt si ex cibis vlla remanserit macula, ea tracta purá mensam offendat: ita nos quoq; faciamus, pro balsamo os implentes melodia spiritali. Si ex saturitate vlla in aĩa mæcula remanserit, eã per illam modulationem abstergamus, & communiter oẽs stantes dicamus. Lętificasti

Ps. 5. Eph. 5. Act. 16. Psal. 91.

nos domine in creatura tua, & in operibus manum tuarum exultabimus. Post Psalmodiam aũt addatur etiam oratio, vt cum anima ipsam quoq; domũ sanctificemus. Quemadmodum enim qui mimos, & saltatores, & mulieres meretrices introducũt in conuiuia, dæmones, & diabolum illuc vocant, & domos suas implent bellis innumerabilibus, hinc certe Zelotypiæ, adulteria, stupra, & alia innumerabilia, ità qui vocant Dauid tũ cythara, intus Christum per ipsum vocãt. Vbi aũt est Christus, nullus Dæmon quidem ingredi, vel potius ne diuertere quidem ausus fuerit, pax aũt, & dilectio, & oia, tanquam ex fontibus, bo-
F na promanauerint. Illi domum suam faciunt theatrum, tu ecclesiam fac tuam domunculam. Vbi. n. est psalmus, & oratio, & chorea prophetarum, & pius canentiũ animus, non aberrauerit quispiã qui hunc cœtum dixerit ecclesiam. Etiam si vim verborum nõ noueris, doce interea ipsum os verba dicere. Sanctificatur. n. etiam lingua per verba, qñ ea dũr prompto, & alacri animo. Si nosipsos deduxerimus ad hanc consuetudinem, nec nostra sponte, nec per socordiam pulchrum hoc prætermittemus ministerium, more, vel nos inuitos cogente hunc dei cultum quotidie peragere. In hac modulatione, seu quis fuerit senio cõfectus, seu iuuenis, seu voce aspera, seu omnis penitus numeri ignarus, nihil ei vitio dabitur. Quod. n. hic quæritur, est sobria anima, mens vigilans, cor compunctum, valida ratio, expurgata conscientia, si hæc habens, ingressus fueris in sanctum dei chorum, prope ipsum Dauid stare poteris. Hinc non est opus cythara, neq; neruis extensis, neq, plectro, nec arte, nec vllis instrumentis, sed si velis, teipsum efficies cytharam, cum carnis membra morte effeceris, & animæ cum corpore pulchrum con-
G centum effeceris. Quando. n. non concupierit caro aduersus spiritũ, sed illius iussis cesserit, & eam tandem duxerit in viam optimam, & maximè admirabilẽ, ita melodiam efficies spiritalem, nõ hic opus est arte, quę longo tpe perficitur, sed bona tãtum voluntate, & generoso animi instituto opus est, & breui tempore periti euade-
Mala. 1. mus. Non opus est loco, non opus est tem-
Psal. 33. pore, sed vel in omni loco, & omni tempore licet mẽte canere. Nam siue in foro ambules, siue iter ingrediaris, siue cum amicis consideas, licet excitare animum, licet vel tacente clamare. Ita etiã Moses clamabat, & deus audiebat. Etsi fueris opifex, po- Exod. 14.
teris in officina sedens, & operans psallere, licet sis miles, aut sedeas in iudicio poteris hoc ipsum facere, cum mens intus resonet. Non enim hominibus canimus, sed deo, qui põt, vel corda audire, & in mentis nostræ arcana ingredi. Hæc quoq, Paulus ostendens, vociferatur dicens. Ipse spiritus Rom. 8.
interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, q̃ secundũ deũ postulat pro sanctis. Hoc autem dicebat, non q̃ spiritus gemeret, sed q̃ viri spirituales, qui habent dona spiritus, pro propinquis orantes, & supplicationes offerentes, hoc H
facerent cum cõpunctione, & gemitibus. Hoc nos quoq; faciamus, & quotidie deũ interpellemus per psalmos, & orationes. Ne autem verba solum offeramus, sed ipsam ẽt sciamus vim dictionum, age ipsum huius psalmi proœmium in medium adducamus. Quod est ergo proœmiũ? Quem admodũ desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Hic est mos amantium, amorem non celare, sed enuntiare vicinis, & dicere se amare. Ardens. n. res est natura dilectionis, nec potest anima sustinere, vt eam silentio teneat. Et ideo amans quoq; Paulus dicebat 2. Cor. 6.
Corinthiis. Os nostrum ad vos apertum est Corinthii. Hoc est, non possum continere, & silentio præmere dilectionem, sed vos semper, & vbique & in mente, & in I
lingua circunfero. Ita ẽt hic beatus deum amans, & ardens in amore, non põt in animũ inducere, vt taceat, sed aliquãdo quidem dicit, quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus, aliquando aũt, deus, deus meus ad te luce vigilo. Sitiuit ad te Psal. 62.
anima mea, sicut terra inaccessa, sine aqua & deserta. Ita enim dixit alius interpres. Qm̃. n. non potest oratione amorem ostendere, huc & illuc abit quærens exemplum vt vel ea ratione nobis suum amorem indicet, & amoris nos faciat participes. Et ergo credamus, & sic amare ediscamus. Nec dicat mihi quispiam, & quomodo possum amare Deum, quem non video? Multos enim amamus, licet eos non videamus, quemadmodum amicos nostros peregre profectos, vel filios, vel parẽtes, vel cognatos,

tos, & necessarios, nec ad id vllum affert nobis impedimentum, q̃ eos non videamus, immo vero hoc ipsum magis accendit amorem, & auget desiderium. Et ideo de Mose quoq; dicens Paulus, q̃ relictis Heb. 11 thesauris, & opibus, regnq; claritate, & omni alio in Aegypto splendore, maluit cum iudæis affligi. Deinde nos causam docens, q̃ hæc omnia faceret propter deum, adiecit, inuisibilem. n. tanquam videns sustinuit. Nõ vides deum, sed vides eius creaturas, vides eius opera, cœlum, terram, & K mare. Qui autem diligit, si dilecti opus viderit, si calceum, si vestẽ, si quoduis aliud, accenditur, nõ vides deum, sed vides eius famulos, amicos, viros, inquam, sanctos, & qui habent in eum fiduciam. Illos nunc obserua, & cole, & habebis non leue solatium tui desiderii. Etenim in hominibus, non solum nostros amicos, sed eos ét qui ab iis amantur amare consueuimus. Et sic dixerit quispiam ex iis qui amantur à nobis, hunc vel illum diligo, & si is beneficio aliquo fuerit affectus, egõ me beneficium accepisse existimo: omnia facimus & procuramus, vt perinde ac si dilectum videremus, ita omne in eum studium ostẽdamus: hoc ipsum in Christo quoque præ L clare facere possumus. Dixit, diligo pauperes, & si ii boni aliquid acceperint, perin- Mat 25. de ac si ipse recepisset, reddo remunerationẽ. Pro eis colendis, & subueniendis nihil non faciamus. immo verò in ipsos oẽs nostras facultates effundamus, credentes p ipsas deum alere. Quòd. n. dum ii alũtur ipse alitur, audi quid dicat Christus. Ibidem. Esurientem me vidistis, inquit, & aluistis, sitiẽtem, & potũ dedistis, & nudum, & me operuistis, multasq; dedit nobis rationes, quibus possimus nostrum solari desideriũ. Eia vero a iàs quoq; tria sunt, quæ amorẽ apud nos efficere cõsueuerunt, forma corporis, magnitudo beneficii, vel q̃ ab eo amemur. Vnumquodq; n. eorum per se potest in nobis amorem procreare. Etsi enim nullum beneficiũ ab alquo acceperimus, solum autem audiamus eum nos perpetuo amare, vt qui nos laudet, & admiretur, ei confestim conglutinamur, & tãquã benefactorem diligimus. In deo autem nõ hoc solum, sed hæc etiam tria videre licet tanta, & tam insignia, vt nulla ea possit explicare oratio. Et primum pulchritudo illius beatæ, & ab interitu alienæ naturæ, res est quædam infinita, & nulla ratione superabilis, quæ omnem excedit rationẽ, & omnem effugit cogitationem. Quando M autem pulchritudinem audieris, nihil corporeum suspiceris, ò dilecte, sed gloriã quandam incorpoream, & magnificentiam ineffabilem. Hanc itaque declarans propheta dicebat. Et Seraphim stabant in Esai. 6. circuitu eius, & duabus quidem pẽnis vultum tegebant, duabus autem volabant, & clamabant. Sanctus, Sanctus, Sanctus. Ex stupore, ex admiratione, ex illo decore, ex magnificentia, ex gloria. Et rursus Dauid, cum mente apprehendisset hanc ipsam beatæ illius naturæ pulchritudinem, dicebat. Accingere gladio tuo super fœmur Psal. 44. tuum valide, specie, & pulcritudine tua. Propterea Moses illum sæpe cupiebat vi- Exo. 33 dere, hoc amore sanciatus, & illam amans gloriam. Quocirca dicebat quoque Philip Ioan. 14 pus, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Vel potius quæcunque dixerimus, ne paruum quidem, immo ne exile quidem vestigium illius decoris poterimus explicare, sed vis beneficia enumeremus, ne ea q̃ dem poterit oratio consequi, & ideo dicebat Paulus. Gratia autem dño propter donum eius inenarrabile. Et rursus. Quę ocu 2. Co. 9. lus non vidit, & auris non audiuit, & in 1. Co. 2. cor hominis non ascenderunt, quæ deus Isa. 64. præparauit iis qui ipsum diligunt. Et rur- Ro. 11. sus. O altitudo diuitiarum, & sapientiæ, & scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles viæ eius. Eius autem in nos amorem quænam explicarit oratio? Eum certè admirans dicebat Ioannes. Sic enim deus dilexit mun- Ioan. 3. dum, vt filium suum daret vnigenitum. A Quòd si vis eius verba audire, & cognoscere desiderium, audi quid dicat per prophetam. Nunquid obliuiscetur mulier misere Esai. 49. ri natorum uteri sui? Quòd si eorum etiam obliuiscatur mulier, ego tamen non obliuiscar tui. Et sicut hic dicebat, quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus: ita etiam dicit Christus, Quemadmodum Mat. 23 congregat gallina pullos suos sub alis: ita volui congregare filios vestros, & noluistis. Et rursus, sicut miseretur pater filio- Ps. 102. rum suorum misertus est dominus eorum qui ipsum timent. Et rursus, secundum altitudinem cœli a terra confirmauit dominus misericordiam suam super timen- Ibidem

UNIVERSIDAD DE MURCIA

tes ipsum. Et quēadmodum propheta exēplis vtitur, vt suum ostendat desiderium: ita etiam deus vtitur quibusdā exemplis, vt significet nobis suum amorem nostræ salutis. Et propheta, quidem dicit ceruam sitientem, & terram eduſtam, Deus autem gallinarum in pullos charitatem, & patrū curam ac solicitudinem, & cœli a terra altitudinem, & matrum misericordiam. Nō
B ꝙ solum tm̄ amet quantum mater filium, sed qm̄ his definitionibus, regulis, & exemplis non sunt apud nos alia maiora signa, & argumenta amicitiæ. Nam ꝙ nos non solum tantum amat quantum mater pia filios, sed etiam multo magis, audi quid di
Esai. 49. cat. Quòd si ēt oblita fuerit mater filiorū suorum, ego tamen tui non obliuiscar. Hoc aūt dicebat, significans suum in nos desiderium esse omni charitate naturali ardentius. Hæc aūt omnia apud teipsum considera, & amorem vehementem accendens, claramque flammam, & resplendentem charitatis efficies. Qm̄ ergo nihil apud nos homines æque solet accendere amicitiam, vt assidue meminisse beneficiorum, quæ accepimus: hoc etiam in deo faciamus. Apud nos consideremus, quæcūque fecit pp nos, ipsum cēlū, terram, mare, aerem, quę in terra sūt arbores, varios flores, iumenta, reptilia ea quę sunt in mari, quę in aere, astra, quę sunt in cœlo, Solem lunam, & semel dicam, omnia quæ
C videntur, fulgura, temporum pulchrum ordinem, diei & noctis successionem, annuas conuersiones, aiam inspirauit, rationem donauit, maximo honorauit imperio. Misit Angelos, misit prophetas, postea misit filium suum vnigenitum. Et post illa rursus, ipse quoque & per se, & per filiū vnigenitum, hortatur vt tu seruetis, nec
2. Co. 5 cessat Paulus in odiernum vsq; diem dicere pro Christo legatione fungimur, nempe deo per nos hortante, reconciliamini deo. Et ne hic quidem constitit, sed est tua natura acceptas primitias considere fecit
Ephe. 1. super oēm principatum, potestatem, & dominarum, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc sęculo, sed ēt in futuro. Nunc vere est opportunum dicere, quis loquetur potentias domini, auditas faciet oēs laudationes ei? Et illud rursus.
Ps. 115. Quid retribuam domino pro omnibus, quę retribuit mihi? Quid enim potest cum hoc honore conferri, quando primitię generis nostri, quod in tam multis offendit, quòd ignominia & dedecore affectum est, in tanta sedent altitudine, tantoque honore nunc fruuntur? Nec vero communia solum beneficia, sed etiam propria, & priuata apud te reputa, quēadmodum si quando fuisses delatus per calumniam, absolutus es ab accusatione, si quando cum media & intempesta nocte incidisses in latrones, effugiū illorū insidias, si quando ex damno tibi illato te expediueris, si cum in morbum grauem incidisses, refectus & recreatus es. Reputa quę p totam tuam vitam accepisti a deo beneficia, omnino ea per multa inuenies, non solum in tota vita, sed vel in vno die, & si vel let deus omnia beneficia, quibus nos quotidie afficit imprudentibus nobis, & nescientibus, in medium afferre, ne ea quidē enumerare possemus. Quot dęmones feruntur per hunc aerem? Quot aduersę potestates? Si ergo eis solū permittere terribilem illum suum & horrendum aspectum nobis ostendere, an non mente dimoueremur? An non periremus? An non omnino interiremus? Hęc omnia reputantes, & peccata quęcunque vel sponte, vel
D inscientes, admittimus (nam hoc quoque non est paruum reputandum beneficiū, ꝙ non singulis diebus deus nostra persequitur delicta) poteris deū diligere: qñ. n. cogitaueris quot peccata quotidie cōmittis & quot singulis dieb. beneficia accipis, quota dei lenitate, & clementia fruimur, & ꝙ
E si deus voluisset quotidie de tuis peccatis pœnas, sumere, ne breui quidem tpe vixisses, prout dicit ꝓpheta, Si iniquitates obPs. 129 seruaueris dñe, dñe quis sustinebit, ei ages gratias, & nihil erit tibi graue ac molestū eorū, quæ acciderint, sed videbis, ꝙ etiā si innumerabilia longe grauiora accidissent, nondum tamen dedisses pœnas quas merueras, & ita affectus magnum accendens desiderium, & poteris dicere cū propheta. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Est aūt operæ pretiū q̄ rere, quanam de causa hoc animal in medium adduxerit. Ceruus est quodammodo sitibundus, & ideo frequenter currit „ ad fontes aquarū. Efficitur aūt sitibūdus, „ & a natura, & ex eo qđ serpentes comedat, & illorū alatur corporib. Ergo tu hoc quoq; fac, Serpēte, qui intelligentia apprehendi

henditur, comede, peccatum humi proſter
ne, & poteris ſitire dei deſiderium. Quem-
admodum enim mala conſcientia efficit
nos ſordidos, & adducit nos ad ſeparatio-
nem: ita ſi noſtra peccata humi proſtraue-
F rimus, ſi improbitatem expurgauerimus,
poterimus reſpicere ad ſpiritale deſideriũ,
& cum magna animi promptitudine deũ
vocare, & vehementiorem amorem accẽ-
dere. Nec verbis ſolum, ſed etiam factis ca-
ne hanc obediẽtiam. Propterea enim Pſal-
mos nobis cecinit ille beatus, vel potius
gratia ſpiritus, non vt verba tantum dica-
mus, ſed eos factis quoq; meditemur. Ne
ergo exiſtimes te propterea huc ingredi, vt
verba tantum dicas, ſed vt quando canis,
cogites obedientiam a te eſſe pacto cõuen
to promiſſam. Quãdo enim dixeris, Quẽ-
admodum deſiderat ceruus ad fontes aqua
rum: ita deſiderat anima mea ad te deus,
cum deo pactum feciſti, ſcripſiſti ſyngra-
pham abſq; carta, & attramẽto, voce pro-
feſſus te ipſum diligere plus omnibus, &
nihil ei præferre, cuiuſq; amore ardere, ſi er
go egreſſus videris formoſam aliquam, &
impudicam mulierem in te eſcãtem, & ad
ſui amorem pellicientem, dic ei. Non poſ-
ſum te ſequi, cum deo pactum feci, præſen
tibus, fratribus, ſacerdotibus, doctoribus.
Profeſſus ſum, & promiſi per obedientiã
G eum ita diligere, quemadmodũ deſiderat
ceruus ad fontes aquarũ, vereor pacta con
uenta tranſgredi, illum vnũ deinceps amo
rem meditor, ſi videris argentum in foro
ſitum, & veſtes aureas, alios glorioſe ince-
dentes, ſtipatos famulis, & habentes equos
frænis auratis, ne te moueat illa viſio, ſed
tibi rurſus dic, ne, & dic tuæ animæ. Paulo
ante cecinimus, Quemadmodum deſide-
rat ceruus ad fontes aquarũ, ita deſiderat
anima mea ad te deus, & quod ſcriptũ eſt,
nobis attribuimus, idq; noſtrum eſſe feci-
mus. Nihil ergo amemus eorum, quæ ad
hanc vitam pertinent, vt ille amor nobis
purus maneat, & integer, & ne diuiſus fiat
imbecillior. Hæ diuitiæ omnes diuitias,
oẽm theſaurum, omnem gloriam, omnem
exiſtimationem, omnem claritatem nobis
largiri poterunt. Eas obtineamus, & nulla
re alia egebimus. Si enim, qui turpi amore
tenẽtur, & alicuius puellæ ſæpe etiã defor-
mis amore incenduntur, nec parentum mi
nas, nec amicorum conuitia, nec aliorum
multorum quicquam curant reprehenſio-
nem, ſed ad illam tanquam ad ſcopũ ten-
dentes, & domum deſpiciunt, & paternã
hereditatem, gloriam, & exiſtimationem,
& amicorum adhortationes contemnũt, H
exiſtimantes ſe magnam habere hotum
omnium conſolationem, ſi apud amicam
tantum in pretio, & honore fuerint, licet
ſit vilis, licet famoſa, & quæcunque demo;
ea fuerit, qui deum, vt oportet, diligũt, ſen
tient ne, vnquam quę ſunt inter homines
aut præclara aut moleſta. Nec pſentis qui
dem vitæ viſa apprehendent, vt qui ad il-
lum amorem dirigantur, ſed omnem qui-
dem ridebunt proſperitatẽ, & res omnes
aduerſas contemnent, vt qui ſint alligati
dei deſiderio, & nihil aliud cernant præter
quam illum ſolum, & eum ſemper viſione
apprehendant, & ſe eſſe omnibus beatio-
res exiſtimant. Licet in paupertate, licet in
ignominia, licet in vinculis, licet in affli-
ctione, licet ſint in extremis malis, in om-
nibus, quæ patiuntur, exiſtimabũt melius
ſecum agi, quàm cum regibus, admirabilẽ
quandam habentes conſolationem, quòd
ea patiantur propter eum quem deſiderãt. 2.Co.11
Quocirca Paulus quoq; cum eſſet in quo-
tidianis mortibus, in carceribus, in naufra
giis, in ſolitudinibus, in flagellis, in innu-
merabilibus aliis ſuppliciis, gaudebat, exul I
tabat, & gloriabatur, & nunc quidem dice
bat, Non ſolum autem in ſpe gloriæ dei, Rom.5.
ſed etiam gloriamur in afflictionibus, nũc
autem rurſus, Gaudeo in paſſionibus, & Col.1.
adimplebo, quæ deſunt afflictionib. Chri-
ſti in carne mea, & gratiam eã rem vocat,
ita confitens, & dicens, Nobis ita gratis à Phili. 1.
Chriſto donatum eſt, vt non ſolum in ip-
ſum credamus, ſed etiã pro ipſo patiamur.
Nos quoque ſtudeamus eſſe eodẽ animo,
& omnes quę incidunt moleſtias placidæ,
& lubenter feramus. Ferre autem poteri-
mus, ſi deũ ita amauerimus, vt amauit pro
pheta. Non ſolum enim ex hac obedien-
tia amorem videre poſſumus, ſed etiam ex
eis, quæ conſequuntur. Cum enim dixiſ-
ſet, Quemadmodum deſiderat ceruus ad
fontes aquarum, ita deſiderat anima mea
ad te deus, ſubiunxit dicens. [Sitiuit ani-
ma mea ad deum fontem viuum. Quando Legit
veniam, & apparebo ante faciem dei?] Nõ Chryſ.
dixit, Amauit anima mea deum viuum, ne ἰσχυ-
que amat anima mea deum viuum, ſed vt ρὸν
oſtenderet affectionem, amorem ſitim vo- fortem.
cauit, vtrunque nobis ſignificans, & ardo-

rem

K rem amoris, & eiusdem ppetuitatem. Quẽ admodum. n. qui sitiunt, non hoc in vno die patiuntur, & duobus, & tribus, sed per totam vitam, ad hoc nos ducente natura: ita etiam beatus ille, & omnes sancti, non vno solum die fuerunt in compunctione, sicut multi homines, nec duobus, nec tribus, hoc enim non est mirandum, sed assiduè, & singulis diebus, amare perseuerabant, & amorem augebant. Quod quidem ipse quoque significas, dicebat. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum, simul & causam volens dicere, & ostẽdere quomodo, quis deum amauerit. Hoc enim declarauit per ea, quæ sequuntur, cum dixit. Sitiuit anima mea ad deum, & subiunxit, viuum propemodum suadens, & vociferans omnibus, qui rebus huius vitæ inhiant. Quid in corpora insanitis? Quid corpora amatis? Quid gloriam desideratis? Quid Eccle. 1. cõcupiscitis voluptatem? Nihil eorum ma 1. Co. 7. net, & viuit perpetuo, sed difluit, & præterit, & est vmbra vanius, & somniis fallacius, & citius quàm verni flores corrumpitur, & interit. Quidni enim citius corrumpi dicam, & interire, cum alia quidẽ nos relinquant simul cum vita præsenti: L alia etiam antè dissoluantur? Incerta est eorum possessio, instabilis eorum vsus, & fruitio, velox est mutatio, in deo autẽ nihil est eiusmodi, sed viuit quidem, & manet perpetuo, nullam mutatione, nec vllam conuersionem suscipiens. Caducis ergõ, & momentaneis relictis, eum qui est 1. Ti. 6. æternus, & ppetuus, amemus. Neq; enim Secũdũ fieri potest, vt qui illum amat, pudore vnpotestã quam afficiatur, fieri non potest, vt abeo spiritus excidat. Fieri non potest, vt eo quem amat sancti, cui⁹ deficiatur. Qui amat quidem pecunias, vel conser- morte adueniente, vel etiam ante mortẽ, uatione euadit nudus ab iis, quę desiderat. Et quo a pecca que, qui præsentem amat gloriam idipsum to imu- sæpe accidit. Porrò autem corporum quo nes red que pulchritudo iis, quę ꝓdicta sunt mulduntur, to citius extinguitur, & omnia, quæ ad quos ip hanc vitam, vt semel dicam, ptinent, sunt se mo- caduca, & momentanea, & priusquam ad uet, quã sint, & appareant, protinus resiliunt. Spitum ip- ritaliũ autem amor contra se habet, assi se volue due viget, & floret, non nouit senium, nõ rit. susciꝑit vetustatem, nec vlli mutationi, & Iob. 1. conuersioni, & incertitudini futuri est ob- Ezec. 5. noxius, sed hic etiam iuuat eos, qui possi- Luc. 12. dent, & eos vndiquaque amplectitur, & eos, qui excesserunt non dimittit, sed vnà cum his peregrinatur, & vnà cum his recedit, & ipsis luminaribus eos reddit illo die clariores. Quæ quidem sciens quoque beatus Dauid, in dei amore perseuerauit, & amorem intus continere nõ sustinuit, sed iis, qui audiunt, omni rationem ignẽ ostendere contendit quem intus cõtinebat. Cũ enim dixisset, Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum, subiunxit. Quando veniã & apparebo ante faciem dei? Vide ardentem hominem. Vide inflammatum. Sciens enim se cum hinc recesserit, eum esse visurum ne expectat quidem dilationem, moram enim non patitur, sed hic nobis spiri- 2. Co. 5. tum ostendit Apostolicũ. Etenim ille quoque ingemiscebat propter diuturnitatem huius peregrinationis. Idipsum huic quoque vsu venit. Et ideo dicebat. Quando veniam & apparebo ante faciem dei? Et si esset quidem priuatus aliquis, humilisq; & abiectus, & uiuẽs in paupertate, magnum quidem esset uel sic uitam ꝑsentem contemnere: sed non esset adeò magnum, ut nũc est, ut qui rex est, & tantis fruitur A delitiis, tantęq; est glorię participes, & est innumerabiles uictorias cõsecutus, multaq; bella uicit, & est omni ex parte clarus, insignis, & illustris, hęc quidem omnia irrideat, diuitias, & gloriã, & omnes delitias, ad futura autem aspiret & inhiet. Hoc est magni cuiusdam, & excelsi animi. Hoc est animę quę tenetur studio sapientię, cœlesti amore uerè capta est. Eum nos quoque imitemur, & ne ꝑsentia admiremur, vt admiremur futura, vel potius admiremur futura, ne admiremur ꝑsentia. Si. n. in illis cogitandis ppetuo uersemur, & regnũ cœlorum, immortalitatem, uitam q̃ nunq̃ desinet, quæ ducenda est cum Angelis choream, futuram cum Christo conuersationem, gloriam illam quę nunq̃ interit, aut corrumpitur, uitam ab omni dolore liberã apud nosipsos consideremus, & quod lachrymę, probra, maledicta, & mors, labor, & tristitia, senectus, morbus, ęgritudo, paupertas, & calumnia, uiduitas, peccatum, & condemnatio, pœna & supplicium, et siquid B est aliud in uita ꝑsenti molestum & acerbum, ea omnia expulsa sunt, loco autem eorum introducta sunt, pax, lenitas, mansuetudo, dilectio, lętitia, gloria, honor, splẽdor, & alia, quę ne posset quidem oratio consequi, nihil nos rerum capiet præsentium

tium, sed poterimus nos quoq; dicere cum propheta, Qñ ueniam, & apparebo ante faciem dei, & ita affectos, nec res splendidæ, & secundæ nos efferent, nec insolentes efficient, nec q̃ sunt molesta, ac grauia, tristitia afficient, non inuidia, nõ uana gloria, non aliquid aliud nos unq̃ expugnabit. Ne huc ergo temere ingrediamur, neque aures expurgantes dicamus, sed ea q̃ audita fuerint p̃ baculo sumentes, egrediamur. Sufficit autem unusquisq; uersus ad nobis cõparandum plurimum philosophię, & ad corrigẽdam dogmatum sniam, & ad afferendum maximam uitæ utilitatem, & si unamquanq; dictionem exactè p̃scrutemur, admodum uberes inde fructꝰ colligemus. Neq; n. paupertatem, nec negotia, nec tarditatem hic opus ex p̃texere. Etsi. n sis pauper, & pp paupertatem libris careas, uel libros quidem habeas, non suppsit autem tibi otium, mihi tm̃ obserua, quę ex psalmo audiisti, q̃ hìc cecinisti, non semel nobis, non ter, sed sępe, & ex eo magnam capies consolationem. Vide ergo, uel ipsa psalmi auditio quãtum nobis thesaurum aperderit. Nec mihi dicat q̃spiam, Ante interpretationem nesciebam quid ualeret. Nam etiam ante interpretationẽ omni tpe, a uolente utcunq; aĩum adhibere bene potest intelligi, quod auditur. Si enim teipsum solummodo docueris dicere, Quemadmodum desiderat Ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus, Sitiuit aĩa mea ad deum fontẽ uiuum, Quando ueniam & apparebo ante faciem dei, id uel ante interpretationem suffecerit tibi ad omnem introducendam philosophiam. Nec hęc solum, sed etiam unaquæq; psalmorum auditio, eadem nobis suppeditabit diuitias. Nam si rursus dixeris, Beatus qui timet dñm, & potueris scire quidnam sit id qđ dicis non diuitem, non principem, non formosum, non eum, qui ualet uiribus, non eum qui ędes possidet magnificas, non eum qui gerit magistratus, non eum qui regnum obtinet, nullum deniq; alium, nisi eum, qui est pius, ac religiosus, qui studio sapientiæ tenetur, qui deum timet, beatum dices. Non solum propter futura, sed etiam propter p̃sentia. Nam etiam hac uita hiç quoq; est illo potentior. Nam si morbus quandoq; inuaserit, ille quidem indutus purpura, nihil a satellitibus & superba illa exteriori

ἀφορι-σμενοι τας ὑπαρ-χας.

Ps. 111.

visione iuuatur ad solandam ęgritudinẽ, sed & domesticis, & parentibus, & omnibus præsentibus, & aureis uestibus super eum positis & substratis, iacet ille aridꝰ ve luti in fornace. Qui est autem pius, & deũ timet, non patre, non seruo, non ullo alio p̃sente, postquam in cœlum non sæpe, sed bis & ter suspexit, omnem illam fornacem extinxit. Hoc etiam v derit quispiam euenire in rebus aduersis, & omnibus quę inopinato accidunt, eos q̃dem, q̃ diuitiis affluunt, clariq; sunt & insignes, turbari, eos autem, qui sunt pii, & sapientiæ studiosi, omnia ferre facilè, & placidè. Iã vero ante ea omnia, si nihil graue euenerit, eius qui deũ timet, cõscientia est & maiori, & sincere riori voluptate plena, quã diuitis anima. Pro. 12.

Ille. n. etsi externa voluptate fruatur, grauius afflictabitur omnib. qui fame vexantur, dũ sua mala in memoriã redigit, & cũ mala viuit conscientia. Hic autẽ, licet necessario alimento careat, erit tranquiliori & alacriori animo quàm ii, qui fruuntur omnibus deliciis, vt qui bona spe alatur, & suorũ rectè factorũ remunerationes quotidie expectet. Et nelõgiori vtẽs oratione, videar afferre molestiã, relinquens iis, qui sunt paulo studiosiores, legendam vnãquãque psalmi auditionem, & quæ in eo sita est scrutandã potentiã, hìc finiã orationẽ, illa suadens vestrę dilectioni, vt non hinc frustra ingrediamini, sed quæ audita fuerint tanquã margaritas sumentes, ea domi perpetuo conseruetis, & meditemini, amicisque & vxoribus ea omnia dicatis, etsi vlla vos vexet animi perturbatio, si excitetur cupiditas, si ita, aut quæ uis alia a ratione aliena perturbatio, ea assidue canatis, vt et in hac vita magna tranquillitate fruamur, & in futura vita bona eterna consequamur. Gratia & benignitate dñi nostri Iesu Christi, p̃ quẽ, & cum quo, gloria patri, & sancto spiritui, in sęcula sęculorum. Amẽ.

C

E

D

INTERPRETATIO *In xlij. Psalmum. Psalmus Dauid. Est apud Hebræos absque inscriptione.*

IVdica me deus, & discerne causam meã de gente non sancta ab hoĩe iniquo, & doloso eruas me] Hic psalmus est apud Hebręos absque inscriptione, vt qui habeat eandem

eandem sententiam cum precedente. Rogāt autem deum, qui hæc verba fecerunt, vt eos iudicet, & Babylonios, quorum magna erat seuitia, & beluinus animus, & ideo appellant eos gentem non sanctam. Quinetiam Regem eorum, uirum dolosum, & iniquum. Hęc autem de eo quoque docet admirabilis Danielis prophetia. [Quia tu es deus fortitudo mea, cur repulisti me? & cur tristis incedo dū affligit me inimicus?] Easdē rursus preces offerūt postulantes vt liberētur a crudelitate hostiū, q̄ in causa, vt essent semper mœsti, & tristes Illud autem, Cur, non dūt, tanquam accusantes, sed vt qui ipsi non fuissent socii aliorum, iniquitatis, & cum illis defecti fuissent superna prouidentia. Cōem tñ ꝓ omnibus fundunt orationem. [Emitte lucem tuam, & veritatem tuam. Ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum.] Hic mutarunt tēpus septuaginta, & tanquam quæ fuerint dixerunt, G quę futura sunt Fecerunt autem apertiorem interpretationem. Emitte lucem tuā, & veritatem tuam. Ad quem deducet me? Adducet in montem sanctum tuum. In tabernacula tua. Rogo, inquit, vt tuum assequar auxilium. Per id.n. possum liberari ab acerba seruitute, & in paternā terram reuerti, & in templo cōsecrato peragere dei cultum legibus constitutum. Tabernacula enim dei, templum vocauit. Montem autē sanctum, Sion, Lucem autem, & veritatē, iustam, & salutarem apparitionem. Quem admodum.n. tenebras vocat calamitates: ita etiam lucem, ab eis liberationem. Petunt autem cum luce, veritatem, vt qui petiissēt, vt de⁹ eos iudicaret & Babilonios, & apertē scirent, quod dēus vtēs veritate, & clementia, illos quidem esset condemnaturus, ipsos vero liberaturus. [Et introibo ad altare dei, ad deum, qui lætificat iuuentutem meam. Confitebor tibi in cythara deus, deus meus.] Symmachus hoc ita est interpretatus. Vt cū venero ad altare dei, ad deū lętitiā tranquillitatis animi mei, cōfitear tibi in psalterio deus deus meus. Cu H pio, inq̄t, reditum, tuum in primis expetēdum altare videre desideraus, & p il ud te dūm contemplari, qui oīs generis lætitiæ, & iucunditatis mihi ꝑbes materiam. Illic autem cum cythara hymnos canā more solito. Babylone enim in salicibus nostra instrumēta suspendimus, legis transgressio

Dan. 3.

Secūdū quid (vt aiunt) non aūt simpliciter.

Pſ. 136.

nem extra tuum locum tui cultū esse rati. [Quare tristis es aīa mea, & quare conturbas me? Spera in deo, q̄m adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & deus me⁹.] Hinc autem manifestum est, vtrunq; psa lmum eundem sensum habere. Se autem inuicē adhortantur, vt meliorem spem habent, et animi vincant perturbationem, & a deo salutem expectet, vt quæ sine vlla dubitatione danda sit.

IN EVNDEM PSALMVM, Alter. Psalmus Dauid.

COhæret priori psalmo, & eadem quę nunc exposuit. Vnde etiam simplicio rem inscriptioné adiecit. [Iudica me deus, & discerne causam meā de gēte nō sancta ab hoīe iniquo, & doloso erue me: quia tu es deus fortitudo mea.] Gentem non sanctā, & dixerit quispiā dici vniuersam peccatorū cōgregationem, multo autem magis demonum, qui quidē nos impie aggrediuntur. Cum eis quidem, vt iudicio contendat orat ꝓpheta, vt ipse quidem coronetur, illi verò condemnetur, q̄d cū carne careant, q̄ sunt carnis committant. Quinetiam orauit, vt liberetur ab homine iniquo, & doloso, est enim lingua dolosi terribilis, quæ verbis dolosis corda hoīum illaqueat. Intelligis autem hominem dolosum dici quoque diabolum. Dolosus enim dicitur, vt qui cum dolo Adam aggressus fuerit. Ipsum autem hominem Esaias quoque appellat. Sic autem dicit. Et insurget in domos improborum hominum, & in spem eorum vanam. Aegyptium hominem, & non deum, equorum carnes, & nō est auxilium. Hic cum dolosis quidem versatur, terribilis autem iure existimatur iis, qui decepti sunt, eū tamen declinare possumus, si a deo confirmemur. Quæ est autem dei confirmatio? Stabilimentum legis, quæ ab ipso data est. [Quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?] Vides ꝙ quæ sunt huius psalmi, inueniuntur consentire iis, quæ sunt in priori, præterquam quòd hæc verba cō K ueniūt personæ eius, qui peccauit, & resipuit. Qui enim peccatum agnouit, propter id quidem afflictatur, deum autem interpellat ab eius auxilio exclusus, & propter ea exclamat aduersus inimicos, qui intelligentia percipiuntur, ad quos auertendos

Gen. 1.

Esa. 31.

I Ephe. 6.

tendos cum ipse nō sufficiat, precatur eā, quæ subiunguntur. [Emitte lucem tuā, & veritatem tuam. Nunc enim, inquit, vetsor in tenebris, faciens ea, quæ sunt tenebrarū, & falsi tyrannide opprimor. Est.n. falsus, pater oīs uitii. Quā ergo lucē emittit? Deum verbum. Veritatem autem, ipsius spiritū præcatur accedere. Et quid adiicit? [Ipsa me deduxerūt, & adduxerunt in mō tem sanctum tuū, & in tabernacula tua.] Dicit fortasse monte legem, nihil est.n. dei lege altius. Tabernacula pcepta. In ipsis.n. Iudæi figunt tabernacula, vnusquisq; seipsum efficiens diuersā virtutum tabernacula. Intelliges autem etiam golgotha montem vere sanctum. In ipso.n. sanctus sanctorum, per crucem orbem sanctificauit. Tabernacula ergo, Bethleem, Sion, resurrectionem, præterea autem etiam assumptionem. Sæpe.n. in ipsis quoq; diuerse habitauit. Ad ea.n.a deo vero, & spiritu iure deducti sumus, & qūo aduersus inimicos posſimus consequi victoriam, in ipsis adsumimus. [Et introibo ad altare dei. Ad deum.] Quodnā altare? Proprie. Eius.n. in vniuerso orbe terrarum. Hoc est autem verē dei altare. In ipso.n. dei verbi sacrificium, qui pro nobis mactatus est, peractū est. Illic nostra iuuentus iure lætitia afficitur. Per crucem enim veterem exuentes, nouum Adā Christū induti sumus, a quo nostrę substantiæ renouata iuuentus iure lętitia afficitur. Et quomodo oporteat ad hoc altare ingredi audi. [Cōfitebor tibi in cythara deus deus meus.] Vides q̄ per confessionem introire ad altare dei, & renouari posſumus. Oportet autem in cythara cō texere cōfessionem, hoc est, in compūctione psalmorum, vel in mortificatione, vel in concentu virtutum. Mortificationē.n. nerui, concentum autem harmonia significat. Deus autem, deus, inquit, meus. Primum cum articulo, secundum sine articulo, vt eum doceat, qui est deus in omnibus. Eum deum eximium per Zelum inscribimus. [Quare tristis es anima mea, & quare cōturbas me?] Cur luges, inquit, vel turbaris animo? Adest.n. inquit, gaudium & trā quillitas, si ascenderis in spem, quę in deo sita est. Si autē dicat aīa, Et quomodo posſum sperare in deo, cum peccauerim, audi deinceps prophetam dicentem, quę sequūtur. [Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi.] Vbi autem est cōfessio, illic magna spes est familiaritatis cum deo. Et propterea adiecit Psalmographus. [Salutare vultus mei deus meus.] Vultus noster sunt sensus nostri. Eos cū suscepisset Christus, seruauit p mysterium incarnationis qñquidem fuerant corrupti à Dæmonibus.

Ioan.8.

Mat.27. Mar.15 Io.19.

IN XLIII. PSALMVM, Victoriæ effectori filiis Core.

DEus auribus nostris audiuimus, patres nostri annunciauerunt nobis, Opus, qđ operatus es in diebus eorū, & in diebus antiquis.] Alius, In diebus priorib. Ali⁹ In dieb. ab initio. Hunc psalmū dicit qđē propheta, dicit autē nō ex psona propria, sed ex psona Maccabęorum, narrans & pdicens, quę futura erant illo tempore. Tales enim sunt prophetę, omnia tempora percurrunt, prę sentia, pterita, futura. Quinā sunt autē hi Maccabęi, quidq; passi sunt, & quid fecerunt, necessarium est primum dicere, vt sint apertiora, quæ in argumento dicuntur. Ii enim, cum inuasisset Antiochus, qui dictus est Epiphanes, & omnia deuastasset, & multos, qui tunc erāt, a patriis institutis resilire coegisset, permāserunt illæsi ab illis tentationibus, & quādo graue quidem bellum ingruebat, nec quicquam possent facere quod prodesset, se abscondebant, nam hoc quoq; fecerunt Apostoli. Non enim semper apparentes in media irruebant pericula, sed nonnunquā & fugientes, & latentes recedebant. Postquā autē parum respirarunt, tanquam generosi quidem catuli, ex antris exilientes, & è latebris emergentes, statuerunt nō se amplius solos seruare, sed etiā alios quotcunque possent, & ciuitatem, & omnē regionem obeuntes, collegerūt quotquot inuenerunt adhuc sanos, & integros, & multos etiam qui laborabant, & corrupti erāt in statum pristinum redegerunt, eis persuadentes, redire ad legem patriam. Deum enim dicebant esse benignum, & clementem, nec vnquam adimere salutem, quæ proficiscitur ex pœnitentia. Hæc aūt dicētes, habuerunt delectum fortissimorum virorum. Non enim pro vxoribus, liberis, & ancillis, patrięq; euersione, & captiuitate, sed pro lege, & patria republica pugnabāt. Eorum autē dux erat deus. Cum ergo aciē dirigerent, & suas animas prodigerēt, sundebant aduersarios, non armis fidentes, sed

A

Macc.1.

Io.20.

Mat.10.

B

sed loco omnis armaturæ pugnæ causam sufficere ducentes. Ad bellum aũt euntes, nõ tragœdias excitabant, nõ pœanas canebant, sicut nonnulli faciunt, non adsciuerunt tibicines, vt fit in aliis castris, sed dei supernè auxilium inuocabant, vt adesset, opem ferret, & manum præberet, propter quem bellum gerebãt, pro cuius gloria decertabant. Videamus ergo, quid hæc castra dei loquãtur, quę sunt spiritali munita auxilio, cum sunt hostes aggressura. Deus auribus nostris audiuimus. Quia enim nonnulli eorum, qui cum ipsis stabant in acie, Antiochi multitudinem, instructam aciẽ, € & victoriam videntes, & quòd omnia primo impetu cepissent, propriamq; imbecillitatem, & paucitatem considerantes, molliores erant, & imbecilliores: eorum aĩos spiritusq; excitans, & ostendens, quòd in dei ductu vniuersum situm est, & absque exercitu, si is opem ferat, põt parari victoria: instar precationis compositam suasionem, & exhortationem facit ad commilitones, & deum alloquens, eos prõptiores reddit, & alacriores. Non est aũt hæc parua pars adhortationis. Neq; enim tantum virium habuisset ad eos conuersa oratio, sicut ad deum directa. Et ideo ꝓcedens dixit. Non in gladio suo possederunt terrã, & dextera eorum nõ saluauit eos. Hoc est enim eius, qui eos recreat, & reficit, qui sunt molliori, & imbecilliori animo ad labores suscipiendos, qui quærunt victoriã ex humana cõsequentia. Omnis ergo hęc precatio est ad milites adhortatio, quæ iubet vniuersum in deum coniicere, statuereq; ex spe in illum pendere victoriã. Cur aũtem non dixit absolutè, Audiuimus, sed nostris auribus audiuimus? Quanã enim alia corporis parte auditur? Nunquid quę dicuntur, sunt superuacanea? Absit. Sed D hic est mos communis hominum, qui qñ aliqua narrant, de quibus sunt facti certiores, & res magnas, & magni ponderis referunt iis, quibus ea non sunt vsq; adeo certa, aures semper adiiciunt, dicentes se auribus audiuisse. Non in hac autem solum actione, sed etiam in aliis hoc ipsum facere consueuimus, nostros ipsorũ sensus ꝓducentes in testimonium. Est ergo eorum, qui volunt fidem facere auditori, aures adiungere, Nam in oculis etiam, & in manibus hoc ipsum facimus, vt quando dicimus, Manibus nostris palpauimus. Porro autem etiam dicebant Apostoli. Quę vide- 1. Io. 1.
runt oculi nostri, & manus nostræ contre- ctauerunt. Vide autem eorum, vel hinc ex prooemio virtutem, qui cum tot, & tanta propter deum passi essent, a patria, & libertate excidissent, pericula adiissent, alii aũt in exilium acti, montes & solitudines pse querentur, nihil eorum interim dicunt, videlicet, hoc & illud passi sumus propter te. Da nobis auxilium, sed tanquã hæc eis deessent, quæ iure afferre possent, nec fiduciam ex suis factis haberent: ad ea, q̃ deus maioribus illorum fecerat, cõfugiunt. Eos enim, qui fiduciam non habent, hęc facere non est mirandum, cum eos ad hoc trahat necessitas. Quòd aũt illi, qui ꝓpterea quòd rectè fecerunt, magnificè loqui possint, nolunt ex iis seruari, sed ex dei benignitate quam in patres vsus est: hoc est magnum argumentum eorum humilitatis, prõpti autem, & alacris sui animi nõ paruam hinc quoq; causam statuunt. Sufficit enim dei, vel sola appellatio ad profligãda bella innumerabilia. Patres nostri annunciauerunt nobis. Audite quotquot vestrũ filiorũ nullã curã geritis. q̃cunq; carmina diabolica canentes, contemnitis diuinas narrationes. Sed non hi eiusmodi, sed in narrationibus ꝑclarorum dei factorum vitam assiduè consumebant, & duplex lucrum faciebant. Nã & qui beneficio affecti erant, dũ beneficiorum recordarentur, meliores fiebant: & qui ex illis descenderant, non paruum dei cognitionis argumentũ sumebãt ex his narrationibus, & incitabãtur ad imitãdam virtutem, eis enim libri erant ora eorum, qui ipsos genuerant, om- F nisq; schola, & omnis diatriba has habebat narrationes, quibus nihil erat iucundius, nihil conducibilius. Si enim rerum solum narrationis, fabulæq;, & figmenta, solent sæpe multos cõsolari auditores: multo magis hęc, quæ magnam ostendebant beneficentiam, potentiam, sapientiam, curam, & vnà cum voluptate auditorem excitabant, & meliorem reddebant. Qui.n. dum fiebant interfuerant, & visu excepe- rant, ea auditui tradebant, & ad fidem faciendam nõ minus valebãt auditus quàm visus. Non minus.n. credebant ii, qui non affuerant, nec viderant, quàm ii, qui affuerant, & viderant. Hoc quoque eos non parum exercebat ad fidem. Videamus autem quid narrarunt, & nunquid similis argumenti

UNIVERSIDAD DE MURCIA

menti meminerunt. Qui enim est aliquid rogaturus, & postulatum consecuturus ex data aliis gratia, eum oportere petere similia. Quod autem dico est eiusmodi. Petit aliquis famulus a nobis donum, si ostenderit alium quoque id accepisse, maximam affert rationem cur id debeat accipere, nisi exemplum lędat differentia. Differentiam autem dico personæ vel rei. Si enim qui accepit, talis sit qualis qui petit, & id quod petitur, simile, consistit exemplum. Si autem ille quidem iure accepit, G hic autem non itidem, postulatione maiori erit opus. Necesse est autem id quod dico manifestum facere ex scripturis. Chananæa postquam audit, Non est bonum accipere panem filiorum, & dare canibus, dicit. Etiam domine. Nam & catuli edunt de micis mensæ dominorum suorum. Et Paulus rursus scribens, dicebat. Si alii vestrę potestatis sunt participes, multo magis nos, ex personæ differentia se plus iuris habere ostendens. Et rursus scribens ad Philemonem, dicebat. Quia viscere sanctorum requieuerunt per te frater. Propter qđ multam fiduciam habens in Christo Iesu imperãdi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro. Hic est ex equo exemplum. Quando enim primus fuerit, qui accepit: veluti quandam secundo fenestram apetit, si similis sit, qui est petiturus, vel si eadem petat. Non solum autem ex iis, quæ aliis data sunt, sed ex iis etiam quæ in nos ipsos antea collata sunt, fit sæpe valida postulatio. Quod etiam fecit Paulus scribens ad Philippenses, & dicens, H Quoniam, & Thessalonicę, & bis, & semel quod mihi vsui futurum erat misistis. Et ideo multi, qui multis donant, hoc præcipiunt ne id dicant aliis, ne in vnum facta gratia, ei qui dedit multos petitores excitet, vtpote quod non possit subterfugium inuenire, qui dedit, quominus det alius. Et hoc quidem merito iubet homines, vt nõ qui dando fiant pauperiores. Deus autem contra prædicat, & proclãmat ea, quæ dat aliis, vt aliis etiam præbeat occasionẽ rursus ab eo petendi. Dando enim maiores eius ostẽduntur diuitiæ. Et ideo dicit Paulus. Qui diues est in omnes, & super omnes inuocantes eum. Vidisti nouam quandam naturam diuitiarum. Eam tu quoque imitare magnificentiam. Quando enim opes repositas consumpseris, tũc ipsas magis augebis. Si autem infoderis, ipsas tunc magis diminues. Et quid mirum si hoc accidit in spiritalibus, cum hoc fiat etiam in carnalibus? Si quis enim propter parsimoniam frumentum domi situm non cõsumpserit, nec in terrã iecerit, id vermibus exedendũ tradidit. Sin aũt dispersérit, maiorẽ messem colliget. Audite quotquot estis tardi ad eleemosynã. Audite, qui vobis diuitias seruando diminuitis. Audite, qui nihilo melius affecti estis, quàm qui sunt in I somnis diuites. Quæ sunt. n. præsentia, sũt somnio nihilo meliora. Sed quemadmodũ qui in somnis sibi videntur habere pecunias, licet fuerint regiæ gazę dñi, cum dies illuxerit, sunt oĩum pauperrimi: ita etiam in vita præsenti, qui nihil illuc auferre poterit, est oĩum pauperrimus, licet omnia possederit. In somnis enim solũ est dies. Si velis ergo mihi ostendere diuitem, tunc mihi ostende quando fuerit dies, quando in illam patriam receſſerimus, nunc autẽ non potero discernere diuitem, & paupẽrem. Non est. n. rerum veritas, sed potius splendida, & speciosa vocabula. Quemadmodum enim nõnulli appellat cæcos, græce polyblepontas, hoc est, multum videntes, licet res nomen nõ sequatur: immo ii sunt maxime non videntes: ita etiam nomen diuitum hic dico circunferri, eorum qui nihil illic possident. Qñ enim hic dies fuerit, tunc eum scio maxime esse pauperem. Nisi. n esset valde pauper, non valde ditesceret. Quemadmodum. n. cæcum, nisi omnino esset excæcatus, nõ appellassent ipsum polybleponta, hoc est, multũ videntem: ita hic etiam putandum est. De posita ergo deceptione nominũ, veritate K rerum arripiamus. Res enim nõ cõsistunt in nominibus, sed rerum naturæ effingũt nomina ex propria substantia. Hic vocatur diues, sed non est. Et quomodo nõ est, quando multum argenti, multum auri, & lapides pretiosi, & vestes auræ, & omnia alia ei affluũt? Quoniam non aurum, nec vestes, nec pecuniæ, sed eleemosyna facit diuitem. Hæc enim sunt fœnum, hæc ligna, & stipula. Quarumnã enim, dic quæso, vestium amictus illum ad terribile illud tribunal nudum stantem operire poterit? Quod pertimescens Paulus dicebat. Siquidem induti, non nudi reperiemur. Quænam pecuniæ eum venientem in periculum poterunt eximere? Quinam famuli

Mat. 15.

I. Co. 9.

Philem. 1.

Phili. 4.

Ro. 10.

Iob. 1. 1. Ti. 6.

2. Co. 5.

poterunt

poterunt adesse domino, qui flagellatur? Quænam domus? Quinam lapides pretiosi? Quænam balnea poterunt abstergere sordes susceptas ex peccatis? Quousque vosipsos seducitis? Quousque rerum veritatē nō cernitis, sed somniis inhiatis, cum prope atq; adeo in foribus sit iudicium? Sed reuertamur ad ea, q̄ sunt ꝓposita. Patres nostri annunciauerunt nobis opus,
L quod fecisti in diebus eorum, & in diebus antiquis. Potest etiam hoc verbum sumi anagogicè. Si enim illis patres narrarunt, sed & nobis etiam dedit dei gratia, vt quæ illis facta sunt, per sancti spiritus aduentum disceremus. Quomodo autem poterit q̄spiā hęc sumere anagogicè? Si ea trahat ad præclara nouæ gratiæ facinora, ꝙ Eph.1.
in cœlum sublati sumus, quòd regno digni sumus habiti, quòd deus homo factus Ioan. 1.
est, quòd soluit intermediam sæpis maceriam. Sed redeamus ad hystoriam. Opus quod operatus es in diebus ipsorum, in diebus antiquis. Meminit cuiusdam antiquę narrationis, & quę præclarè olim facta sunt, adducit. Et cur non alicuius noui & recentis meminit? Quoniam apud homines quidem iure, ea quæ sunt propheta rum narramus, & p ea ipsos attrahimus, vtpote, quòd sit eis imbecilla memoria, Deo autem ęquè sunt omnia cognita & vetera, & noua. Ecce enim, inquit, tu co- Eph.2.
gnouisti omnia antiqua, & nouissima vltima, & prima. Nihil autem refert an vetē rem, an nouam narrationem dixerit, modo sit obiecto conueniens. Quamnam au- Ps. 138.
M tem vult antiquam dicere narrationem? Audiamus. [Manus tua gētes disperdidit, & plantasti eos, afflixisti populos, & expulisti eos.] Agnouistisne quodnā bellum dicat, q̄ victoriam, quod trophęum? Opusne habetis, vt id a nobis declaretur? Existimo quidē multos iā intellexisse, quod dicitur. Propter eos autem, qui ignorant, necesse est aliquid nostrum addere. Quorumnam ergo trophæorum, quorumnam facinorū meminit? Eorum, quę in Aegypto, eorum quæ in deserto, eorum quæ in terra promissionis facta sunt, vel potius eorū, quæ
Nu. 14. in promissione. Neq; enim ii, qui ex Aegy
Heb. 3. pto egressi sunt, ii peruenerunt in Palæstinam, sed omnes ceciderūt in deserto. Q̄n ergo, qui ex illis nati sunt, & qui in deserto sunt educti, exierunt in Palæstinam, inquit, eis non fuit opus armis, sed vel ipso solo clamore vrbes ceperunt, & cū Iordanem transiissent, primam vrbem, quæ eis occurrit, Iericho, saltantium potius, q̄ bellantium ritu, diruerunt. Armati. n. non Ios. 6.
tanquam ad pugnā, sed tāquam ad concionem festum ve, ac choream egressi sunt, ornatus potius gratia, quàm vt tutiores essent, armis instructi, & sacris vestibus induti, & habentes leuitas, qui castra præce- A
debant, muros circuierunt. Et videri poterat spectaculum admirabile, & pene incredibile tot milia exercitus certo ordine, & numerose incedentia, in silentio summo, honestęq; ac decore, pinde ac nullus adesset, cum illo tubarum concentu, & modulatione omnia rectè gessisse. Erubescant, qui tumultuantur in ecclesia. Si enim, vbi tubæ resonabāt, tam pulcher erat ordo, & tanta moderatio: vbi deus ipse loquitur, quamnam veniam assequentur, qui propter suos tumultus impediunt, ne quę dicuntur exaudiantur? Sed cur, inquit, non meminit eorum, qui excesserunt ex Aegypto? Q̄m omnes ceciderunt, quoniā pœnas dederunt. Cur autem omnes perierūt? Q̄m valde peccarunt. Hic autem aliud quoque prouidit, vt qui Palæstinam erant occupaturi, mala quæ erant in Aegypto non vidissent, omnem nempe superstitionem, & omnem impietatem, & vt tantæ improbitatis, uullum magistrum haberent. Eos enim ita prœoccuparat Aegyptiorum cōsuetudo, & eos ita ceperat, vt post tot miracula ne in deserto quidem purè erroris reliquias abstergerent. Quod si etiam acce- B
pissent Chananæos prioribus deteriores magistros, quo non impegisset eorum impietas? Et ideo eos, qui nati erāt continuit in deserto, donec ad virorum ætatem peruenissent eorum filij. Hæc autem loquimur non ē domo nostra desumpta, sed ꝓducta ē scripturis. Nam per Ezechielem Eze.20.
deus hoc ipsum eis exprobrat, quòd cum eos in desertum eduxisset, & multum cum eis disseruisset, non audiebatur. Sed qua de causa iussit eos armis indui cum essent aggressuri Hiericho? Fuisset enim admirabilius, si hoc fecissent sine armis. Maxime ergo, cum iubeat aliquid humanum facere, & aliquod sensile auxilium accipere, hoc facit se demittens ad eorum imbecillitatē. Quid potuerunt enim arma efficere, ad muros diruendos? Quid vero clangor tubarū? Si enim fuissent bellum aduersus homines

UNIVERSIDAD DE MURCIA

mines, fuisset aliquod momẽtum in armis
Iud.6. reponendũ. Sin autẽ erant casura mœnia,
curnam armis induuntur? Porrò autem in
Gedeone quoq;, qui capti sunt, erãt nume
ro æquales iis, qui nõ capti sunt, oés enim
C manifesti fuerunt. Quamobrem ergo hæc
fiunt? Vt qui hæc iubentur, ad fidem deduc
cantur. Anima enim, quę coalita est cor-
pori, & nihil vnquam vidit incorporeum,
& sensilibus inhiat, ab iis, quæ videntur ad
Rom.1. ea, quæ mente comprehenduntur, deduci
opus habebat. Vnde etiam prophetis de
deo loquentibus opus fuit humanorum
membrorum meminisse, non vt illam na-
turam a corruptione, & interitu alienã ad
membrorum figuras formarent ac effinge
rent: Sed vt animã in sensilibus cum cor-
pore enutritam ex humanis docerent de-
creta, quæ sunt super hominem. Quoniã
ergo dei operatio est aliquid, quod appre-
henditur intelligentia, ne qui tunc erant,
non crederent, ponit etiã aliquid sensile. Si
enim dixisset, In septem diebus euertetur
vrbs vobis quiescentibus, & nihil facienti-
bus fortasse multi non credidissent, nunc
autẽ hæc præcepta, veluti quoddam funda
mentum, humanę menti subiicit. Et ne id
quod dr existimetis esse solummodo cõiec-
4.Re.5. turam, volo vobis narrare veterem histo
riam, quę cõfirmat, quod dicitur. Naamã
erat quidem Syrus. Eum cum lepra inua-
sisset, & propter eum morbũ erubesceret,
D vt qui in maximo periculo versaretur, ve-
nit ad Palestinam (breuitate. n. vtendũ est)
volens a propheta liberari hoc malo. Cum
ergo venisset, & in viri foribus constitisset,
vocauit medicũ. Ille autem exaudiit qui-
dem, non tñ est egressus, sed tantum misit,
iubens eum tingi in fluuio, Iordane. Ille
autem quoniam erat leue mandatum, nõ
multum habens ex sensili, & quod nõ ha-
bebat opus sublimi cogitatione, non credi
dit. Sed quid dicit? Putabam quòd egrede-
retur ad me, & imponeret manum suam,
& inuocaret deum, & curaret lepram. Vi-
des quomodo anima opus habuerit re ali-
qua sensili. Non existimasse. n. iussum me-
dici sufficere, sed manu opus fuisse, erat im
becillitatis eius, qui curabatur. florro autẽ
Matt.7. multa quoq; alia hinc soluuntur. Et ideo
Mar.7. Christus quoq; non semper verbo sanat,
sed etiam manu. Immisit enim manum in
os, & in linguam, & alicubi, quidem verbo
solo, alicubi autem volũtate solum omnia
faciens, curabat eos, qui accedebant. Quare ergo hoc faciebat? Propter imbecillitatẽ eorum, qui accedebant. Et vt scias hoc factum fuisse propter eorum imbecillitatẽ, E
laudabat eos, qui eiusmodi rebus minime opus haberent. Amen, enim, inquit, dico vobis, Non inueni tantam fidem in Israel, Matt.8.
quandoquidem non traxit eum in domũ suam Centurio, sed dixit eius iussum sufficere. In Ezechia itaque nihil tale fit, sed est
solummodo prædictio, & nihil humanum 4.Re.18
assumptum est, & ideo in eo quoque, qui
vxoris zelotypia laborat, iussa est res ali- Nu.5.
qua crassior. Quòd si velis hæc quoque su
mere anagogicè. Omnia. n. inquit, hæc fi- 1.Co.10
guræ eueniebant illis, Scripta sunt autem
ad correctionem nostram, ad quos fines se
culorum deuenerunt. Cogita apud te opti
mos ecclesiæ doctores pro tubã oratione
vtentes, & aduersariorum mœnia diruen
tes, & populum integra, & pfecta Iesu ar-
matura armatum, septem autem dierũ nu
merus iam ante, nobis soluit sabbatum.
Neq; enim eiusmodi legis præcepta prin-
cipaliter data sunt. Et ideo de sacrificiis q-
dem dicit, quis. n. ea requisiuit è manibus Esa.1.
vestris? Et rursus. Nunquid preces, & car- Hie.11.
nes auferent peccata vestra? Et rursus. Nũ- Amo.5.
quid hostias, & sacrificia obtulistis mihi in
deserto quadraginta annis? Et rursus. Cur
mihi affers thus ex Saba, & calamum sua-
ue olentem è terra longinqua? Et rursus.
sacrificiũ, & oblationẽ noluisti. Et rursus. Psal.39.
nũquid holocausta, & sacrificia vult deus, 1.Re.15.
vel ea exaudire? Et rursus. si voluisses sacri Psal.50.
ficium, dedissem. Et rursus. Obedientia me 1.Re.15
lior est, quàm victima. Et rursus. festa eii- Esa.1.
ciẽs, inquit odio habui, repuli festa vestra.
Auferà me sonum canticorum tuorum, F
& cantum organorum tuorum non exau
diam, & diem magnum non sustineo, & ie
iunium, & ferias odit anima mea. & rur-
sus. Non est hoc ieiunium quod elegi. Rur Ibid.58.
sus quoq; dicebat Ezechiel. Dabo vobis Eze.20.
præcepta nõ bona in quibus nõ viuetis in
ipsis. Ita etiam sabbatum hìc soluitur Sed
cur dicit, quis hæc requisiuit de manibus
vestris? Hoc vobis relinquo soluẽdum. Po-
teritis autem talia inuenire, si puram vitã
egeritis. Si enim Cornelium propter vitã
optimam vocauit ad arcanorum cognitio Act.10.
nẽ, & Eunuchum propterea, quòd studio- Acto.8.
se legeret, fecit etiã cognoscere: multo ma
gis eos, qui iam fidem assecuti sunt, si re-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

ctam vitam offenderit, docebit quæ sunt manifestiora. Quemadmodum enim vita immunda est impedimento quo minus ea
G cognoscantur, vt dicit Paulus, non potui
1.Co.3. loqui vobis tanquam spiritalibus, quoniã lites sunt in vobis, & contentiones, & rursus Esaias, scire vias meas desiderant, vt po
Esai.85. pulus qui fecit iustitiam, ita etiã vita munda deducit, & quærẽdi studium. Quærite,
Luc. 11. inquit, & inuenietis, quinetiam parabola eius, qui petit panes ab amico qui iam dormiebat, hoc ostendit. Propterea Salomon
3.Re.3. quoq;, quoniam petiit spiritalia, ea etiam accepit, quæ non petiit. Qñ autem, & assiduitas, & spiritalis petitio, & pura vita affuerit, cogita apud te quanta erit accipiendi facilitas. Atqui vel ipsa p se sola assiduitas plurimum potuit. Dico enim, inquit, vobis, etsi nõ propterea, quòd sit eius amicus, ei dabit, propter impudentiam tamen eius dabit ei. Sed reuertamur ad propositũ. Opus quod operatus es in diebus ipsorũ, in diebus antiquis. Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos. Vide quàm proprie dictione vsus est. Non eò, inquit, solũ rem deduxisti, vt illi quidem vincerent, hi vero vincerentur: sed omnia longius processerunt, licet antea quoq; non æquo certamine res gereretur. Illi enim possidebãt,
H hi vero erant aduenæ, sed tamen tanta facta est mutatio, vt illi quidẽ radicitus euellerentur, hi vero fierent ciues, & habitatores. Et ideo de illis quidẽ dicit, Manus tua gentes disperdidit: de Iudæis autem, plantauit. Manum autem dicit eius potentiam. Quòd si eos, qui aliunde aduenierant, & nec vrbem nec domum habebant, in qua sedes figerent, aut in quam se reciperent, reddidit tam cito potentiores iis, qui intus habitabant: multo magis nos patriis ejectos non despiciet. Quid est autẽ, Plantasti? Fixisti. Quod est. n. plantatũ, fit firmum, & stabile. Quid igitur? Dic quæso. Num migrarunt? Non abducti sunt in loca aliena? Abducti sunt certe, sed non propter imbecillitatẽ eius, qui collocauerat, sed propter vitium eorum, qui plãtati sunt. Nisi enim quæ fecerant, fuissent eis impedimento, nihil vetuisset quominus domi manerent. Afflixisti populos, & expulisti eos. Nonnulli dicunt hæc dici de Aegyptiis. Mihi autẽ videtur hoc quoq; dictum esse de gẽtibus.
I Nam de illis quoq; sumpsit supplicium, in vtroq; suam ostendens potentiam, in delendis scilicet inimicis, & suis confirmãdis. [Nõ. n. in gladio suo possederunt terrã. Et brachium eorũ nõ saluauit eos. Sed dextera tua, & brachiũ tuũ, & illuminatio vultus tui.] Alius. lux. [Qm cõplacuisti in eis.] Atqui vincebant omnes, armati in bellis. Armati quidem, sed non erat opus armis, sed deo duce. Vides quomodo loco orationis adtexit consilium, suadens vt omnia in deum cõiiciant eiusq; arbitrio permittãt? Quomodo autem rem vocat hæreditatẽ, cum patres, aui, & proaui terram nõ obtinuerint, sed alio tempore consumpti sint? Quia fuit facta patribus promissio. Hucenim, inquit, in terram, quam tibi ostendere, & dabo tibi terram & semini tuo. Cum autẽ dixisset dexteram, & brachium, quoniam paulo crassius meminit dictionum, vide quomodo attollit orationem, rursus subiungens, & dicens. Et illuminatio vultus tui, hoc est, defensio, prouidentia, velle enim, & adesse illis solum sufficerit. Deinde etiam causa. Quoniam complacuisti in eis. Hoc est, qm dilexisti eos, qm voluisti. Res itaque quæ fiebant erant gratiæ, non rectè factorum, nec id ex propria virtute assecuti sunt, sed ex dei benignitate. [Tu
K es ipse Rex meus, & deus meus. Qui mandas salutes Iacob.] Alius. Mandans de salute Iacob. Et quænam est hæc consequẽtia? Magna quidem cum iis quæ dicta sunt. Quod enim dicit, est eiusmodi. Nos ab illis originem duximus, & tu deus ille ipse es qui & tunc & nunc illa fecisti. Vndenã ergo est tanta mutatio? Nõ enim alius quidem ille deus, tu vero alius, sed tu idem ipse es. Neque vero rursus tu quidem idem es, ego vero alium deum inscribo, sed tu es rex meus & deus meus. Ab imperio tuo non resiluimus, alium ducem non inscripsimus. Qui mãdas salutes Iacob. Hoc est, & deus idem, & eadem est prouidentia. Vndenã est ergo rerũ mutatio? Quid est ergo, qui mandat? Qui præcipit, qui iubet Iacob vt seruetur. Hic rursus ostendit magnam auxilii facilitatem, & maximã potestatẽ. Sed neq; parẽtis, nempe Iacob, temere meminit, sed vt causam suã magis probet eius virtutẽ adducit, volens sibi deũ reddere propitiũ. [In te inimicos nostros ventilabimus cornu.] Et tu idẽ es, inquit, & prouidentia eadem, & nos nostra tibi adscribimus, & eisdem armis vsi sumus. Hoc enim
L sibi vult illud, in te inimicos nostros ventilabimus

tilabimus cornu. Alius autē dicit. Eos qui nos affligunt cornu petemus [Et in nomine tuo spernemus insurgentes in nos.] Alius. Conculcabimus. quid, inquit, dico, in te? Vel nomē tuū solū inuocare, sufficit ad oīa egregie peragenda. Nō dixit enim vincemus, sed superabimus, sed nihili ducemus, nec eos esse aliqd putabimus. Hoc enim sibi vult illud, in te inimicos nostros ventilabimus, & in nomine tuo nihili ducemus insurgentes in nos. Non enim existimabimus eos esse aliquid, nec perterrebimur, sed tanquam qui nihil sunt persequemur. Quod significans alius interpres, dixit, conculcabimus, per vim partā victoriam, instructam absq; certantine aciem, pugnam sine metu ostendens. [Non. n. in arcu meo sperabo.] Alius. Confidit. [Et gladius meus non saluauit me.] Et quare his vsus es? Cur aūt armatis, & arcū, & gladiū tractas? Qm̄ ita iussit deus noster, propterea eis vsus sum, vniuersum autē in eū coniicio, & eius arbitrio permitto. Ita docebantur bellare cum inimicis sensilibus, superno auxilio muniti. Ita etiā cum iis, quos sola apprehendit intelligentia. Tu quoq; quando aduersus diabolum bellum geris, dicita. Non confido meis armis, hoc est, non meæ virtuti, nec meæ iustitiæ, sed dei misericordiæ. Ita etiā dicebat Daniel, non in iustitiis nostris nos iactamus misericordiam nostram ante te. [Saluasti enim nos de affligētibus nos & odiētes nos cōfudisti.] Alius. Quia seruasti. Quid opus est, inquit, dicere vetera, & q̄ facta sunt a maioribus, nos, inquit, ipsi habemus multa pignora prouidētiæ, & gloriosa trophea, frequentesq̄; & admirabiles, & incredibiles victorias enumerare possumus, ꝓpter ea enim dixit, & odientes nos confudisti, ostendens se non solum nos liberasse, nec tātummodo eripuisse, sed cum magno decore eorum, qui nos inuadebāt. [In deo laudabimur tota die, & in nomine tuo cōfitebimur in seculum.] Alius. Deum laudamus toto die. Victoria, quidem, inquit, præteriit, nobis aūt manet gratiarū actio. Totum enim diem dicit totam vitam, nō enim cessamus, inquit, tuum laudare & celebrare auxilium. Hoc est. n. nostra gloria, hoc, gloriatio in eo apud omnes nos iacta mus, non quòd ciuitatem magnam habemus, & admirabilem, nec quòd primi vincimus, nec q̄ viribus corporis sumus superiores, sed quòd verum deū habemus, in hoc gloriamur. Non solum quando no nobis beneuis, sed etiam quādo relinquis. Hoc. n. est, Tota die, sicut etiam dicit Paulus. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Christi. Nulla est enim alia eiusmodi gloria. Quocirca rursus dicit. Non solū autem; sed etiam gloriantes in deo. Nihil. n. potest conferri cum hac gloriatione. Nemo ergo se iactet, & glorietur ꝓpter diuitias, nemo propter ea, quæ ad hanc vitam pertinet, sed propter hoc solum quod habeat deum dūm. Hoc est oī libertate melius, hoc est ipsis cœlis præstātius. Si enim huius vel illius dici, gloriandi occasionem sæpe attulit apud homines, cogita quantā afferat gloriam dei dici. Quocirca Paulus quoq; hoc pro magna authoritate posuit, dicens. Qui aūt Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & cōcupiscētiis. Diapsalma. Alius. Semper. Hebreus autem hoc selah. [Nūc autem repulisti, nos, & confudisti nos.] Alius. Quanuis repulisti nos. Alius. Sed ad hæc reiecisti. [Et non egredieris deus i virtutibus nostris.] Alius. Et non progredieris in militiis nostris. Repulsionem. n. statim pudor sequitur, & ad mala patienda esse oībus expositum. Copias aūt hic appellat eorum exercitum, qñ quidem in eis est regis potentia cum deus hoc summo cōsilio prouiderit, vt esset hoc principi, & iis quę eius reguntur imperio, vinculum. Nam & rex iis opus habet, qui eius iussis pareant, & hi eo qui illis præsit, & alter alterius auxilio indiget. Ne aliqua. n. esset arrogantia, effecit deus, vt magna sępe paruis egerent. Hoc ipsum fecit ēt in rebus inanimis. Labantem. n. columnam subiectus sæpe calculus firmā stabilemque prestitit. Et nauigiū, in quo q̄plurimi sunt vectores, paruus clauus dirigit, & liberata periculis. Quid est aūt, Quauis repulisti nos? Licet, inquit, tot & tāta passi sumus, a te no deficimus, te laudantes, gloria afficientes, & in te gloriantes. [Auertisti nos retro post inimicos nostros. Et q̄ oderunt nos, diripiebāt sibi.] Alius. Posuisti nos extremos cuiusuis inimici. Vide quō mala verbis extollit, & calamitatē verbis amplificat ostēdēs eos ēt si essent peccatores, satis tñ pœnarū dedisse. Hoc ēt fecerunt pueri ex redundanti quadam copia in fornace tunc cauentes, & dicentes. Tradidisti nos in manus inimicorū nostrorum ꝓssimorū

Spernemus. ἐξουδενήσομεν nihil ducemus.

M

Dan. 9.

A

B

Gala. 6.

Hier. 9.

Gal. 5.

κατισχύσας Virtutibus.

δυνάμεσι copiis seu potentiis.

C

Dan. 3. preuaricat eorumque, & regi iniusto, & pessimo vltra omnem terram. Et rursus. Imminuti sumus plusquam omnes gentes, sumusque humiles in vniuersa terra. Hoc ipsum hic quoq; significat propemodum dicés, Omnibus hominibus viliores, & abiectiores redacti sumus, quandoquidem sumus tua nudati prouidétia, & nec eo vsq; quidem mala nostra steterunt, sed etiá prę da facti sumus inimicis, qui nos suo arbitrio diuidebant. Hoc enim sibi vult, Diripiebant sibiipsis, hoc est, nullo prohibente. [Dediſti nos tanquá oues escarū, & in gétibus dispersisti nos.] Alius. Vétilasti, aut crebrasti nos. Quid est, tanquá oues deuorationis? id est, Feciſti nos, inquit, ad inuadendum facillimos, nos viles esse ostendés. Sunt enim aliquæ oues acquisitionis, quæ sunt aptæ ad generandum, sunt vero aliæ, quę propter senium, vel propter sterilitatem, sunt tm vtiles ad comedendum. Et id qđ est acerbissimum, & omnium grauissimū, nempe in gentes esse dispersos, illis eo erat grauius q̄ ne legem quidem possent illic accuratè, & perfectè seruare, & quod a patriæ reipublicæ institutis excidissent. Et non in vnam gentem, sed vbiq;, inquit, dispersi sumus, & ad vnum solum, nępe male patiendū, parati sumus, vlcisci autē, aut manus extollere non possumus. Hoc.n. significat similitudo ouium. [Vendidisti populum tuum sine pretio.] Alius. In nō substantia. Alius. Non substātiæ. [Et non fuit multitudo in commutationibus eorum.] Alius. Et non multum feciſti pretium eorum. Videtur dictum esse valde obscurum. Sed attendite, vt psallatis cum intelligétia. Quid est ergo qđ dr? Quā sint viles, & abiecti ostendit, nempe nullius pretii. Tanquā vilis, inquit, pretii abiectosq;, & contemnendos nos dimisisti. Hoc autem dicit more humano, Solemus.n. quæ parui fiunt, & sunt vilia, dare vel sine ptio. Quæ autē magnifacimus, ea si vendamus, magno pretio vendimus, quæ vero parui, ea vel gratis damus. Improbos itaque serūos alii quidem dimidio pretio alii vero nullo accepto pretio vendiderant. Si minori autem pretio tradere, ostēdit quàm sit vile, quod venditur, nullo dato pretio accipere, sed sine pretio, multo magis. Hoc ergo dicit, Perinde ac si homo quispiam rebus suis cedat sine pretio, ita etiam ipse nos tanquam nullius pretii dimisisti, nos valde cōtempsisti.

Eſcarū βρέσεως deuorationis.

D

E

Hoc itaq; significat ét per id quod subiungit. Et non fuit multitudo in commutationibus eorū. Hoc est, In emptione nostra. Et ideo dicit alius. In appretiatione nostra. Pretium.n. est q̄ datur permutatio. Sæpe.n. seruum damus, & aurū, vel argētum accipimus. [Posuisti nos in opprobriū vicinis nostris, subsannationem, & derisum his, qui in circuitu nostro sunt.] Alius. Pōpā iis, qui in circuitu nostro sunt. [Posuisti nos in similitudinem gentibus.] Graue est hoc suppliciū, & intolerabile ab impiis maximè ꝓbris affici, ab inimicis hæc pati, esse circūcirca, q̄ eis insultēt, & eos vndiquaq; circuiri ab iis, qui probra ingerunt. Quid est autē parabola? Narratio probrum. Erāt .n. circuncirca quidā scelerati, nulloq; sensu p̄diti, qui non solum non miserebātur, sed probris ét, & contumeliis afficiebant, qđ eos maxime augebat. Mihi autē vī hic dicere Arabes, qui prope eos habitabant. [Cōmunionem capitis in populis.] Alius. Transmotioné. Hebręus autem menod. Vel hoc ergo dicis, Transmouesti nos, vel per gestum motus capitis ostendit valde lætantis insolentiam. [Tota die verecundia mea contra me est.] Alius. Ignominia. [Et confusio facie meæ cooperuit me. A voce exprobrātis, & obloquētis.] Alius, & maledicentis. [A facie inimici, & p̄sequentis.] Hæc supplicia eos magis cruciabant. Qm̄ enim eis semp, & assidue eueniebant res secundę, & hostes vincebant, oium rūe ora aperta sunt, cum ipsi cecidissent, afflictiq;, & prostrati essent, & nec respirare quidem poterant, sed perpetuum supplicium expectabant. [Hæc oia venerunt sup nos, nec obliti sumus te, & inique non egimus in testamento tuo.] Alius. Nec fraudē faci-
mus pacto tuo. Nos, inqt, aliis cōtraria via ingressi sumus. Illi.n. antequā res vllæ aduersæ eueniſſent, prostrati sunt, nos aūtē post res aduersas grauesq; calamitates, firmo & immobili animo consistimus. Hæc autē dicūt, vt bono sint animo, & bonam G spem concipiant, qui cum eis sunt, hortantes. Et ideo cū Daniel, & tres pueri dicant, Dan. 3. Peccauimus, iniuste fecimus, hi dicūt, Nō inique egimus in testamento tuo, commilitonum animos, & spiritus excitantes. Si enim, inquit, maxima passi sumus, & ab eis originem ducimus, qui magnis affecti sunt beneficiis, & calamitatibus minime declinauimus, spes est nobis magnæ salutis.

Eorum, ἐμῶν, nostris. Similitudiné, παρα βολήν, parabolam. F

salutis. Quod ergo dixi a principio, hoc quoq; nunc dico, ꝙ loco orationis eis addunt animos, perinde ac si eis diceret Qua nã de causa spem salutis abiecistis? Deũ habemus, qui nos defendit, etsi quid peccauimus, satis pœnarum pendimus in tentationibus fortiter restitimus, eum qui peccato rum semper curam gerit, viæ ducem habemus, & ideo bonus exitus est a nobis omnino expectandus. Quid est autem, Non iniquè fecimus in testaméto tuo? Hoc est. Non inique nos gessimus in iis, quę nobis credita sunt, sed ea perfecte custodiuimus. Est enim maxima iniquitas, quando quis transgreditur legẽ, quæ vindicat, quę non sinit, vt vel a ꝓpinquis iniuria afficiamur, vt vitium prohibet, quando quis est ingratus in eum, q tot nobis bona præbet. [Et nõ recessit retro cor nostrũ.] Alius. Non abscessit. [Et declinasti semitas nostras a via tua.] Alius. Nec inclinata, sunt quę nos erigũt. Alius. Et nõ auersum est retro cor nostrũ, nec declinarũt gressus nostri a via tua. Quod prius dixit, hoc etiam hic dicit, qđ in tantis malorum fluctibus ne tantillum quidem labarunt. Pulchrè autem sic dicit. Quemadmodum enim lex ducit ad anteriora: ita iniquitas retro statuit, & quèadmodum lex iubet recta via ingredi: ita etiã iniquitas traducit hominem in locum defertum, & inaccessum. Viam ergo hic dicit legem. Illud autem, Declinasti, quod alii dicunt, Nec inclinata sunt, quæ nos erigunt, a via tua. Hebræus dicit vetat aserenu mini areheca. Siquis autem velit sequi interpretationem septuaginta, & non aliorum, illud, Declinasti semitas nostras a vita tua, hoc est, procul a templo tuo nos collocasti, & in aliena terra fecisti habitare, quod non permittebat, vt tuus cultus perageretur. [Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis.] Alius. In loco inhabitato. Alius. In loco sirenum. [Et cooperuit nos vmbra mortis.] Alius. Obstruxisti nos. Hęc mihi esse vr redditio, eo ꝙ superius dictũ sit, vbi mala narrabant, dicentes, Et cõfusio faciei meæ cooperuit me. A voce exprobrantis, & obloquentis. Qm̃ humiliasti nos. Siquis ita acceperit, vt referatur ad illud, Declinasti semitas nostras a via tua, habet hic consequentiam conuenientem sensui quem diximus. Significat. n. qũo eos a viis suis repulerit, legibus, inquam, & institutis, ꝙ eos in loca deserta abduxerit, & inter inimicos dimiserit. Hoc enim significat illud, Cooperuit nos vmbra mortis, pericula dicens, quæ mortem pariunt, & quibus mors est proxima quèadmodũ dolores mortis, & inferorũ portas vocat scriptura. Ineuitabilia autem esse mala hìc per vmbram, & operimentum ostẽdit, & quę nec vllam liberationem, & ne minimã quidẽ inuenire possint respirationẽ. [Si obliti sumus nomẽ dei nostri, & si expãdimus manus nostras ad deũ alienũ. Nunqd deus requiret ista? Ipse. n. nouit abscõdita cordis.] Hoc est bonorũ seruorum, malè patientes dñm colere, & obseruare. Hęc sunt documenta philosophiæ. Hìc etiam docent auditores non simulare, sed deum toto corde adorare. Nouit enim, inquit, abscondita cordis. Hæc autem dicunt, eos terrentes nequid deo indignum cogitent. Vide autem magnum virtutis incrementum. Subiungit enim, dicens. [Qm̃ ꝓpter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis.] Magnum est. n. & manere dei cultores, & ad alium non defecisse: multo autem maius est, cum mors assiduè & quotidiana pericula immaneant, talem conseruare dilectionem. Cõsidera autem quãtum sit genus philosophiæ, cum ipse quoque Paulus eo vtatur, A postolicorum periculorum procellas ennumerans in epistola ad Romanos. Quot ergo hi coronis digni fuerint, quando in veteri ad eandem mensuram certamĩnum, quæ susciepienda erant in nouo, peruenerint? Quod enim dicit Paulus, Quotidie morior, hi hoc quoque, non experientia, nec euentu, sed animo. Quare autem dixit, Propter te? Licebat, inquit, deficere, & a patriæ reip. institutis recedere, & tutos esse, sed malumus, male pati, & patria seruare, quàm postquã a patriis institutis exciderimus in pace vitam agere. Aestimati sumus tanquã oues occisionis. Tam facile, inquit, nos interimunt. Hic autem ostendit eorum mansuetudinem. Sed tñ quamuis simus tã facile expositi, firmo tñ, & immobili animo permanemus. Hìc etiam dei iure admirãda est potentia, ꝙ eos, qui tanquam occisionis oues erant expositi, conseruauerit, & quotidie morientes non fuerit in mortem incidere. [Exurge, quare obdormis dñe?] Alius. Quare es tãquam dormiens? Alius. Expergiscere. Alius. Euigila. [Exurge, & ne repellas in finem. Quare faciem

H

I

K

Rom. 8.

i. Co. 15

L

tuã auertis?] Alius. Abscõdis. [Obliuisceris inopię nostrę, & tribulationis nostræ.] Alius. Miseria nostræ. Qđ autẽ dicit, est ejusmodi. Potes mala soluere, neque. n. pp tuam imbecillitatem, sed ex tua promissio ne hæc fiunt. Somnum hic dicit quietem, & exurrectionem, retributionem, & facię, protectionem, prouidentiam, curam, auxilium. Cur obliuisceris inopię nostrę? Vide rursus pium, & gratum animum. Non dixit, Recte factorum, non dixit, Animi firmi, & immobilis, non dixit, Animæ probatæ in tentationibus, sed quando se quidem defendunt illa ponunt, quando autẽ petunt auxilium, ex iis, vt salui fiant, postulant, ex quibus ii, qui sunt cõdẽnati. Quoniam, inquit, satis pœnarum dederunt, qñ extrema passi sunt. Hoc etiã sępe facit Paulus, & alii prophetæ. Atque hæc hi dicebant, cum nihil adhuc scirent nec de gehẽna, nec de regno, nec vllam adhuc talem di dicissent philosophiam, & omnia facile ferebant. [Qñ humiliata est in puluere anima nostra. Cõglutinatus est in terra veter nr̃.] Qñ dixit, Obliuisceris inopiæ nostrę, hoc est, afflictionis, dicit deinceps afflictionem. Quod autem dicit, tale est. Periimus, defessi sumus, nihilo meliori sumus conditione, quàm mortui. Iure autẽ dixerit quispiam, eorum etiam, qui rebus præsentibus affixi sunt, animam in terram esse humilitam, eorumq;, qui gulæ seruiunt, ventrem esse terræ agglutinatum, etenim qui amore quoq; vinctus tenetur, & luto inhiat, & incorpoream, quæ in se est, facultatem cineri mãcipat, iure hæc patidicatur. Quid enim aliud est pulchritudo corporis, nisi puluis, & lutum, atq, adeo quidpiam his etiam deformius ac tetrius? Quòd si fidem
A non habes, cõsidera sepulchra hominum, & videbis lutum, & puluerem. Quando. n. facies vitam præsentem exuerit, tunc appa ret id quod est, immo verò etiã ante mortem, qñ senectus inuaserit, quando morbus affixerit, tũc videbis id quod apparet, est enim lutum, sed vt peritus artifex, vel ex vili, & nullius pretii materia fecit ingentem oriri pulchritudinem, non vt formiceris, sed vt tibi suam ostẽderet sapientiam. Me ergo artifici iniuriam feceris, nec commiseris, vt eius sapiẽtiæ opus, stupri, & impudicitiæ à te fiat receptaculum. Formam eo vsq; mirare, vt gloria & honore afficias artificem, vlterius autem ne progrediare, animi perturbationẽ excitans. Pulchrum opus. Is ergo qui fecit, est adorandus, non contumelia, & probro afficiendus. Si quis, dic, quæso, auream alicuius statuam, & regiam imaginẽ cœno, & aliis eiusmodi fœdauerit, nõne vltimum luerit supplicium? Si qui inter homines stulte, & scelerate se gerit, tanti reus est supplicii: qui dei opus tanta affecit ignominia, quid tandem patietur, & maxime quando, qui hæc facit, B habet vxorem? Ne mihi enim dixeris naturæ cupiditatem. Propterea enim permissum fuit matrimonium, ne vltra proprios terminos progredereris. Vide enim, quanto dignus eris supplicio. Nam deus tuæ quieti, & honori prospexit, vt & naturæ rabiem per vxorem compesceres, & hoc absq; vllo periculo faceres, & ab omni turpitudine, & dedecore liberareris. Tu autẽ eum, qui tantam tui curam gerit, ex redundanti quadam, & exuberãti copia iniuria afficis. Dic enim mihi, quæso, si noluisset legelata statuere matrimonium, quantam vim, & quantum cruciatum sustinuisses? Cum ergo oporteat te ei gratias agere, & gloria afficere, quòd tibi maximam laboris partem amputauerit, dum tibi non vulgare solatium excogitauit: tu per summũ ingrati animi crimen eum contumelia affi cis, & omnem pudorẽ exuis, & terminos 1.Co.6. tibi præscriptos transilis. Nõ audis Paulũ, & nunc, & in medio clamãtem, Fugite fornicationem, vel potius Christum, qui eius mouet animum? Cur alienã edisti pulchritudinẽ? Cur de vultu nõ tuo curiosè scrutaris? Cur ferris per præcipitia? Cur retibus te ipsum illaqueas? Oppone murum C tuis oculis, tuos oculos obstrue, impone legem tuis oculis. Audi Christum minantẽ, Matt. 5. & impudicum aspectum tãquã adulteriũ, condemnantem. Quid te iuuat voluptas, quando ea vermem parit, quando metum perpetuum, quãdo immortale ei, qui fecerit, supplicium? Quanto est melius dum, nostrarum cogitationum vim parũper sustinemus frui perpetua animi quiete, & trãquillitate, quam dũ nefariis nostris cupiditatibus paululum indulgemus immortali cruciatu afficì? Ne ò filii, ne ita faciatis. Non bona est fama, quam de vobis audio. Scio ad quos dirigatur oratio, non ad omnes, sed vbi vulnus inuenerit, illic medicamentũ adhibet. Cur matrimoniũ violas? Cur cubile iniuria afficis? Cur membrum

talis loquendi modus in rebus.

tuum

tuum probro persequens? Cur famæ tuæ maculã, & ignominiã inuris? Exscinde animi perturbationẽ, tolle delitias. Delitiæ.n. & ebrietas sunt fons fornicationis. Si otio & animi remissione nõ vtaris, vt oportet, id affert tibi afflictionem. Audi quid passi sint iudæi, qui fornicati fuerant, qui corporis Christi non fuerant participes, qui spiritalis mensæ fructũ non perceperãt. Nec fornicemur, inquit, sicut nonnulli eorum fornicati sunt, & ceciderũt in vno die 23. millia. [Exurge dñe, adiuua nos. Et redime nos pp nomen tuũ.] Alius. sta nos defendens, & libera nos pp misericordiã tuam. Vide quõ cõcluserunt orationem post innumerabilia, q̃ ab eis recte, & ex virtute facta fuerant. Vndenam salutẽ assequi æquũ censent? A misericordia, a benignitate, & clementia, pp nomen dei. Quid est, Propter nomen tuum? Ne ipsum ꝓphanetur, ꝙ ipse ẽt sæpe dicit. Facio pp nomen tuum. Vidisti humilitatem, & cõtritum animum. Et vndenam petunt salutem? A clementia, a misericordia, tanq̃ sine quibus recte facta deficerent, & nullam iustam salutis causam afferre possent, licet tot, & tanta pericula laboresq; susceptos iactarent. Nos quoq;, qui in gratia sumus, eos imitemur, & deo gloriam emittamus. Cui gloria, & potẽtia nũc, & semper, & in sęcula sęculorũ. Amẽ.

D
1.Co.10

EIVSDEM IN XLIIII. PSALM.

E *Epinicion pro floribus filiorum Core. Alius Victoriæ effectori propter lilia filiorum Core. Hebræus pro lilijs dicit, ad Iosanim. Intelligentię canticum in dilectum. Alius. Scientis canticũ propter amicitiã. Alius. Dilectis. Hebræus autem dicit, Ididoth. Septuaginta aũt in finem pro his, qui cõmutabuntur, filijs Chore, ad intellectũ, Canticũ pro delicto.*

ERuctauit cor meum verbum bonũ.] Alius. Erupit. Alius. Motum est cor meũ verbo bono. Vellẽ nunc adesse ões iudæos, & gẽtiles, & hoc libro a iudęis accepto, psalmũ ita legere. Neq;.n. ignoratis, & in iudicijs, & vbiq;, tunc maxime a suspitione remotũ esse rerum testimoniũ, qñ id fertur ab inimicis. Vt hoc ergo hodie quoq; vsu veniat, exhibea mus testimoniũ ex vteri, vt, & iudæi, & gẽtes pudore afficiãtur, iudęi q̃dem legentes, & nõ intelligentes, Gentes verò videntes libros nobis ferri ab inimicis. Neq;.n. poterunt ea a nobis esse cõficta, cum nõ nos, sed q̃ Christũ crucifixerunt, libros nobis ꝓbẽat, q̃ de ei⁹ potestate loquuntur. Sed siue adsunt, siue nõ, nos nostrum officium faciamus, & aggrediamur interpretationẽ. Hic.n. psal. in Christum est inscriptus, & ideo hẽt inscriptionem, In dilectum, &, Pro his qui commutabuntur. Is.n. nobis magnã fecit mutationem, rerumq̃; cõuersiõnẽ, & traductionẽ. Hic mutationẽ significans quoq; Paulus dicebat. Quare siqua in Christo noua creatura. Et iõ sic dicit in principio, dixit cor meũ. Qm̃.n. eorum q̃ dicebantur nihil erat humanũ, sed cęlestia ac spiritalia erat narraturus, eaq; nõ ex ꝓpria inuentione, sed ex diuina operatione, eructationis nomine hoc significat. Eructamus.n. non qñ volumus, sed hunc sermonem loquimur, qñ volumus, eumq;, & dicimus, & reprimimus, eructationem aũtem nõ itidem. Ostẽdens itaq;, q̃ dñr, nõ esse humani studii, sed diuinæ inspirationis, quę eum incitabat, eructationem ꝓphetiã appellauit. Quemadmodum.n. in eructatione, id qđ fit, oritur ex qualitate ciborum: ita ẽt in doctrina spritali. Talia ergo eructabat, qualia comedebat. Vide autem alibi quoq; alium ꝓphetã hanc operationem similitudine sensili exprimentem, & caput libri comedentem. Idq; cum voluptate. Fuit.n. inquit, in ore meo tanq̃ mel dulce. Quia ergo spiritalem gratiam acceperunt, eis quoq; similia eructarunt. Quòd.n. nec de hac eructatione sensili, nec de cibis agatur, aud quidnã eructet. Et quis est, q̃ eructat? Non stomachus, q̃ est ciborum receptaculum, sed cor. Eructauit.n. inquit, cor meũ. Et quid eructat? Nõ cibum, nec potum, sed q̃ sunt mẽsæ cognata, & consimilia. Bonum verbũ, nempe de vnigenito. Is est.n. maxime bonus. Veni.n. inquit, non vt iudicem mundum, sed vt mundum saluum faciam. Omnia mitia, ac mansueta, oia supplicia liberalis. Eructat aũtẽ talia, qm̃ cor suũ expurgauit. Quemadmodũ.n. ventriculus, qñ sordidis succis fuerit plenus, eis cognata, & cõsimilia eructat, sed qñ sanus fuerit, ei quoq; cõueniẽtẽ ẽdit eructationem: ita ẽt ꝓphetæ, postq̃ fuit a peccatis liberũ, accepit

F

2.Co.5.

Ezec.3.

G

Io.3.5. 10.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

gratiã ſpiritus, & eructat verbum bonum. Hinc etiam aliquid aliud diſcimus, q̃ prophetę non erant ſicut vates, illic.n. qñ dęmon aĩam inuaſerit, orbat mentem ac cogitationem, & rationem obſcurat, & ita oĩa ore ſuo loquuntur, mente nihil intelligente eorum, quæ loquuntur, nõ ſecus, ac ſi tibia aliqua inanimata loquatur. Hoc etiam dixit aliquis eorum, qui ſunt apud ipſos philoſophorum, ita dicens. Quemadmodum ii, qui reſponſa canunt, & vates multa quidem dicunt, eorum autem, quę dicunt, nihil ſciunt. Sed non ita facit ſanctus ſpiritus, ſed permittit, vt cor cognoſcat, quæ dñr. Si.n. non cognoſceret, cũ diceret, quod eructat verbum bonum? Dę mon.n. vtpote hoſtis, & inimicus cum hominum natura bellum gerit: Spiritus autẽ ſanctus, vt qui curam gerat, & beneficio afficiat, facit vt qui eum ſuſcipiunt, ſint ſenſus participes, & cum illorum intelligẽtia reuelat, quæ dñr. [Dico ego opera mea regi.] Quęnã dicit opera? Prophetiã. Quẽ admodum.n. ſabri ærarii opus eſt facere dolabram, & ædificatoris domum facere, & nauium fabricatoris naucm compingere: ita eſt etiam prophetæ, texere prophetiã. Quòd.n. hoc quoq; ſit opus, audi Chriſtũ dicentẽ de Apoſtolis. Dignus eſt operarius mercede ſua. Et Paulus. Maxime qui laborant in verbo, & doctrina. Si.n. non erat opus, cũ habuit laborẽ? Quid eſt.n. hoc opere præſtantius? Quid vero vtilius, & oĩbus artibus ſublimius? Quodnam eſt ergo opus, quod dicit? Hic hymnus, hæc prophetia. Non dixit autem cuinam regi, ſignificans ſe dicere deo vniuerſorum. Quẽ admodum.n. cũ dicimus regem perſarum nõ ſimpliciter, & abſolute regem dicimus, ſed adiicimus Perſarum, ita etiam Armeniorum, quando autem noſtrum dicimus, non habemus opus additamento, ſed ſufficit nobis regem dicere, ita etiam propheta quoniam loquebatur de eo qui vere rex erat, ſatis habet, ſi dicat regi. Quemadmodũ.n. cum dicimus Omnipotentem, nulla opus habemus adiectione, quoniam non ſit alius Omnipotens, ita etiam cum regem dicimus, nõ habemus opus alia adiectione, quòd non ſit alius rex deus. Alioqui autem is, qui id dicebat, rex erat. Vnde clarum eſt eum, non de homine dicere, ſed de deo vniuerſorum. Et ideo nõ dixit græce baſilei, ſed, to baſilei, adiectione articuli

H

ἐκέπαρ θεν.

Luc. 10. 1. Ti. 5.

I

pprietatem, dominationem oſtendens. Deinde rurſus declarans, q̃ dñr, nõ eſſe ab hoĩe excogitata, meditata, & cõpoſita, ſed ea eſſe diuinę gratiæ, & ſe tũ linguam eis commodaſſe, ſubiũxit. [Lingua mea eſt calamus ſcribæ velociter ſcribentis.] Calamus autem ea ſcribit, quæ iubet manus eius, qui eum tenet. Alius autem dicit. Lingua mea, vt ſtilus ſcribę celeris. Quid ſibi vult illud, Celeris? Vt ex eo quoque oſtendat gratiam. Qui enim aliquid domo prolatum loquitur, differt, & cunctatur, meditans, componens, impeditus ignoratione, inſcitia, & dilatione, & multa ſunt, quæ velocitatem ſermonis interturbant. Quãdo autem mentem mouet ſpiritus, nihil eſt quod impediat, ſed quemadmodum aquæ impetus, qui cum magno murmure pręcipitat, progreditur: ita gratia, ſpiritus cum magna celeritate procedit, omnia leuia, plana, & expedita proferens. Deinde hoc ipſum rurſus expurgãs, & oſtendens, nihil eſſe humanum eorum, quę dicũtur, ſubiunxit. [Specioſus forma, pręfilijs hominum.] Nonnulli quidem, dicunt: hoc dictum eſſe de lingua, quòd ſit calamus ſpecioſus forma. Mihi autem videtur eũm de inceps de Chriſto dicere. Et ideo alius quoque dicit interpres. Pulchritudine ornatus es a filiis hominum. A magno enim ardore, & ſumma in eum affectione percitus, ad eum conuertit orationem, quemadmodum Iacob quoque dicebat. Ex germine meo fili mi aſcendiſti, lapſus dormiſti, vt leo. Adeo enim affiatus, cum eo deinceps loquitur, & ad ipſum dirigit orationem. Hoc autem dicit non per comparationem Nõ enim dixit, ſpecioſior, ſed ſpecioſus forma pręfilijs hominum. Hæc pulchritudo eſt alia ab illa. Conſidera autem, quomodo primum loquitur, de humanę naturæ ſuſceptione. Quòd autem de ea loquatur oſtendunt quę ſequuntur. Cum enim dixiſſet, ſpecioſus forma pręfilijs hominum, ſubiunxit. [Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.] Deus autem nõ habet labia, ſed de humanę naturæ ſuſceptione agitur. Alius autem interpres, dicens, Diffuſa eſt gratia labiis tuis, hoc fecit apertius. Illud autem eſt, Oſtenſa eſt. Vel vt ſi diceret ſpiciam. Quę erat intus, ſcaturiit, emanauit. Quomodo ergo dicit alius propheta. Vidimus ipſum, & non habuit ſpecie, nec pulchritudinem, ſed ſpeciem eius indecoram, diminu-

χυρίστη τα.

Gen. 49

Eſa. 53.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

diminutam præter filios hominum? Non dicit de deformitate. Abſit. Sed de eius contemptione. Cũ. n. ſemel humanitatis perſonã ſuſcepiſſet, quæcunq; erãt vilia, & cõtemnenda peruaſit, vt qui, nec ſibi matrẽ reginã adſciuerit, nec tpe incunabulorum ac faſciarum, in lecto aureo poſitus ſit, ſed in pſepi, nec in magnifica domo fuerit educatus, ſed in fabri lignarii humili domũcula. Et rurſus cũ diſcipulos aſſumeret, non oratores, & philoſophos accepit, & reges, ſed piſcatores, & publicanos, & tenuẽ hãc vitã perſequebatur, nec domũ habens, nec veſtibus pretioſis indutus, nec delicata, & lauta menſa fruens, ſed ab aliis nutritus, probris affectus, contemptus, eiectus, & fugatus. Hæc autem faciebat, ex ſuperabundanti quadam copia humanum faſtum cõculcans. Quoniam ergo nil magnificum, nec glorioſum præ ſe ferebat, & nec vllos comites habebat, nec ſatellites: immo verò nõnunquam ẽt ſolus abibat, ſicut quilibet è populo, propterea ille quidem dicit, Vidimus ipſum, & nõ habuit ſpeciem, nec pulchritudinem, hic autem, ſpecioſus forma præ filiis hominum, ſignificans gratiam, ſapientiam, doctrinam, miracula. Deinde deſcribens eius pulchritudinem dicit. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Vides eum hæc dicere de humana ab eo ſuſcepta natura. Quæ eſt autem hæc gratia? Per quam docuit, per quam fecit miracula. Gratiam hìc dicit, eam qua venit ad carnem. Super quẽ inquit, videris Spiritum deſcendentem tãquam columbam, & manentem ſuper ipſum, is eſt qui baptizat. Omnis. n. gratia effuſa eſt in illud templum. Nõ dat. n. illi ſpiritum in menſura. Nos. n. de eius plenitudine accepimus. Illud autem templum integram, & vniuerſam accepit gratiã. Hoc Eſaias quoq; ſignificans, dicebat. Requieſcet ſuper ipſum ſpiritus ſapiẽtiæ, & intelligentiæ: ſpiritus conſilii, & virtutis, ſpiritus ſciẽtiæ, & pietatis, Spiritus timoris dei implebit ipſum. Sed illic quidem eſt integra, & vniuerſa gratia. In hominibus autẽ parum quid, & gutta ex illa gratia. Propterea non dixit, Do ſpiritum, ſed Effundam de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnem. Hoc itaque euenit. Omnis. n. orbis terrarum accepit ex illo ſpiritu. Incepit. n. donum a Palæſtina, proceſſit autem in Aegyptum, in Phœniciam, Syriam, Ciliciam, Euphratẽ, Meſopotamiam, Cappadociã, Galatiam, Scythiam, Thraciam, Græciam, Galliam, Italiam, omnem Libyam, Europam, Aſiã, in ipſum Oceanum. Quid longiori oratione opus eſt? Quantum terræ ſol reſpicit, tãtum perſuaſit hæc gratia, & hæc gutta ac ſtilla ſpiritus impleuit vniuerſum orbem terrarum ſcientia. Per eam ſigna fiebant, omnium peccata ſoluebantur. Gratia tamen, quæ data eſt in tot regionibus, eſt aliqua tantum pars, & arra doni. Dans enim, inquit, Apoſtolus, arram ſpiritus in cordibus noſtris, hoc eſt, partem operationis. Spiritus enim non diuiditur. Vide autem quantus ſit fons. Alii enim per ſpiritum datur ſermo ſapiẽtiç. Alii vero ſermo ſciẽtiæ, ſecundum eũdem ſpiritum. Alii vero fides. Alii autem gratiæ curationum. Alii vero operatione poteſtatum in eodem ſpiritu. Alii autẽ prophetiæ. Alii vero diſcretiones ſpirituum. Alii autem generalinguarum. Tot gratiãs in tot gentibus, quæ in baptiſmo ſuſcepta eſt gratiã in vniuerſum terrarum orbem extendit. Hæc autem omnia facit ſtilla ſpiritus. Quòd enim ſtilla eſſet, declarauit cum dixit. Effundam de ſpiritu meo, & arram appellauit. Per hoc enim clarum eſt parum quid ex toto datum eſſe. Quocirca Ioannes quoque hoc ipſum ſignificans, dicebat. Ex plenitudine eius nos omnes accepimus. Ex eo, quòd vt ita dixerim, ſuperfluebat, ex eo, quòd redundabat, ex eo quòd ſupereffundabatur, omnes accipimus. Conſidera ergo quàm ſit omni ex parte ſufficiens potẽſtas ſpiritus, quæ vniuerſo orbi terrarum tanto tempore ſufficit, neque circunſcribitur, nec conſumitur, ſed omnes quidem implet opibus, & gratia: ipſa vero minime conſumitur. Deinde quoniam nomen ſpiritus multa nomina complectitur, nam, & Angelus, & anima, & ventus, hoc dicitur, & multa alia, ſubiunxit, de ſpiritu meo. Quemadmodum ergo hominis ſpiritui intercedit cum homine cognatio, ita etiam dei ſpiritui, ſed ei nihilo ſecius manenti in propria hypoſtaſi. Idque Paulus ſignificans, dicebat. Quis enim hominum nouit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Ita etiam quæ ſunt dei nemo nouit, niſi ſpiritus dei, nõ confundens hypoſtaſes, ſeu perſonas, abſit, ſed nobilitatem ſpiritus ſignificans. Quanta ergo eſt ipſius animæ cum ſeipſa conſenſio: tanta eſt ſpiritus cum patre cognatio. Quemadmo-

M Hãc ſuſcepit humanitatẽ vt ipſa verbi perſona terminare tur. 1.Cor.1. Luc.2. Mat.4. Mat.9. Mat.8. Lucæ.9

A Mat.3. Mar.1. Io.1. Ibid.3. Io.1.

Eſa.11.

Io.2. Actо.2.

B Pſal.18. Ro.10. Colo.1.

2.Co.1.

1.Co.12

C Io.3.

1.Co.2.

ἐτυμ. παρὰ τὸ ἀεὶ ῥεῖν. a In modũ ergo filius quoque dicitur sermo aut verbum, nec est tamen eiusmodi, vt non subsistat, sed per id cognoscimus, quę sit eius cum patre cognatio: ita etiam spiritus dei, dicitur spititus, nec tamen non subsistit. Et quemadmodum quoniam est proprius ac germanus patris filius, propterea nobis largitur adoptionem filiorũ: ita etiam spiritus, quoniam sua natura est dei substantia, dona nobis præbet in æter
Rom. 8. num. Nam homo quoque quidquid quidem natura homo est, propterea potest hominis pingere imaginẽ: [Propterea benedixit te Deus in æternum.] Vides quomodo ex vehementi affectione ad ipsum orationem dirigit. Ea de causa alibi quoque non simpliciter, & absolute futura prædicit, sed præ se ferens figuram intentati criminis, vt quando dicit. Quare fremuerunt gen-
Psal. 2. tes, & populi meditati sunt inania? Ita etiam hic dicens, Propterea benedixit te deus in æternum. Cum enim nec de eius ortu, nec educatione, nec de aliis quibusquam dixisset, hic obiter de eo loquitur. Quade re? Quòd omnia quidem dicere per ordinem ac consequentiam, est Euangelistarum, & ideo illa eis reseruauit, hoc enim erat officium illorum narrationis. Prophe
E tiæ vero munus est partes aliquas sumere & de iis differere. Et ideo prophetæ quoque hoc vbique faciunt. Nam pauca quædam, quæ ad historiam pertinent iniicientes, & adumbrantes recedunt. Et ideo hic quoque, Benedixit te deus, inquit, in æternum, sic dicens eius verba fuisse plena tanta gratia. Cõsidera ergo virtutem gratiæ. Deambulabat quandoque prope mare, & inuenit Iacobum, & Ioannem, & dicit
Matt. 4. eis. Venite post me, & faciam vos piscatores hominum. Illi vero, & parte, & retibus relictis, eum statim secuti sunt. Deinde
Ioan. 6. etiam cum alibi diceret omnibus Apostolis, Nunquid vos quoque vultis recedere, dicit ei Petrus. Domine verba vitæ æternæ habes, & nos credidimus, & cognouimus, quòd tu es Christus filius dei viui. & ad quem abibimus? Quid dico discipulos? Ipsi pharisæi, cum misissent ministros,
Ioan. 7. audierunt eos dicentes. Nunquam homo sic locutus est, vt hic homo. Et alii rursus
Matt. 9. dicebãt. Nunquam sic visum est in Israel.
Matt. 7. Et mirabantur, inquit, quòd eos doceret, tanquam habens potestatem, & non vt scribæ ipsorum, & pharisæi. Si velis autem tu quoque scire gratiam, considerã quanti sunt ponderis, & momenti eius præcepta, & videbis eius potentiam. Nisi quis renunciauerit omnibus, & præterea animam suam odio habuerit, inquit, non est me dignus, sermo tamen tantum potuit, vt in opus exiret, & reuera id fieret, tãta erat eius gratia. Quid est maiori nobiscum familiaritate ac necessitudine coniunctum, quàm anima? Atqui ipsa quoq; contemptui habita est propter illius iussum. Tu autem cum audis, Benedixit te deus, ne labris, nec humile, & abiectum quidpiam cogitaueris. Quemadmodum
Ioan. 5. enim iam ante dixi, de carne loquitur, quæ habet labia, quę gratiam suscipit, quę suscipit benedictionẽ. Deus enim nec benedictione opus habet, nec gratia. Nam
Ioan. 5. deus nullius rei indiget. Quemadmodum, enim inquit, Pater suscitat mortuos, & viuificat, ita etiã quos vult filius viuificat. Et
Ibidem rursus. Opera, quæ ille facit ea quoque facit filius similiter. Et rursus. Sicut cognoscit me pater, & ego quoque cognosco patrem. Illud enim, Sic, & similiter, & sicut,
Ibid. re. significant eum esse immutabilem, sed hic de humana natura quam susceperat agitur. Audiamus autem ipsum quoque
Ibidem rursus dicentem. Propterea pater me diligit, quia ego pono animam meam, p ouibus. Nunquid eum non diligebat antea?
G Matt. 3. Quomodo ergo dixit, Hic est filius meus dilectus? Sed hoc posuit, volens ostendere quantus, & quàm præclarum ab eo fieret facimus. Sicut ergo illic in reddenda ratione est causa aliqua, ita etiam hic quoque causa est manifesta. Hac enim de causa prius dixit, speciosus forma præ filiis hominum, & Diffusa est gratia in labiis tuis, & propterea benedixit te deus in æternũ, id susceptę humanitati ascribens, vt quando rursus humanum quid dicturus sit, & quod sit eius dignitate inferius, ne labaris, sed cognoscas de quonam loquatur.
Gen. 49 Ita etiam Iacob humanitatis susceptę cõsilium significans, dicebat. Pulchri eius oculi sicut vinum, & candidi eius dentes sicut
Esa. 11. 2. Th. 2. lac. Diuinitas autem non habet dentes. Alius quoq; propheta dicit. Percutiet terram verbo oris sui, & spiritu laborum tollet impium, eadem dicens cum Paulo dicente. Quem dominus consumet spiritu oris sui, & adolebit apparitione suæ præsentiæ. Ne tu ergo, cum hęc audieris, contemnas,

H temnas, ostendit tibi vires diuinitatis. Neque enim carnem diuidit a diuinitate, neque diuinitatem a carne, non substantias confundens, absit sed vnionem ostendens, Propterea dixit benedixit te deus in æternum. Quis est autem modus benedictionis? Assistunt Angeli, Archangeli, throni, dominationes, principatus, potestates, laudibus celebrantes. Omnis terra, a finibus
1.Co.15 in fines, deum incarnatum canit, & laudibus afficit. Primus enim Adam repletus
Gene.3 fuit execratione, hic autem contra, multa
Hie.48. benedictione. Ille audiit, Maledictus tu in
Deu.27 operibus tuis, & qui eum est consecutus,
Deu.21 & Maledictus, qui facit opus dei negligen-
Gala.3. ter. Et, Maledictus, qui non permanet in omnibus, quæ scripta sunt in libro hoc. & Maledictus, qui pendet in ligno. Vides quot maledictiones. Ab his omnibus liberauit Christus factus maledictum. Quem admodũ. n. seipsum humiliauit, vt te exitaret. & mortuus est, vt te redderet immortalem: ita etiam factus est maledictum, vt tu implereris benedictione. Quid potest conferri cum hac benedictione, quando per maledictionem largitur benedictionem, Neque. n. ipse opus habuit benedictione, sed eam tibi donat. Quemadmodum. n.
I qñ dico eum fuisse humiliatum, non dico mutationem, sed humanæ susceptę naturæ demissionem: Ita etiam qñ dixero eum esse benedictum, non hoc dico, q̃ ei fuerit opus benedictione, sed rursus ostendo de-
Rom.6. missionem humanę susceptę naturę. Benedicta fuit ergo humana natura. Christus. n. a mortuis excitatus non moritur amplius, nec est maledicto obnoxius, immo vero, nec ante quidem erat obnoxius, sed susceptt maledictum, vt te ab eo liberaret. [Accingere gladio tuo super femur tuũ potentissime.] Alius cinge ensem tuũ super femur. Alius, impone veluti gladiũ tuũ sup femur. [Specie tua, & pulchritudine tua.] Alius laudẽ tuam, & authoritatẽ tuam alius, gloria, & decore tuo. Quænam est hęc mutatio, & quænam verborum translatio? Cum enim de doctore loquere tur: hoc. n. sibi vult illud, diffusa est gratia in labiis tuis, armatum regem nobis repente describit, nec ita, vt locum teneat prophetię, sed vt locum supplicationis. Non dixit enim Accinget glaudium suum, sed rogat, & dicit, Accingere gladio tuo deinde huic etiam armaturę admiscet pulchritudinem, nunc quidem grauis armaturæ militem significans, nunc vero venustum K.
hominem ac speciosum. Specie enim inquit, tua, & pulchritudine tua, deinde sagittarium. Sagittæ enim, inquit, tuę acutę potentissime. Et rursus victorem, & triumphatorem. Populi, inquit, sub te cadent in corde inimicorum regis? Porro autem eũ dem rursus inducit vngueti delibutum, qui est miles grauis armaturę, & Rex, & sagittarius, & victor. Mirrha. n. inquit, & gutta, & casia a vestimentis tuis. Quid ergo commune inter se habent arma, & vnguenta, gratia & gladius, doctrina, & bellum, arcus & pulchritudo? Hęc enim sunt signa pacis illa vero prælii, & instructæ acies. Quis ergo est simul, & pacis amicus, & rei militari deditus, cui distillat vnguẽtum, & armis est munitus, qui procedit ex domibus eburneis, & hostes fundit innumerabiles, & maximam stragem facit? Quomodo soluemus hanc dubitationem, nisi recte sciamus hęc quoque dici de patre? Nam ipse quoque propheta eum alibi armatum introducit, vt quando dicit, Nisi Psal.7.
conuersi fueritis, gladium suum vibrabit. L
Arcum suum tetendit, & parauit ipsum, Sap.5.
& in eo parauit vasa mortis. Et rursus alibi, induet thoracem iustitiæ. Vide autem eandem quoque authoritatem. Quemadmodum enim illic dicit, gladium suum vibrabit, non ab alio iussus, sed ipse ex se ipso, ita hic etiam, sagittæ, potentis acutæ, populi sub te cadent in corde inimicorum regis. Deinde ostendens eum hæc omnia ex sua authoritate facere, dicit, Deducet te mirabiliter dextera tua. Non aliun de, inquit, operationẽ suscipis, sed ipse tibi ipsi sufficis. Audi autem ipsum quoque pacis deum dicentem discipulis; Non ve- Mat.10.
ni pacem in terram mittere, sed gladium, Luc.12.
Et rursus, Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur? Hic autem de eodem dicens, quomodo sit ventus, dicit. Descendet sicut pluuia in ve- Psal.71.
lus, & tanquam gutta, quæ distillat super terram. Hæc dico, vt attenti sitis, & vigilantes, & quæ ex dictionibus significantur diligenter sumentes, soluatis apud vos dubitationem. Hæc enim nomina significant eius operationes. Ita ergo hic quoq; cum audieris, Accingere gladio tuo super fœmur tuum potentissime, existima esse nomen eius operationis. Ita etiam ar-

cus,

M cus, & sagittas. Quemadmodum enim scriptura dicit deum irasci, non perturbationem animi ei tribuens, sed per hanc dictionem, punientem eius operationem ostendens, & quæ sunt crassiora attingens, ita id ipsum significat, arma dicens. Quia n. non per nos ipsos, sed p alia instrumenta punitur, volens eius punientem ostendere facultatem, id per nomina nobis nota significauit, non vt arma in deo cogitemus, sed vt significantius, & cum maiori emphasi eius punitionem audiamus. At multi, inquit, ex hoc loco læsi sunt, sed temere, & a propria inscitia, maxime. n. cũ deum audierent, debeant intelligere id dictum esse tropice, & figurate. Nunc vero, nec per alia quidem verba neglexit scriptura docere deum esse imparabilem. Audi ergo quo alibi docet quàm sit ei facile sumere supplicium, dicens, Exurgat dominus, & dissipentur inimici eius. Nunquid
Psal.64. opus est armis? Nunquid gladio? sufficit, inquit, solum si exurrexerit. Sed hoc quo-
Ps.103. que rursus est crassum, & ideo sæpe dicit,
Psal.17. qui respicit super terram, & facit eam tremere. Et rursus a facie eius commota est terra. Atqui hoc quoq; est crassum. Audi
A ergo rursus, id quod est sublimius. Omnia
Ps.134. quæcunq; voluit fecit, ei. n. solum voluisse sufficit. Vide autem quo in his etiam crassioribus ostendit deum nullius rei egere. Neq;. n. prius armorum meminit, quam eũ potẽtem vocauerit, & rursus cum arma enumerasset, oẽm victoriã eius dextræ ad scripsit, hoc est, eius naturę, & potẽtię. Qđ
Esa.9. alius quoq; propheta significans, dicebat, principatus eius, super humerũ eius, non vt humerum intelligas, absit, sed vt scias deum non egere aliorum auxilio. Accingere gladio tuo super fœmur tuum potentissime, specie tua, & pulchritudine tua. Quid hic igitur dicit? Per hæc crassiora nomina ostendit eius operationem, per quã orbem terrarum rexit, per quam bellum confecit, & trophæum erexit. Erat enim bellum grauissimum, & omnium bellorũ acerbissimum, in quo non barbari bellum gerebant, sed dæmones tendebant insidias, & vniuerso orbi terrarum afferebant
Esai.53. exitium. Quocirca Esaias quoque dicebat
Esai.61. Et fortium diuidet spolia. Et rursus, spiritus domini super me, qua de causa vnxit me, ad euãgelizandũ pauperibus, & misit
B me, ad prædicandam captiuis remissionem. Quamobrem Paulus vbique in principio epistolarum scribens dicebat, gratia vobis, & pax a deo patre nostro. Et rursus, Eph.2.
ipse enim pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Ne autem dum audis, Accingere gladio tuo, ensem intelligas sensitem, audi, quæ sequuntur, cum enim dixisset, cinge te gladio, subiunxit, Specie tua, & pulchritudine tua, hoc est gladius, species eius, pulchritudo, & authoritas gloria, maiestas, & magnificentia. Nullius enim indiget substantia, ad ea recte gerenda, quæ fuerint proposita, est enim nullius indiga. Eum ergo adhortatur propheta, pro vniuerso orbe terrarum eum ad bellum educens, deinde a sublimibus orationem rursus deducit ad crassiora. Cum enim dixisset gladium, & fœmur, ascendit ad speciem, & pulchritudinem, & illinc rursus descendit ad ea, quæ sunt magis corporea & dicit. [Intende, prospere procede, & re
gna.] Cum aũt dixit, intẽde, arcum signi-
cauit, & sagittam. Deinde ostendens rur- C
sus eum armis non egere, subiunxit, prospere procede, & regna. Alius interpres dicit, promoue. Regnum autem hic dicit, quod administrauit extremis temporibus asciscendo in familiaritatem, & scientiã. Hæc autem verba indicant prophetæ desiderium videntis iam, quæ erant ab eo facienda, & vniuersum orbem terræ, qui deducebatur ad veritatem, & ideo tropo vsus est, nempe præcipiente, & exhortante figura dictionis. Consueuerunt enim ἐπίρρη-
minores, quando sunt acri maiorum in- ματα.
flammati studio, his vti dictionibus. [Propter ueritatem, & mãsuetudinem, & iustitiam.] Aduerbio veritatis utitur. Vides quomodo seipsam interpretatur scriptura, & ostendit victoriam versari in intelligentia, & esse spiritalem. Qui enim meminit armorum, gladii, & arcum quomodo hic meminit mansuetudinis? Quid enim commune inter se habent bellum, & mansuetudo, pugna, & clementia? Permultum quidem certe, si quis recte expenderit. Nam, & Dauid, & Moses erant mittes. Et ideo de illo quidem dicit scriptu- Ps.131.
ra. Memento domine Dauid, & omnis Nu.12.
mansuetudinis eius: de Mose autem, erat Moses mitissimus omnium hominum qui erant super terram, & tamen videtur ii, qui erant omnium mitissimi, omnium D
maxime vlcisci, sed si vultis, dicamus
prius

1.Re.24 26. prius de eorum manſuetudine, cũ hic beatus cepiſſet ſæpe Saulem, & eſſet in eius poteſtate eum de medio tollere, manum in eum non immiſit quinẽt cum alii ipſum incitarent, ei pepercit, & iram repreſſit. Iam
2.Re.16 verò cum Semei eum contumelia afficeret, & eius calamitati tunc inſultaret, vellentq; duces tranſire, & maledicum hominem probris eiuſmodi inſectantem interimere, dicit, verba plena omni ſapientia. Illum quoq; parricidam, & incontinentem adoleſcentem, quomodo ſuis commendat
2.Re.18. ducibus, dicens, parcite filiolo meo Abſaloni? Quando autem in principio loquebatur cum fratribus ei inuidentibus propter futuram victoriam, cogita quàm mã
Re.1.17 Exo.17. ſuete loquitur, dicens, Nunquid non verbum eſt? Quid vero Moſes pro iis qui eum lapidibus petierant, pro iis qui eum, quòd in eis erat, de medio ſuſtulerant, audi quid
Exo.32. dicat, ſi peccatum quidem eis dimittis, dimitte, ſin minus, me quoque dele de libro quem ſcripſiſti. Cum alii rurſus eum mo-
E Nu.11. Nu.12. uerent ad emulationem, & incitarent ad iram, pulchra illa, & ſapientię plena verba locutus eſt, dicens, Quis dederit, vt totus populus domini prophetet? Pro ſorore autem ruſus, quæ eum maledictis inceſſerat, quàm ſuppliciter pcatur? Ex multis quoque aliis locis videri poteſt eius manſuetudo, quando etiam in Palæſtinam ingredi
Nu.16. prohibitus, cum omni comitate, & manſuetudine iudęos alloquitur, ſed tamẽ hic mitis, vt Dathan, Abiron, & Core, Cũ in ſacerdotium inuaſiſſent, a terra abſorberẽtur, & alii exurerẽtur, quando quidẽ ignẽ
2.Re.17 alienum obtulerant, æquum exiſtimauit. Dauid quoque ille manſuetus, & Goliath proſtrauit, & exercitum fugauit, & retulit victoriam, hoc eſt enim, vel maxime manſueti, ſuas quidem iniurias remittere, eos
Luc.13. autem quibus fit iniuria defendere, quemadmodum Chriſtus quoque fecit. Cum. n.
Mtt.23. in crucem aſcendiſſet, dicebat, pater, ignoſce eis, neſciunt enim quid faciunt. Et Hie
F ruſalem rurſus deflẽs, dicebat, quoties voloſ.18. lui cõgregare filios veſtros, & noluiſtis, ecloan.7. ce relinquitur domus veſtra deſerta. Et cũ
Matt.4. impactus eſſet ei colaphus, non colaphum
8.12.15 cõtra impingit, ſed ei q impegerat reſpõ-
Mar.11. det, & cum appellaretur dęmoniacus, eii-
Luc.4. ciebat dęmones, & cũ vocaretur prophaeb.9.11. nus, & impius, & dei aduerſarius, in regnũ ſuum ducebat. Diſcipulos quoque iuſſit, vt vbique flagellarẽtur, perſecutionem paterentur, expellerentur, minoremq;, & inferiorem locum diligerent. Qui enim vult in vobis eſſe primus, ſit veſter miniſter. Domeſticum autem ſubiũxit exemplum, dicens, ſicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animã ſuã redemptionem pro multis. Quòd ſi expellit dæmones, & cum diabolo bellum gerit, & erroré tollit de medio, hoc quoque eſt maximæ manſuetudinis, omne quidem vitium abolere, eos autem, qui ab illo detinẽtur liberare, inſidiantes dęmones coercere, & qui ab eis ꝓbris affecti fuerint, a malis eripere. Quid eſt autem, propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam tuã? Dixit bellum, dixit inſtructam aciem, oſtendit armatum militem, dicit deinceps, quæ pulchra, & præclara in regno ſuo geſſerit, genus trophei, conditionem, naturam victoriæ. Alii enim omnes homines regnantes, vel pro ciuitatibus, vel opibus, vel inimicitiis, vel vanagloria bellum gerunt. Ipſe autem propter nullum eorum, ſed propter veritatem, vt eam plantet in G terra, & propter manſuetudinem, vt qui ſunt feris immaniores, mãſuetos efficiat, & propter iuſtitiam, vt in quos tyrannidẽ exercet iniquitas, eos iuſtos faciat, primũ quidẽ ex gratia, deinde ex recte factis. [Et deducet te mirabiliter dextera tua.] Alius & illiuminabit te ſuper terribilia dextera tua. Alius, & oſtẽdet tibi terribilia dextera tua. Vidiſti quo rurſus, nobis aperuit dignitatem eius, qui hæc præclara facit. Quemadmodum enim cum ſuperius dixiſſet arma, & gladium, aſcendit ad ſpeciẽ ac pulchritudinem, & ad incorporeas intalligentias deduxit auditorem: ita cum rurſus deſcendiſſet ad id quod eſt craſſius, nempe arcus, & ſagittas, paulatim rurſus erigit auditorem, belli cauſas referens, veritatem, manſuetudinem, & iuſtitiam. Deinde rurſus modum quoque. Quiſnam autem eſt eis? Et ducet te, inquit, mirabiliter dextera tua. Quod autem dicit, tale eſt. Ipſa ſibiipſi natura ſufficit. Ipſa ſibiipſi ſufficit potentia, ad videndum, quæ ſunt agẽda, & finem eis imponendum. Recte au- H tem dixit alius, terribilia dextera tua, ſunt enim valde terribilia, & horrore plena, q̃ geſſit, mors deleta eſt, perfracti ſunt inferi, paradiſus fuit apertus, cœlum patuit, obſtructa ſunt ora dęmonibus, inferna,

Luc.22. Ioã.15. Mat.20. Mar.10.

cum

cum supernis commixta sunt. Deus homo factus est, homo sedit in throno regio, aperta est spes resurrectionis, immortales expectationes, ineffabilium bonorum vsus fructus, & alia quæcunque per suum aduentum pulchrè, & præclarè gessit, & ideo dixit, ostendet tibi terribilia dextera tua, ostendès sibi ipsi sufficere naturam, & potentiam ad ea inuenienda, & perficienda, quæ fuerant proposita, septuaginta autè dicũt, deducet te mirabiliter dextera tua, hoc est non solum mirari oportet, quòd res pulchras, & præclaras gesserit, sed q̃ eas præter hominum expectationem, & opinionem gesserit, p̃ mortem. n. mors deleta est, per maledictum, maledictum sublatum est, & data benedictio, per esum nuper eiecti fueramus, per esum rursus intro ducti fuimus. Virgo nos paradiso expulit, per virginem vitam æternam inuenimus, per quę condemnati sumus, per ea fuimus coronati. Hæc ergo animo agitãs prophe-
I ta, dicebat. Deducet te mirabiliter dextera tua nunquid opus est armis? Nunquid gladio? nunquid arcum, & sagittis? Vidisti quomodo ipsa natura, ipsa potentia, est sibiipsi sufficiens. Sed vide eum tanquam saltatorem optimum, a rursus a sublimibus descendere ad crassiora. [Sagittæ tuæ, inquit, acutæ potentissime. Populi sub cadent in corde inimicorum regis.] Alius, In corde inimici regis. Vide rursus qñ meminit sagittarum, quomodo potentis verbũ cepit, vt scias eum non egere sagittis, sed ipsum sibiipsi sufficere. Hæc est autem cõsequentia seu cõtextus. Sagittę tuę acutę, potens, in corde inimicorum Regis. Illud autem, populi sub te cadent, in medio interponitur. Hic ergo mihi esse videtur duplex expositio. Vel enim dicit iudaicam captiuitatem, & ciuitatis euersionem, & interitum, vel per anagogen vim verbi vocat sagittas. Quibus suis enim sagittis velocius peruasit orbem terrarum, & eorum qui prius erant inimici cor tetigit, non vt
Acto. 9. interficeret, sed vt ad se attraheret. Quod etiam in Paulo vsuenit. Non. n. aberraue rit quispiam, si dixerit illud verbum sagittam, quod è cœlis emissum tetigit, cor ęius, qui prius erat inimicus, & amicum
K reddidit. Populi sub te cadent. Vidisti quàrectè bellum gestum sit, quomodo reconciliati fuerint, qui prius erãt seditiosi, quomodo docti quomodo initiati. Ipse enim casus, & esse sub illo, est omnibus fundamentum, & radix altitudinis. Cum eos enim liberasset ab arrogantia, & ab inani fastu, & gloria, & ab errore dæmonũ, eos sibiipsi subiunxit. Ita etiam alius propheta eum ostendit cruentatum, cum sic dicit, Esa. 63.
Quis hic est, qui venit ex Edom? rubedo vestimentorum eius ex Bosor? Nusquam illic arma, arcus, & sagittæ. Sed vestes. verbum quidem paulo crassius, sed eo tñ subtilius, & tamen illic quoq; in ea crassitudine erigit sensim orationem ad res incorporeas. Qm̃ enim rogat propheta vndenã rubræ vestes, dicit, Torcular calcaui solus, & ostendens victoriæ facilitatem, & quòd nullum habuerit, qui ei opem ferret, sed ip se sibiipsi sufficerit. Quemadmodum. n. hic dicit, Deducet te mirabiliter dextera tua: ita etiam illic, Torcular calcaui solus. Sap. 11.
Quemadmodum. n. facile est ei qui ingreditur Torcular calcare botros: ita etiã deo facere, quæ voluerit, imo vero ne sic quidẽ, sed lõgè facilius. [Sedes tua deus in sæculũ sæculi. Virga directionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitate. Propterea vnxit te deus, deus tuus oleo lętitiæ prę cõsortibus tuis.] Alius, Thronus tuus, deus æternus, & vltra. Hebręus autem dicit illud, deus deus tuus, elohim olam. Quid hic dixerit iudęus? De quonam enim hæc dicuntur? Quid vero Hæreticus? Si dixerit enim dici de patre, Sedes tua deus in sæculum sæculi, quomodo ei conueniet, quod deinceps sequitur, propterea vnxit te deus deus tuus. Neq; n. pater est Christus, neque ipse vnctus est. Vnde clarum est eum loqui de vnigenito, de quo prius quoq; dictum est, de quo dixit etiam Esaias, Et eius regni non erit finis. Esa. 9.
Sed illud quæsierit fortasse quispiam, cur nunc loquitur de diuinitate, cum de humanæ naturæ susceptione antea verba fecerit. Qm̃ idipsum quoq; facit Mattheus. A carne enim incipit. & ita exorditur. Liber generationis Iesu Christi. Similiter etiam Lucas, & Marcus. Ioannes autem solus, aliter. Cum enim prius dixisset de di-
M uinitate, In principio erat verbũ, & verbũ erat apud deũ, & deus erat verbum, & de ea multum disseruisset, tunc dixit, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quod si secus ac alii, Euangelii scriptione vsus est, sic quoque magnam inter ipsos ostẽdit cõsensionem. Et quo, inquit,

fuerit

fuerit rationi consentaneum, vt sit in eo, quod est contrario consensio? An nescis quod comedere repugnat ei, quod est non comedere, & bibere, ei quod est non bibere, & dare, ei quod est non dare? sæpe autē medicus quoque multa facit eiusmodi, non secum pugnans, sed sibi valde consentiens. Vnum enim sibi finem proponit, ægroti sanitatem. Hoc ipsum etiam vsuenit in Euangeliis. Nam æstas quoque est hyemi contraria, vnum tamen habet finem, perfectionem, & maturitatem fructuum. Iam vero vniuersus quoque mundus constat ex cōtrariis. Quinetiam Christus quoq; via Ioanni contraria ingressus
Luc.7. est. Ille enim comedebat: hic vero non comedebat. Venit enim inquit, Ioannes, neque comedens, neque bibens, & dicunt, dæmonium habet. Venit filius hominis bibens, & comedens, & dicunt, Ecce homo vorax, & vinipotor. Sed etsi erant, quæ fie
A bant contraria, vnum tamen finem respiciebant, nempe eorum qui sagena erant
Mat.13. capiendi salutem. Ita etiam hic ordo diuinitatis, & humanæ susceptæ naturæ, etsi secus ac ab aliis, ab Ioāne introductus est, id tamen eis valde conuenienter factum
1.Co.3. est. Et quomodo? Dico ego, q̄ in principio quidē, cum sermo nondū esset disseminatus, consentaneum erat versari in explicāda humanitate, & de carne doctrinā aperire, a crassioribus, & sensilibus ducentes exordium, sed postquā introducta fuerat scientia, & prædicationem iam susceperant, erat deinceps tempus opportunum ab alto inchoandi. Quamobrem prophetæ quoq;, si quando de eo disserunt, ab humanæ naturæ susceptione incipiunt, & exordium ducunt. Vide itaque quomodo
Mich.5. Matt.2. Micheas ab infimo orditur. Et tu Bethleē terra Iuda, nequaquam es minima in principibus Iuda. Ex te enim mihi egredietur dux, qui pascet populum meum Israel. At qui non erat diuinitas ex Bethleem, sed caro, sed non permansit in hoc solo, sed ad
B Esa.7. diuinitatem etiam ascendit, discens. Et egressus eius ab initio ex diebus sæculi. Et rursus Esaias. Ecce virgo in vtero cōcipiet & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum deus. Vides quomodo is quoq; a carne ascendit ad diuinitatem? Et rursus
Esa.9. alibi considera hoc ipsum ab eo fuisse factum. Dicit enim. Puellus natus est nobis filius, & datus est nobis, & vocatur nomē eius magni consilii Angelus, admirabilis consiarius, deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri sæculi. Vides quō rursus a puero carnisque susceptione, veluti per quosdam gradus ascendens, sistit in diuinitate. Ita etiā pater eius cognitus est primum ex creaturis. Inuisibilia enim eius, Rom. 1.
inquit, Paulus a creatura mundi operibus intellecta conspiciuntur. Et ideo ipse quoque seipsum sepe effingit in specie sensili, paulatim euehens humanum genus ad intelligentias incorporeas. Et quid mirarris si in dogmatibus hoc consilio, & hac œconomia vsus sit, cum in præceptis, & mandatis hoc ipsum faciat? Quocirca propheta quoq; sic hoc in loco oratione vsus
C est, a carne ad diuinitatem ascendens. Labia enim sunt carnis, & a diuinitate rursus ad carnem ascendens, & varietate orationis vtens ad salutem cathechumenorū. Sedes tua deus in sæculum sæculi. Sedem hic non solummodo sedem, sed regnum significat. Hic ergo eam dicit ęternam, alibi autem etiam altam. Vidi, enim inquit, dominum sedentem super thronum excelsum. Et rursus, Quoniam alta sedes Esa.6.
tua. Alius quoque Propheta videt eum sedentem super thronum gloriæ. Dauid autem ostēdit etiam thronum humanitatis, Dan.7.
Misericordia enim, inquit, & iudicium bo Psal.88
num opus sedis tuæ. Hæc omnia de eius regno dicta sunt, quòd scilicet fine careat: hoc enim est, in sæculum sæculi, quòd gloriosum, quod excelsum, quòd potēs & validum. Rursus, quòd sit expers principii, quando dicit Regnum tuum, regnum omnium sęculorum. Quemadmodum autem thronus est regni signum: ita etiam virga, & regni, & iurisdictionis. Et ideo dicit, Virga directionis, virga regni tui. Purum .n. illic, est q̄ iustum est, purum est, q̄ est rectum, nihil illic adumbratum. Audiant qui insaniunt, & sunt emotę mentis, imo vero qui sunt eis deteriores. Quinam autem sunt hi? Qui diuinam prouidentiam reprehendunt, & dicunt, Cur hoc, & illud
D sic factum est? Qūo.n. non absurdū, vt qui fabro quidem assidet, & ligna frāgentē, & secantem contemplatur, ab eo rōnem nō exigat, & dum medicus scindit, & vrit carnem, & in domuncula ęgrotū includit, & fame excruciat, nec vllus adstātiū, nec ipse qui laborat, de iis, quę fiūt, curiose inuestigat

gat, & dum gubernator tendit funem, velumque, & intendit, & rursus remittit, & nauis parietem inúdat, nemo sit curiosus, nec in vno quoq; horum opificum inquirat, & scisciteturr, sed taceat, & quiescat, quanuis ii in arte sæpe peccent, de ineffabili autem sapientia, benignitate ineffabili, infinita, & interminata cura ac prouidentia, curiose indagetur? Quãtæ hæ sunt insaniæ. Et opem quidem ferre, vel pecunias erogare pro iis quibus fit iniuria, & sunt pauperes, nó facile inueniuntur, qui velint, perpetuo autem inquirunt, cur hic pauper, cur ille mendicus, & cur alter sit diues serue nequam, & stolide cur nó oculos demittis, & teipsum condénas, & fræno linguæ iniecto, mentẽ tuam reprimis,
E & mittens de tantis rebus curiose inquire re, hanc anxiam indagationem in tuam vitam conuertis? Respice ea, quę fecisti, respice mare peccatorum, & si es curiosus, & anxius inquisitor, exige a te ipso rationem verborum, quæ male dixisti, & rerũ quas male fecisti: nunc autem tui quidem ipsius prætermissa examinatione, licet hęc quidem socordia supplicium afferat, curiosa autem indagatio salutem, sedes deũ in ius vocans, tuis peccatis alia adiiciens. Nõ audis prophetam ei dicentem, virga directionis, virga regni tui? Et rursus alius, iudicium eius, inquit, tanquam lux exibit.
Soph.3. Quod si non nosti omnia, quæ sunt tui domini, propterea eum gloria affice, propterea eum maxime adora, propter ineffabilem eius maiestatem, propter incomprehensibilem eius prouidentiam, propter variam ac sapientem eius curationem, Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Postquam superius dixit pręclara eius, facta victorias, trophęa, salutem orbis terrarum, quòd eam veirtate repleuit, quòd mansuetudine, quòd iustitia, ostendens fuisse rationi consentaneum, vt hęc fierent, loquitur deinceps de dignitate eius, qui illa fecit, monstrans eum fuisse deum regem, finem carentẽ, incorruptum iudicem, iustorum amatorem, malis infensum, quoniam enim, inquit, est eiusmodi, propterea talia ab eo facta sunt. Nemo ergo de his dubitet. Qui ea enim fecit, ea fecit, cum & posset, & vellet, postquam dixit, quę sunt alta de diuinitate, reuertitur ad loquẽdũ de carne, & dicit, Propterea vnxit te deus, deus tuus, propterea quòd in iis, quę dicta sunt te recte gesseris, iniquitatem eieceris, iustitiam plantaueris, & quę fecisti feceris, Tu autem ne conturberis, dum audis, Φ hęc patri attribuat. Non enim id facit, vt eum priuet rectè facti, sed vt ea, quę sunt filii, patri adscribat, qui ea etiam, quę sunt patris, sua esse dicit. Omnia enim, inquit, Io.17.
mea tua sunt. Nam de resurrectione quo- 1.Co.6.
que Paulus quidem differens, dicit, deus ipsum suscitauit a mortuis. Ioannes autẽ, soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo ipsum quid est autem oleum lętitiæ? Atqui Christus nusquam vnctus est oleo, sed spiritu sancto. Et ideo adiecit, prę consortibus tuis, hoc ipsum significans neminem ita vnctum fuisse, vt ipse. Multi enim fuerunt ante ipsum Christi, ideſt, vncti, sed nemo sic, sicut etiam agni multi, G
sed hic eximius, & multi filii, sed ipse vni- Ioan.1.
genitus, sunt enim omnia eius eximia, nó eo solum, quæ pertinent ad diuinitatem, sed ea etiam, quæ ad humanitatem. Nemo enim vnctus est tali, spiritu, si id autem appellat oleum, ne mireris. Nam cum sit propheta, loquitur paulo obscurius, & magis ęnigmaticè. Recte autem dixit, Exultationis, vt ostenderet id esse lætitiæ. Fructus Gal.5.
enim spiritus est dilectio, gaudium, pax. ἀγάπη χαρὰ εἰρήνη.
Alius autẽ dicit, oleo venustatis. Hebræus autem, Sason, hoc est, elegantiæ, gloriæ, ornamenti, sinautem sit lætitiæ, id quoque verum est. Quemadmodum ergo cum audiuisti gladium, gladium non intelligis, & cum arcum, & sagittas, non arcus, & sagittas, sed eius operationem, quę hæc facit, vt iam ante dixi: ita cum oleum audieris, ne oleum solum arbitrare, sed vnctionem intellige. Oleum enim erat significatum spiritus, res autem principalis, & necessaria, erat spiritus. Cum hoc ergo ita se habeat, ne dubita eum vocare Christum, nam Abraham quoque appellabatur Christus, & prophetæ, sed nó omnes oleo Ps.104.
vncti sunt. Quemadmodum cum dicit, Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Quando H
autem vnctus est Christus? Quando tanquam in columbæ specie spiritus super eũ Matt.3.
venit. Participes autem, aut consortes hic Mar.1.
uocat omnes spirituales, quemadmodum Ioan.1.
Ioannes dicit. Nos eos ex plenitudine e- Ioan.3.
ius accepimus de ipso autem, non ad men- Ioel.2.
suram dat spiritum deus. Et rursus. Effundam de spiritu meo super omnem carnẽ,
illic

illic autem non ex spiritu, sed totus venit spiritus, & ideo dixit, non ad mensuram dat deus spiritum. [Myrrha, & gutta, & casia a vestimentis tuis.] Alius, in vestimentū tuum. Alius in omnes vestes tuas. Nonnulli quidem dicunt prophetam, per hæc significare sepulturam. Alius autem, diuersitatem vnctionis. Neque enim fiebat olim vnctio ex his vnguentis, sed ex aliis, & vt scias hunc fuisse olim alium modum vnctionis, per differentiam materiarum, significauit differentiam operationis. Illud autem, A vestimentis tuis, ostendit eius quoque vestes fuisse plenas gratia. Quæ ita que sanguinis profluuio laborabat, sanguinis riuos repressit, cum vestis fimbriam attigisset, sine hoc ergo, siue ilud sit accipiendum, nulla prohibet ratio, sunt enim a me vtraque admittenda. Quemadmodum ergo (nihil enim prohibet eadem rursus dicere) cum arcum, & gladium audis, & quæ sunt eiusmodi, non ea audis sensiliter: ita nec cū myrrhā, nec casiā audieris, ea sensiliter intelliges, sed ad intelligētiā referes. [A domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.] Alius. A tēplis eburneis, vnde delectauerūt te in te honorādo. Alius. In glorioſis tuis. Postquam dixit, quæ rectè gessit, dicit etiā honorem, qui præclara eius facta consecutus est, nempe quòd in pretiosissimis templis sit adorandus. Antiquitus enim hęc materia erat pretiosissima, & magno studio cōquirebatur, nempe eburnea. Vnde etiam dicebat alius propheta, Væ qui dormitis in lecti, eburneis. Et rursus ostendit, quòd prædicatio non perueniet solummodo ad priuatos, sed reges etiam subiiciet, qui ei ædes magnificas extruent. Hæc iam videtur re ipsa fieri. Volens enim propheta ostendere vim prædicationis, dicit quomodo ceperit, quomodo subiunxerit mulieres, viros priuatos, diuites, eos ipsos qbus erant redimita capita diadematibus, & eorum vxores, vt templa deo vbique excitarent. Deinde quoniam deinceps ad hæc dicēda digressus est, de his fusius dicere exorditurr, eos qui illum colunt, & qui ei supplicant describens, & cum ostendisset quo modo populi sub eo cadūt, quomodo cor ipsorum tetigit, quomodo inimicos superauit, quomodo eū deduxit dextera, quomodo veritatem mansuetudinem, & iustitiam plantauit, rursus quoque metaphorice oratione vsus est, veluti in imagine ac similitudine ecclesiam describens, & quæ postea dixerunt Apostoli, hic quidem dicens, Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo: ille verò, Qui habet sponsam, sponsus est: Alius, Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, ea hic quoque prædicit, introducens simul spōsam, & reginam, & ideo dicit. [Astitit regina dextris tuis.] Alius, stabilita est, hoc est firmiter stetit, stetit immobiliter. Qd alibi dicit Christus, Portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Vidistis insignem honorem, vidistis summam dignitatem, quæ conculcata, & quæ in infimum locū deturbata fuerat, in quantam extulerit altitudinem, vt ei assisteret. Cognouisti, quæ erat captiua, alienata, meretrix, scelerata, & execranda, ad quātam dignitatem ascenderit. Cum ministratoriis potestatibus adstitit. Filius. n. vt qui sit honore æqualis, sedet a dextris, ipsa vero stetit. Quanuis enim sit regina, est tamē creatæ substantiæ. Quomodo ergò dicit Paulus, Conresuscitauit, & considere nos fecit in cœlestibus in Christo Iesu? Sed attende quàm exacte loquatur. Non dixit solummodo, Conresuscitauit, & considere fecit: sed, in Christo, hoc est, per Christum. Quoniam enim, inquit, caput nostrum est supra, nos autem corpus, cum superius sedeat nostrum caput, nos quoque honoris participes fuimus, & sterimus. [In vestitu deaurato, circundata varietate.] Alius. In diademate auri ex Ophir. Quemadmodū in rege non arcus, & sagittas intelligimus, ita nec in sponsa vestes intellige, sed per ea quæ sunt sensilia accipe intelligētias, quę deo conueniant. Nequis enim tale, quid suspicetur, subiunxit dicens, Omnis gloria filiæ regis ab intus. Atqui vestes sunt omnium maxime extrinsecus, & propter eos, qui vident. Sed hoc ita se habet, quando sunt res corporeæ, sed quando agitur de rebus spiritalibus, conuerte intro mentis oculos. Hanc vestem rex texuit, eamq; illam per baptismum induit. Quotquot enim, inquit, in Christum baptizati estis, Christum induistis. Antea enim erat nuda turpis, & inhonesta, expositaq; omnibus, q transibant per viam. Ex quo autem illam vestem induit, euecta est ad illam altitudinem, & vt a dextris staret digna fuit habita. Pulchre autem ipsam quoque describit

Act.2. Gutta. ἑκατὸν stracte. Matt.9. Amo.6. K 2.Co.11 Io. 3. Mat.22. Mat.26. L Ephe.2. M Gala.3.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Gratia: varietatem. Non cõstat. n. vestis ex vno tãtum genere. Neque enim licet seruari tantummodo ex gratia. Sed fide quoque opus est, & post fidem, virtute. Nunc autem nõ agitur de vestibus. Neq; n. spiritus tm in eo studium ponebat, vt aureas vestes mulieris deseriberet. Si. n. mulieres, quæ se exornant reprehendit Esaias, & vbiq; expulsæ sunt delitiæ: quõ hic ornatam mulierem laudauerit? [Audi filia, & vide, & inclina aurem tuã, & domũ patris tui. Et concupiscet rex decorem tuũ.] Alius. vt cõcupiscat. [Qm ipse est dñs tuus.] Alius. Ipse. n. est dominus tuus. [Et adorabunt ipsum.] Alius. Et adorabis ipsum. [Et filia tyri in muneribus.] Alius. Filia autẽ valida dona feret. [Vultum tuum deprecabuntur A oẽs diuites plebis.] Vides quõ nihil est sensile, quomodo nihil corporeum, sed referuntur omnia ad intelligentiam. Quomodo enim sponsa est eiusdem filia? Quomodo autem filia sponsa? In rebus quidẽ corporeis hæc non insunt, sed hoc quidem aliud, & illud aliud. In deo autem insunt vtraq;. Ipse. n. & ipsam regenerauit per baptismum, & ipse quoq; eam despõdit. Audi filia, & vide. Duo ei præbuit, & doctrinam, quę per verba traditur, & visum, qui & per miracula, & per fidem suscipitur, & hæc quidem dedit: illa vero pollicitus est. Audi ergo verba mea, vide mea miracula, & mea opera, & meas fer admonitiones. Vide aũt quale det prius præceptum. Obliuiscere populi tui, & domus patris tui. Qui. n. eam despondit ex gentibus, hoc ei prius præcipit, vt illam consuetudinem ex animo deleat, e memoria eximat, a mente eiiciat, non solum ea fugiendo, sed ne eorum quidem recordãdo. Et obliuiscere populi tui, & domus patris tui. Qũ autem dicit, & populum, & domum, inteligit omnia, quæ illic ab eis fiunt, & quod ad vitã, B Decorẽ κάλλος & quod ad dogmata decretaq; pertinet. Et concupiscet rex decorem tuum. Vides eũ non loqui de pulchritudine corporis, si. n. pulchritudiné. hæc feceris, tunc, inquit, eris pulchra. Hæc enim nõ facit pulchritudo corporea. Atq; inter infideles videmus corporeã pulchritudinem, & ex gentibus formosas mulieres, sed vt scias cum non loqui de pulchritudine corporis, eam dicit cõstituti ex eius obedientia, obedientia autem non constitui pulchritudinem corporis, sed animæ. Si hæc, inquit, feceris, tunc eris pulchra, tunc eris sponso grata, & amabilis. Quoniam ipse est dominus tuus. En pater, qui & sponsus, & dominus apparuit, quoniã enim iussit, vt æparẽtibus recederet, populi obliuiscereturq; consuetudinem expelleret, ostendit maximam, & iustissimam esse causam cur ea præciperet, magnamq; esse rationis consequentiam, idq; debere fieri, si. n. idem pater tuus, idem sponsus, & idẽ dñs. a quum est, vt ab illis omnibus te seiũgas, & teipsam illi dedices. Non dixit autẽ, Quoniam ipse est pater tuus, sed, Quoniã ipse est dominus tuus, vt ea ratione eã maxime feriat, quoniam, qui est dominus, & C pater tuus, voluit quoq; sponsus fieri. Immo vero illud ipsum quoq;, factum esse dominum, summæ est benignitatis, & clemẽtiæ, vt quæ erat serua dæmonum, & cõculcabatur ab errore, eam suam esse vellet, nõ solum autem ancillam, sed filiam fecit, & spõsam. Obliuiscere populi tui, & domus patris tui, non venis. n. ad alienum quempiam, sed ad eum, qui te fecit, & est omnibus illis tibi propinquior, & de te est solici A&. 17. tus, tuiq; curam gerit. Ipse enim est dominus tuus, & pater, & ipse omnia tibi dedit. Et adorabunt eum, & filia Tyri in muneribus. Quænam est hæc consequentia? Vel optima est. n. optimum genus adhortationis. Accede, inquit, sunt. n. maximę eius vires, & omnes ei obedient, mittens autem propheta dicere orbẽ terrarum, dicit propinquam ciuitatem, quæ morbo impietatis tunc maxime laborabat, & erat arx diaboli, & de cuius opibus, & magnificentia fama erat maxima, ex parte totum significans. Mihi autem videtur omnem impietatem, & luxuriã sic vocare, scit enim mo- Esai. 1. res ex vrbibus exprimere, vt quando dicit, audite verbum domini principes Sodomorum. Audite legem dei vestri, populus Go- D morræ. Atq; alloquebatur Iudęos, sed quoniam ea faciebant, quæ fiebant a Sodomitis, eos appellat a nomine Sodomorum. Et quid miraris, si eos sic appellat ex patria, cũ eis quoq; det patres eiusmodi, Dicens, Pr tuus est Amorræus, & mater tua Chet- Eze. 16. thæa? Et ne hic quidem sistit eorum accusationem, sed etiã ad feras vsq; deducit orationem, in nouo quidem sic dicens scriptura. Serpentes, genimina viperarum. Et rur- Mat. 3. sus in veteri. Oua aspidum ruperunt, & te- Esa. 59. lam aranex texunt. Et alibi, nunquid non Amo. 9. sicut filii Aethiopum vos estis mihi? Ita hic

etiam

ét eos qui impie, & limidinose vixerunt, Tyros appellauit sed ét eos, inquit, superabo, & in eos dominatum obtinebo, & ita obtinebo, vt ipsi me adorent, & non solummodo adorét, sed munera ét, & primitias offerant, quod est maximũ genus adorationis, & signum summæ obedientiæ. Vultum tuum deprecabuntur diuites plebis. Quid est, deprecabũtur? Honore, & gloE ria afficiét, qui magni sunt, & excelsi. Hoc enim nunc fit in ecclesia, eos qui ex virtute vitam agunt, omnes honorant, & colũt licet sint, & opibus, & authoritate ĩsignes, omnibus. n. copiis, & facultatibus est maior virtus, videte autẽ ecclesiã, quæ honoratur ab omnibus. Recte vero dixit, vultũ tuum, hoc est, gloriam tuam, formam, & pulchritudinem tuam, deinde q̃m vultus meminit, & vestium, & pulchritudinem, nequis crassior sentiret aliquid sensile, subiunxit, dicẽs. [Oĩs gloria filiæ Regis ab intus.] Mentem, inquit, ingredere, edisce pulchritudinem animæ de illis tecum loquor, etsi vestem dico, etsi pulchritudinem dico, etsi aurum dico, etsi fimbrias dico, etsi aurata dico, etsi dico quodcũq; sit eiusmodi, de mẽtre loquor doctrina est de anima, est de virtute, quod dicitur, de interna gloria. Rursus itaq; deducit orationem ad corporeas similitudines, postquã crassum auditorem correxit iis quæ dicta sunt. [In fimbriis aureis circumamicta varitatib.] Alius, p aureas armillas varie induta. No mine auri virtutem rursus vocans. Ita etiã dicit Paulus. Siquis sup ędificat super hoc fundamentum, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, virtutẽ, & vitium harum materiarum appellatioF ne ostendens. Ne ea enim non esse existimares id quod situm est interius, non permittit, vt quę sunt externa visione apprehendas, sed intro trahit cogitationẽ. Quẽ admodum enim corpus, sed indutum puchrũ apparet, ita ornatur anima, si sit virtute induta. [Adducentur regi virgines post eã.] Alius. Sequuntur. [Proxime eius afferẽtur tibi. Afferẽtur in lætitia, & exultatione, Adducẽtur i tẽplũ Regis.] Vidisti vestes, fimbrias, vidisti amictium aureum, florem virginitatis, is est vestis ecclesię. Cõsidera aũt mihi q̃ accurate loquatur prophetæ. Quia enim nõ statim cum primum constituta est ecclesia, floruit bonum virginitatis, sed aliquãto post tẽpore, ꝓpterea ipse quoq; postea id ponit, nempe postquã ea oblita fuerit pop uli, domus patris, & induta fuerit illo ornatu, & specie ac pulcritudine resulserit. Et ideo dicit, post eã propinque eius afferentur, propinque nõ loco tantum, sed & moribus, & dogmatibus cum ea congruentes. Hæreticorum. n. virgines, non recte dixeris virgines, neque enim sunt propinquæ Reginę. Afferentur G in lætitia, & exultatione. Vide hic dictum 1.Co.7. Apostolicum resplendere, & illam enuntiationem ostendi ét in propheta. Quæ nã autem ea est? Tribulationem carnis habebunt, quæ nubunt. Quemadmodum aũt illæ afflictionem: ita hæ lætitiam, & exultationem. Illæ enim filios, & maritum, & domum, & famulos, & cognatos, & generos, & soceros, & nepotes liberorum multitudinem, eorũdemq; vel defectum, vel orbitatem curare coguntur. Neq; enim nunc tempus est describendi calamitates matrimonii. Virgo aute crucifixa, & à præsentibus liberata, & curis ad hanc vitam pertinentibus affecta superior, & euripo traiecto in cœlum quotidie suspiciens, fruetur gaudio spiritus, perfunditur exultatione. Non solum autem præsentia Pro Mat. 25 pheta, sed etiã futura significat, quando pulchras, & splendidas lampades habẽtes, fiunt obuiam sponsum excipientes. Templum autem. Regis hic vocat Regiam, thalamũ, & cubile. [Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filii. Alius. Erunt tibi filii tui. Quoniã superius meminit populi, & parentum, dicens, Obliniscere populi tui, & domus patris tui, ostendens in hoc quoq; omnia ei fausta, & prospera futura, hoc subiunxit. Quæ. n. erat sterilis, est mater filiorũ innumerabiliũ. Quãobrem etiamsi auulsa es a H parentibus, at tuorum filiorum chori erũt adeo clari insignes, & illustres, vt omnem orbem terrarũ impleant. Mihi aũtẽ vĩ dicere Apostolos, qui fuerunt in eo doctores. Deir de describens eorum vires, potẽtiã, & gloriã, dicit, [Constitues eos principes super oẽm terrã.] Egent ne hęc interpretatione? Ego quidem minime existimo quemadmodum nec quod sol sit lucidus. Quæ aũt dicta sunt eo clariora. Vniuer- Psal. 18 sum. n. orbem terrarum peruaserũt Apo- Mar. vl. stoli, & omnibus principibus fuerunt magis ꝓprie principes, regibus potentiores. Reges. n. dum viuũt, dominatũ obtinent, iis autẽ mortuis, intercidit dominatus, &

Regum quidem leges ratæ sunt, & validæ intra eorum fines, iussa autem piscatorum per vniuersum orbem terræ extensa sunt. Imperator Romanorum Persis nō posset ferre leges: nec Persarum Rex posset ferre leges Romanis. Hi autem Palæstini, & Persis, & Romanis, & Thracibus, & Scythis, & Indis, & Mauris, & vniuerso deniq; orbi terrarum leges dederunt, nec solum dū ii viuerent, firmæ, & ratæ fuerunt, sed iis etiā mortuis confirmatæ sunt, & qui eas
I leges acceperunt, mallent animam millies profundere, quam ab illis desciscere. [Memor ero nominis tui in oi generatione, & generatione. Propterea populi confitebūtur tibi in æternum, & in seculum seculi.] Alius, Reuocabo in memoriam nomen tuum in vnaquaque generatione. Propterea populi laudabūt te perpetuo. Dixit magnitudinem principatus, a lōgitudine terræ, a latitudine orbis terrarum, a multitudine gentium quæ subiectæ sunt. Dicit ét aliunde eius authoritatem, quòd non solum extēdetur per vniuersum orbem terrarum, sed etiam per vniuersum æuum. Immortalis, enim inquit, erit tui memoria, descripta in libris nostris, descripta in rebus publicis, descripta in præceptis. Vide quomodo suæ quoq; prophetię prędicit perpetuitatem. Cū enim dixit, Memor ero nominis tui domine in omni generatione, & generatione, hoc significauit. Et si ego, inquit, mortuus fuero, te tamen cātabo, vel moriens. Corpus enim dissoluetur: literę autem manent, & lex perpetua. Propterea confitebuntur tibi. Vnde cœpe-
K rat, illic desinit, nempe in Christo. Propterea. Propter quænam? Quòd tot, & tanta rectè gesseris, q̄ tales principes constitueris, quòd vitium exegeris, quòd virtutem plantaueris, quòd nostram naturam desponderis, quòd hæc bona ineffabilia feceris, vniuersus orbis terræ, tibi laudem offeret, nō in breui tempore, nec in decem, & viginti & cētum annis, nec in parte orbis terrarum, sed terra, & mare, quæ est habitabilis regio, & quæ non habitabilis, per omne æuum canent, gratias agentes pro bonis, quæ a te acceperunt. Pro his autem omnibus nos quoque gratias agamus benigno, & clementi Christo. Per quem, & cum quo patri gloria simul, cū sancto spiritu, nunc, & semper, & in sæcula sęculorum. Amen.

IN XLV. PSALMVM

Victoriæ affectori filiorū Chore. In finem pro filijs Chore, pro arcanis. Alius, Pro adolescentijs canticum.

DEus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, q̄ inuenerūt nos nimis] Alius, in afflictionibus inuētus. [Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & trāsferentur mōtes in cor maris.] Solita vtitur philosophia propheta, a L
rebus quidē ad hanc vitam pertinentibus nos abducens, in spē aūt supernā auditore erigens. Ne mihi, inquit, dextris arma, muros, & fossas, nec pecunię copiā, nec rei militaris scientiam, nec equorum multitudinem, nec arcus, sagittas, & loricas, nec sociorum vires, nec militum phalanges, nec robur corporis, & hostium experientiam, sunt enim hæc oīa araneæ tela, & vmbra imbecilliora, sed si velis videre copias inexpugnabiles, refugium insuperabile, præsidium, qđ non diripi, turrem q̄ labefactari, non potest, ad deum confuge, vires illas attrahe. Rectè autem dixit, Deus refugium nostrum, & virtus, ostendens, q̄ aliquādo quidem fugientes vincimus, aliquando autem stantes, & pugnātes. Vtrunq; n. oportet facere, & contra tendere, & declinare. Act. 15.
Hoc etiam faciebat Paulus, aliquādo quidem cedens, aliquando autem insultans 14. Matt. 3.
iis, qui aduersabātur verbo veritatis. Hoc Ioan. 8.
quoq; Christus faciebat, nos docens. Hoc quoq; nos oportet, facere, & rectè cognoscere opportunitatem temporis, & orare quidem ne ingrediamur in tentationem, vt vult illud dictum Euangelicum, vbi autem aduenerit, non esse molli, & ignauo Matt. 6.
animo, sed fortiter resistere, Adiutor in tribulationibus, quę inuenerunt nos nimis. M
Quod sępe dixi, nunc quoque dico, Non Nimis
prohibet quominus veniant afflictiones, valde.
sed vbi aduenerint, assistit, nos frugi, & probros efficiens. Illud autem nimis, aut valde, attribuendum est ei quod est, Adiutor. Neque enim leue, sed insigne fert auxiliū, plus prębens solatii ex ope lata, quā fit suscepta molestia ex afflictionibus. Nō enim quantum malorum conditio postulat, tantum nobis prębet auxilium, sed lō ge maius. Propterea non timebimus dum turbabitur terra. Vides quomodo maius, & longe copiosius fert auxilium. Non solum enim dixit, Non capiemur, nec cademus,

mur, sed ne id quidem patiemur, quod est naturæ proprium, vt terreamur, & timeamus. Vndenam autem hoc euenit? Ex eo, quod sit copiosum auxilium. Terram autem hic, & montes, & cor maris, non dicit elementa, sed eorum nomine intolerabilia pericula significat. Etsi omnia, inquit, A videamus confusa, etiam si perturbationē plane intolerabilem, etsi ea omnia euenire, quæ nunquam facta fuerunt etiam si ipsam, vt ita dicam, creaturam cum seipsa collidi, & ipsius naturæ terminos moueri, & omnia ex ipsis conuelli fundamentis, & prima elementa confundi, & omnium denique rerum maximam fieri perturbationem non modo, non vincemur, sed ne timebimus quidem. In causa autem est, ꝙ omnium horum dominus opem fert, manum porrigit, & assistit. Si autem, vel his euenientibus minime cederemus, nec molles, aut ignaui redderemur: multo magis si nos inimici inuadant, & in nos aciem dirigāt. [Sonuerunt, & cōturbatæ sunt aquæ eorū. Cōturbati sunt mōtes in fortitudine eius.] Alius. Sonantibus, & turbatis aquis, & cōcussis mōtibus in glorificatione eius. Postq̄ dixit se non verituros, ne si omnia quidem confringantur, ac collidantur, deinceps differit de eius potentia, quod scilicet sint vires eius inexpugnabiles. Et merito, inquit, non timuerimus, & quod semper facit, nunc quidem ex creaturis, nunc B vero ex iis quæ hominibus accidunt, vires eius prædicans, hoc ipsum hic quoque facit. Quod autem dicit, est eiusmodi. Omnia concutit, labefacit, transfert, quādo voluerit, adeo sunt illi omnia prōpta, & procliuia. Mihi autem videtur hic significare multitudinem virorum fortium, & præstantissimos hostium, & infinitum populum aduersariorum. Tāta est enim, inquit, eius potestas, vt si tantummodo annuat, hæc oia fiant. Quo ergo poterimus timere, qui talem habemus dñm? Diapsalma. Alius. Sēper [Fluminis impet⁹.] Alius. Diuisiones. Hebræus autem pelagau. [Lætificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suū altissimus.] Alius. Sanctum habitationis altissimi: [Deus in medio eius, non commouebitur. Adiuuabit eam deus mane diluculo.] Alius. Circa matutinum. Alius. Quod mane annuerit. Postquàm dixit de eius potestate, & virtute, & ꝙ sunt ei omnia facilia, ad Iudæorum quam gerit prouidentiæ argumentum conuertit orationē, paucis dictionibus ostendens, quę bona eis data fuerint. Hinc enim, qui est adeo fortis, adeo potest, qui omnia fert, & agit, qui om C nia monet, concutit, & transfert, ac traducit, impleuit ciuitatem nostram bonis innumerabilibus. Fluuius enim hic, profusam, copiosam, & inoffensam bonorū supernorum suppeditationem ostēdit, perinde ac si diceret. Tanquam ex fontibus, omnia nobis bona profluunt. Quemadmodū enim fluuius, qui scinditur in multas partes, subiectam regionē irrigat: ita dei prouidētia omni ex parte influit, abunde promanans, cum susurro perfluens, & omnia implens. Non solum autem præbet nobis securitatem, certumq̄, & intractum auxilium, sed etiam spirituale gaudiū. Et ideo dicit, Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Quin etiam hoc ipsum est non parua pars beneficii, tabernaculum suum, locum vocare. Neq; enim temere posuit illud. Altissimus. Qui est ergo adeo altus qui nullo loco comprehenditur, qui est substantia ineffabilis, dignatus est vocare nostram ciuitatem suum tabernaculū, eamq; omni ex parte cōtinet. Hoc enim sibi vult illud, In medio nostri quemadmodum ēt dicit alibi, Ecce ego vobiscum sum, vndiq; eam coercet, & exercet, & ideo nō modo Mat. 28 nihil graue patietur, sed ne commouebitur quidem. Causa autem est, quòd celerri D mum assequitur auxilium, vtpote quod sit Esa. 44. promptum, & paratum. Hoc. n. sibi vult il- 55. lud, Mane diluculo, quod non differtur, 2. Co. 6. nec protrahitur, sed est semper recēs, & vegetum, & in tpe opportuno. [Conturbatę sunt gentes.] Alius. Simul congregatæ sunt gentes. [Inclinata sunt regna. Dedit vocē suā altissimus, mota est terra.] Ostendit hic vim eius auxilii. Nō. n. qbuslibet inuadentibus, sed Regibus, gētibus vndiquaque coeuntibus, vnam ciuitatem circundātibus, & obsidentibus, nō modo nihil graue ab eis passa est, sed etiam vicit, superauit, & euertit eos qui inuadebant. Hoc. n. sibi vult illud, Inclinata sunt regna. Dedit vocem suam altissimus. Perinde ac si dixeris, vel ipso solo clamore cepit vrbes, verbū quidem crassum, & qđ humano more dictum est. Neque enim vincit deus voce & clamore, sed solo nutu, & volūtate, sed tamen ex his quoq; crassioribus eum sustollens, aliis altiorem dictionem excogi-

tauit. Quia. n. eum ſemper introducit armatum, oſtẽdens illa omnia dicta eſſe metaphorice, & tropice, & vt ſe ad noſtrũ ca
E ptum accomodaret: Deus.n. nullo eorum indiget, ſubiunxit, Dedit vocem ſuam, & commota eſt terra, oſtendens ipſum nõ ſolum vrbes, gẽtes, & regiones, ſed ipſum ẽt elementum concutere. Scit autem terrã
Gen.11 quoq; vocare multitudinem, vt quãdo dicit. Et erat omnis terra labrum vnum. [Dominus virtutũ nobiſcũ. Suſceptor noſter deus Iacob.] Hebræus autem pro eo qđ eſt, Virtutum, dixit Sabaoth. Vide quomodo a terra tollit orationẽ, ad infinitos populos Angelorum, ad gentes Archangelorum, ad ſupernas poteſtates. Quid.n. mihi dicis caſtra, & barbaros, & homines, qui pereunt? Cõſidera eius vires. In regno, qđ in cœlis obtinet, quot inuiſibilium poteſtatũ exercitus ſub ſe habet inſtructos. Recte autem eos appellauit virtutes, vires eorum oſtendens, quod etiam dicit alibi. Va-
Pſ. 102. lentes viribus, facientes verbum eius. Ete-
2. Re. 19 nim vnus Angelus, cum aliquando eſſet egreſſus, centum octogintaquinq; millia ſuſtulit. Quid igitur, ſi eſt quidem potens non vult autem nobis manum præbere? Atqui ne hoc timueris. Propterea. n. ſub-
F iunxit. Suſceptor noſter. Et vult ergo, & põt, ne ergo timeas. Quid ſi nos ſumus indigni? Sed habemus a patribus traditam eius in nos benignitatem. Hoc itaq; ſignificãs, dixit, Deus Iacob. Quaſi diceret. Ab alto, & ab initio hæc fuit ſemper eius conſuetudo. Diapſalma. Alius, Sẽper. [Venite, & videte opera dñi, quę poſuit ꝓdigia ſuper terrã. Auferens bella vſq; ad fines terrę. Arcum conteret, & confringet arma.] Ali⁹. Cõfregit, & [clypeos cõburet igni.] Alius. Et currus cõburet in igni. Poſtq̃ dixit de terra, de mari, de mentibus, de ſpiritali quę ipſis facta eſt ſuppeditatione, de auxilio, apud ſpectatores rurſus argumentum amplificat, eos vocans ad trophea ex magna voluptate, & ſumma in dñm affectione, & narrans victorias, quas pro eis obtinuit. Recte autem dixit, Prodigia, non autem victorias, & trophęa. Non.n. quæ fiebant, ex certo ordine fiebant, & quadã conſequentia, nec armis, & virtute corporum decernebatur prælium, ſed dei nutu, rebus ſignificantibus, eum eſſe Imperatorem. Qm̃. n. potentes vincebantur ab imbecillis, multi a paucis, qui dominatũ obtinebant, ab iis qui eis parebant, & res præter ſpem ſuccedebant, ea iure vocat prodigia. Vt quæ admirabiliter, & præter ſpem
G eueniebant, & vbiq, terrarum ſparſa fuerant. Non aberrauerit autem quiſpiam, ſi hoc per anagogen ad præſens etiam tempus deſumpſerit. Difficile.n. dæmonũ bellum confecit, & per vniuerſum orbem ter
Eſa. 2. ταπεινοῖ ξιφέας rę pacem extendit. Quin etiam quod ſub ſenſum cadit, eorum bellum depulit. Qđ Eſaias quoq; ſignificans, dicebat, Conuertent gladios ſuos in ligones, & machæras ſuas in falces, & non ſumet gens aduerſus gentem gladium, & non diſcent amplius bellare. Ante Chriſti. n. aduentum, omnes homines arma capiebant, & nullus erat ab hoc munere immunis, & ciuitates pugnabant aduerſus ciuitates, & bello vbiq; confligebatur, nunc autem maior pars terræ degit in pace, oĩbus ſecure, & artes exercentibus, & terram colentibus, & mare nauigantibus, ſunt autem pauci milites, qui pro aliis omnibus aciem inſtruunt. Quin etiam eorum quoq; nullus eſſet vſus reliquus, ſi quæ decet faceremus, & non opus haberemus, vt commoneſieremus ab afflictionibus. Ignẽ autem hic vocat eius iram,
H & dicit rem, quę accidit, ꝙ ſcilicet arma eorum, & currus combuſſerunt, cum eos
Eze. 39. per vim viciſſent. Quod etiam dicit Ezechiel, & quicunq; ſunt ſtudioſi, nouerunt hiſtoriam. [Vacate, & videte qm̃ ego ſum deus. Exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.] Alius. Curemini, & cognoſcite. Alius. Sinite, vt cognoſcatis. Hebræus autem dicit, harepu vdeau. Hic mihi videtur gentes alloqui, propemodum hoc dicens. Nouiſtis quidem eius vires, & potentiam, quæ vbiq; terrarum ſe extendit. Opus eſt autem vobis otio, opus eſt ſano animo. Hoc autem ſignificat etiam illud, Sinite: vos.n. hortatur, vt errore dimittatis, a prio
ri vitę inſtituto recedatis, a rerum improbarum, quæ vos detinent caligine reſpiretis, vt deducti a doctrina miraculorũ, quie
toq; animo præditi, Deum vniuerſorum agnoſcatis, neq; enim miracula ſolum ſufficiũt, niſi adſit pius, & gratus animus. Nã apud Iudæos quoq; facta ſunt miracula, nec ex eis quicquam emolumenti ad illorum ſalutem allatum eſt. Quemadmodum enim non ſufficiunt ſolis radii, niſi oculus quoque ſit purus, & ſanus: ita nec hic quidem ſolummodo miracula ſufficiunt. I

Quo-

Quocirca cum de illis dissentiret, hortatur eos qui sunt ex illis capturi vtilitatem, vt respirent a malis, quæ eos captos detinent, vt possint cognoscere deum vniuersorũ. Vacate, & videte, qm̃ ego sum deus, nõ simulachra, nec statuæ. Vacate, & multa euidentissima vobis argumenta ostendam. Hoc. n. sibi vult illud, Exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra, hoc est, per opa vobis magnus, & excelsus ostẽdar. Habet. n. propriam altitudinem pura illa, & ab interitu aliena, & ineffabilis natura. Sed qm̃ vos eam non perspicitis, eã vobis per opera ostendã. Non solum aũt in Palæstina, nec solum Hierosolymis, sed etiam apud vos gẽtes. Ita ergo exaltatur, eos vincens ac superans, miracula faciens Babylone, miracula in Aegypto, miracula in deserto, miracula per vniuersum orbem terrarum, vt illi vndiq; habeant doctrinam eius cognitionis. Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster deus Iacob. Hic est ergo deus, qui est vbiq; magnus qui est vbiq; excelsus, is semper stetit nobiscum. Ne ergo timeatis, neq; conturbemini, cũ habeatis dominum adeo inexpugnabilẽ.

K Quem decet gloria, honor, & magnificentia, cum patre principii ex parte, & viuifico suo spiritu, nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

IN XLVI. PSALMVM, *Profilijs Core. Alius, Victoriæ effectori filiorum Core.*

OMnes gẽtes plaudite manib⁹.] Alius. Manu. Iubilate deo in voce exultationis. Alius. Significate in voce laudationis. [Qm̃ dns excelsus, terribilis, rex magnus super oẽm terram.] Hic etiã psalmus idem tangit argm̃, dicens victorias, & trophæa, quæ contra hostes sibi pararunt, & vniuersum orbem terrarum vocans ad ea laudanda, quæ gesta sunt. Sed nonnullis fortasse videtur procœmium esse indignũ diuini spiritus hortatione, & eiusmodi incitatio, plausus, strepitus, & iubilationes. Neq; n. iis, qui in hunc venerandũ locum

L ad docendum constitutum coeunt, hęc, dixerit quispiam, conueniunt. Sed iis quidẽ qui in scena, & conuiuiis versantur, pulsare, & plaudere manibus: viris aũt, qui docentur a gratia spiritus, conuenit quies, ordo, & moderatio. Quid ergo vult significare quod hic dr̃, & quemnam plausum, inquit? Consueuerunt hoc facere, qui instructa acie prælio sunt decertaturi, iubilare, inquam, & manibus maximos plausus ædere, ad hostes perterrẽdos, a peccato aũt & trãquillo aĩo est hoc alienum. Psalmus aũt iubet vtrunq;, & plaudere manibus, & iubilare. Quid est ergo qđ dictum est? Nihil aliud ostendit, quod dicitur nisi victoriã, & signum victorię significat. Nam alibi quoq; ꝓpheta inducit fluuios pulsantes manibus. Fluuii, dicens, plaudent manibus in idipsum. Esaias aũt arbores quoq; adducit hoc facientes. Hic ipse autem rursus, & montes, & colles exilientes, non vt hoc intelligamus, quod montes, & colles exiliant: nec vt plaudentes fluuios, vel manus habentes, hoc est. n. extremæ amentię, sed vt summam discamus voluptatem. Ita etiam possumus videre in hoibus. Et cur non dixit, Gaudete, & exilite, sed, pulsate, & iubilate? Vt nobis insignẽ ostendat voluptatem. Quemadmodum. n. Christus, qñ dicit, Tu autem qñ ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, non hoc dicit M iubens, vt vngamur (nemo. n. nostrum hoc facit) sed ostendere gaudium lætumq;, & alacrem aĩum, iubet. n. vt lętus ieiunet, tristitiam non præ se ferens, Ita etiã hic quoque non hoc iussi sumus, nempe plaudere manibus, & iubilare, sed dũ psallimus, lætari, & voluptate affici. Iure autẽ sumpserit quispiã psalmum ꝑ anagogen, superata historia. Nam etsi initium ac procœmium ducit a sensilibus, ad ea tñ, quę versantur in intelligentia deducit auditorem. Qđ. n. antea dixi, nunc quoq; dico. Alia quidem ita sunt accipienda, vt dicta sunt, alia vero aliter q̃ præ se ferant, quę sita sunt. Quem admodũ se habet in illo, Lupi, & oues simul pascentur. Non accipimus. n. lupos, & oues, nec paleas, bouem, & taurũ, sed mores hoĩum ꝑ similitudinem brutorũ exprimimus. Alia vero sunt accipienda dupliciter, vt & sensilia intelligamus, & quæ intelligentia versantur suscipiamus, quemadmodum in anagoge, & sublimi cõtemplatione filii Abrahã. Filium. n. oblatum fuisse scimus, verum aliqđ ét aliud qđ latet in intelligentia ꝑ filiũ excerpimus, nẽpe crũcem. Et rursus i rubo, q in Aegypto visus est, passionis rursus similitudinẽ similiter exprimimus. hoc ipsum hic quoq; faciendum

Psal. 97. Esa. 55. Psal. 113. Mat. 6. Esa. 11. & 65. Gen. 22 Exod. 3

dum est. Neq; enim loquitur solũ de Arabibus, & vicinis, sed vocat omnes gentes. Quoniam dñs excelsus, & terribilis, & rex magnus super oẽm terram. Statim a principio auditore excitat, ad bonorum nunciorum tantam vocans magnitudinem, & ad publicam totius orbis terræ concionẽ, diuinumq; ac spirstale festum, & quod deportatum est ex cœlis peragendum mysterium. Et ideo dicit, Plaudite manibus, hoc est, gaudete, exilite. Nam hoc quoq; sermo
Mat.5. iubet Euãgelicus, dicẽs, Exultate, nõ omnino iubẽs saltare, & exilire, hoc est enim
Luc.6. illiberale, sed vehementiam lætitiæ significans. Quod.n.fit, magnam meretur lætitiam. Quãtum.n.terræ sol respicit, sermo peruasit Euãgelicus, & seruatus est vniuersus orbis terrę, & qui ab errore antea detinebantur, iudaico cultu maiorem ostende re philosophiam. Et ideo dicit, Omnes gen
B tes plaudite manibus. Illis, inquit, antea sceleratis, illis impiis, & execrandis, q̃ per immunda sacrificia quotidie polluebãtur: quibus filios occidebatis, & turpia patrabatis, & aduersus ipsam naturam contendebatis, eis nunc plaudite manibus, iubilate deo in voce exultationis. Lingua illa, qua execranda gustastis, qua verba impia, & blasphema protulistis, ea iubilate canticũ victoriæ. Solent enim exercitus, quãdo inclinat exercitus hostium, non vti extrema victoria, sed concordi voce, & clamore fractos, iam & abiectos eorum animos conquassare, qđ est claræ victoriæ, & trophei maximi argumentum, q̃n bellum non manibus, sed clamore decernitur, isq, loco manuum, & armorum sufficit. Hoc ergo fuit vniuersum Christi opus. Difficile. n. hoc
Mat.3. bellum ipse confecit, fortiq; alligato, suppel
Luc.11. lectile eius vasisq; ablatis. cum sit autem benignus, & clemens, eos qui nihil laborauerãt, victoria frui facit, & trophæis, & adepinicion offerendum eos præparat, perinde ac si ipsi se rectè gessissent, & vicissent. Quocirca oẽs quoq; clamamus non voce aliqua obscura ac cõfusa, sed clarissima, & significãtissima. Vbi est mors stimulꝰ tuus.
1.Co.15. Vbi est inferne nũc tua contentio? Et rur
C sus, Ascendit deus in iubilo. Hoc enim in
Psal.67. hoc psalmo dictũ est. Et rursus alibi. Ascen
Ephe.4. dit in altum, Captiuam cepisti captiuitatem. Accepisti dona in hominibus. Obtulerunt etiam aliquando iudæi epinicion, quando in mari fuit demersus Aegyptiorum exercitus, dicentes, Canamus domino glorioſe. n. glorificatus est. Sed nostrũ Exo.15.
est multo maius, non Aegyptiis demersis, sed dæmonibus, non Pharaone superato, sed diabolo, non armis captis sensilibus, Exo.16
sed sublato vitio, non in rubro mari, sed Ioan.6.
in lauacro regenerationis, non egredienti Exo.17
bus in terram promissionis, sed in cœlum Ioã.19.
tendenti, non manna comedentibus, sed dominico corpore vescentibus, non aquã è petra bibentibus, sed sanguinem è latere. Et ideo dicit, Plaudite manibus, quod liberati a lignis, & lapidibus, cœlos, & cœlos cęlorum transcenderitis, & ad ipsam regiam sedem steteritis. Iubilte ergo deo, hoc est, Illi offerte gratiarum actionem, illi victoriam, illi trophæum. Non est bellũ humanum, nec pugna sensilis nec pro aliquo eorũ quæ, ad hanc vitam pertinent, decertatur, sed pro cęlis ipsis, & iis q̃ sunt
D in cœlis. Ipse suis auspiciis suoq; ductu hoc bellum confecit, nos autem victoria impertiit. Quoniã dominus excelsus, terribilis, rex magnus super oẽm terram. Vbi nunc sunt qui detrahunt gloriæ vnigeniti? Ecce rex magnus dẽ filius, quod de patre dictũ est. Ne iurauerisn.inquit, neque Matt.5.
in cœlo, q̃n est sedes neq; in Hierusalem, Esa.28.
quia est ciuitas regis. Et rursus alibi Deus Esa.9.
fortis, potens, quod est rex. Quando ergo Potens
audieris crucifixum esse dominum, fuisse ἐξουσιαστὴς
sepultum, ad inferiores terræ partes descendisse, ne labris, nec angaris est. n. altissimus, & natura altissimus. Quod est autẽ qui po-
altum natura, ab altitudine minime vn- testate
quam recesserit, nec si humile quidem sue obtinet
rit, sed etiam in eius humilitate eius altitudo manet, & ostẽditur. Nam vel mortuus Io.1.
maxime ostendit suam in mortem potentiam. Lux in tenebris lucet, inquit, & tenebræ eam non comprehẽderunt, ita etiam in humilitate eius altitudo apparuit. Vide ergo ipsum, dum esset apud inferos, vel alta quæ uis concutientem. Sol.n. tunc auer
tebat radios, petræ findebantur, & velum Mat.27.
templi abrumpebatur, terra mouebatur, Mar.15.
ter, Iudas suffocabatur, & eius vxor terre Luc.23.
batur, Ipse Iudex se defendebat. Q̃n ergo E
audieris eum vinctum esse, & flagris cæ- Act.2.
sum, ne confundaris; sed vide eũ ostenden- Mat.27.
tem potentiam, vel in ipsis vinculis. Dixit Ioã.18.
Quem, quæritis, & oẽs humi supinos prostrauit. Vides quam sit terribilis, q̃ sola voce, & nutu, tãta faciat. Q̃n ergo videris eũ mortuum

UNIVERSIDAD DE MURCIA

mortuum, fac animo cogites sublatũ lapidẽ, Angelos, qui cũ metu ad sepulchrũ ma
neant, interos, qui refringuntur, mortem
Osc.13. quæ consumitur, captiuos liberantem, &
tunc cernes, q̃ sit terribilis. Si autem in ip-
so ignominiæ tempore tanta fecit, in cœ-
lo, in terra, apud interos, quid non faciet,
tempore futuri sui aduentus? Audi quid di
cant dæmones tẽpore humilitatis, spumã-
tes vincula soluentes inuia via ingredien-
Mat.8. tes. Quid nobis, & tibi fili dei? Venisti huc
Mat.24. ante tẽpus torquere nos. Si ergo hæc tunc:
Luc.21. qñ aduenerit, & potestates cœlorum cõcu
Mar.13 tientur, & sol cõuersus fuerit in tenebras,
& luna non dabit lucẽ suam, quid dicent?
Propterea dicit, Excelsus, terribilis. Vel po
tius, Quid quis pro dignitate dixerit, diem
F illum narrans, qñ mittet Angelos per vni-
uersum orbem terræ, quando omnia con
cutientur, quãdo terra mouebitur reddẽs
mortuorum depositum, quando innume-
rabilia corpora excitabuntur, quando cœ
Dan.7. lum veluti velum aliquod contrahetur,
quando statuetur terribile tribunal, quan
1.Co.4. do fluuii ignis trahentur, quãdo libri ape-
rientur, quãdo quæ ab vnoquoq; in tene-
bris facta fuerint, in medium ꝓducentur,
quando illæ intolerabiles pœnę ac suppli-
cia, quando minabundę potestates, quan-
do stricti gladii, quando erit abductio in
gehennam, quando omnis peribit autho-
ritas Regum, Imperatorum, & Consulũ
& prȩsidum, quando adfuerit tantus An-
gelorum populus, quando Martyrum,
Prophetarum, Apostolorum, Sacerdotũ,
Monachorum examina, quando illa ine-
fabilia præmia, quando brauia, quando co
ronæ, quando bona, quæ omnem mẽtem
superant. Quæ oratio hęc explicare pote-
rit? Si enim creationẽ propheta persequu
Psal.91. tus, defatigatus est, & resilit, dicẽs, Quam
magnificata sunt operã tua dñe, & Paulus
G vnum genus perscrutans prouidentiæ, ex
Ro.11. clamauit, dicens, O altitudo diuitiarum:
quid dixerit quispiam diem illum descri-
bens? Hæc omnia cum præuidisset prophe
ta, dicebat, Dñs excelsus, terribilis, Rex ma
gnus super omnem terram, orbis salutem
Iob.1. ostendens. Erat itaq; etiam antea magnus,
sed ignorabatur. Mundus per ipsum factus
est, & mundus, inquit, ipsum non cognos-
uit. Nunc autem hoc quoq, præclarę ges-
sit, quod nos sibi familiaritate iungendo
rex magnus effectus est. Quid ni enim ma-

gnus, qui pauperes, piscatores, illiteratos, 1.Co.1.
priuatos numero vndecim, obscuros, pere
grinos, piscibus magis mutos, vnicam tu-
nicam habentes, calceis carentes, nudos,
per vniuersum orbem terrarum misit, & Mat 10.
veluti mandato oẽs cepit? Hoc est vere es- Luc.10.
se Rex magnus. Qui vniuersum orbẽ ter-
ræ errore liberauit, & breui temporis mo Hebr.2.
mento veritatem reduxit, & diaboli tyrã-
nidem sustulit. Qui etiam antequã essent,
qui ei parerent, erat Rex magnus, non ha
bens in seruis vim imperii, non in specie
ac in vestibus, sed in ipsa natnra. Ego.n. Io.18.
inquit, ad hoc genitus sum. Hoc est esse H
Rex magnus, qui non habet honorem ex- Luc.3.
trinsecus allatum, qui nulla re opus habet Mar.7.
vt sit Rex, qui facit omnia quęcunq; vult. & 9.
Volo, mundare. Tibi dico, dæmonium sur Mat.25.
dum, egredere ab ipso. Tace, os obstrue.
Adeste, este hæredes parati vobis regni. Ite
in ignem æternum paratum diabolo ante
constitutionem mundi. Vides vbiq; pote-
statem, vides facultatem ac potentiam. Ita
enim cepit eos, qui paruerunt, vt persuase
rit, vel animam potius profundere, quàm
quod iussum est trãsilire. Rex.n. habet ho-
norem ab iis, qui eius subiiciuntur ditio-
ni: Hic aũt præbet honorẽ iis, qui ei obe-
diunt, & ideo illud quidẽ est solũ nomen:
hoc vero res. Magnus est Rex, qui vniuer-
sum orbem terræ, cœlum fecit, & vt barba
ri philosophi fierent, & Angelos imitaren
tur, curauit, populos nobis subiecit, & gẽ-
tes sub pedibus nostris. O miraculum. Eis Luc.23.
qui crucifixerunt adorare persuasit, eos q
contumeliis afficiebant, qui insectabãtur
maledictis, qui lapidibus affixi fuerãt, do-
cuit, vel suas animas profundere, prout ei
videbatur. Non gerebatur enim hoc ab
Apostolis, sed ab eo, qui illos præcedebat, I
& mouebat eorum animum. Quomodo
enim piscator, vel tabernaculorum cõstru
ctor, tantum terræ habitabilis orbem ita
mutasset, nisi illius verba impedimenta
omnia sustulissent. Et pstigiatores, & ty-
rãnos, & oratores, & philosophos, & omnes denique, qui resistebant, tanquam pul
uerem discutientes, & instar fumi euane-
scere facientes, ita veritatis lucem semina
uerunt, non armis, nec vi pecuniæ, sed so- 1.Co.2.
lo ac simplici sermone vtentes. Imò vero Hebr.4.
non erat simplex sermo, sed erat quouis Mar.vl.
opere potentior. Quomodo? Inuocabant
nomen crucifixi, & mors fugiebat fugabantur

bantur dæmones, morbi propulsabantur, quę erant in corporibus mutila ac vitiata, corrigebantur, pericula protinus recedebant, & mutabantur elementa. Quando ergo nobis dixerint, Cur non opem sibi tulit in cruce, hoc dicamus, quoniam hoc erat admirabilius. Neq; enim sunt paria ex cruce descendisse: & postquam fuit crucifixus, tot esse mortuus eius nomine, suscitatos. Quod.n. tunc sua spōte manserit, ostendit ex iis, quę sunt postea consecuta. Qui enim mortem, quę alios inuaserat, expulit: multo magis à seipso, priusquam in uaderet, propulsare poterat, & qui aliis vi
K tam præbet, multo magis sibiipsi prębere
Io.20. poterat. Quod ét triduo post fecit, ex redū
Mar.16. danti quadam copia susćitatus. Id autem
Mat.28. ostēdit, per ea quę postea secuta sunt. Qñ
Luc.24. ergo eius nomen visum est habere tantam virtutem in alienis corporibus, ut inuocatum mortem fugauerit, nemo possit dubitare, quòd etiam in proprio corpore magnam potentiam ostendisset, & mortem sibi subiunxisset. [Subiecit populos sub nobis, & gētes sub pedibus nostris.] Vide sapientiā Prophetæ, qui oia accurate dicit,
Acto.3. & exquisite. Quod.n. postea dixerūt Apostoli, Quid nos intuemini, quasi nostra uirtute, aut pietate fecerimus, ut hic ambularet, ab alto petitū dicit ꝓpheta. Illud aūt, Sub pedibus, id quod subiectum erat ostēdit, vel potius magnam subiectionem. Si vis autem scire quāta subiectio esset, audi.
Acto.4. Quotquot, inquit, possessores agrorū, aut domorum erant, vendentes afferebāt pretia eorum, quæ vendebantur, & ponebāt ante pedes Apostolorum. Alii autem cum
L pecuniis animam quoq; profuderūt. Qui
Act.15. inquit, pro me seipsos periculis obiecerūt,
Gal.4. de aliis quoque scribens dicebat. Si possi-
1.Co.7. bile, inquit, oculos vestros effodissetis, & dedissetis mihi. Porrò autem ad Corinthios quoq; scribens dicebat. Ecce enim hoc ipsum secundum deum tristitia affici, quantum in vobis studium effecit, imò defensionem, imò indignationem, imò timorem, imò desiderium, imò æmulationem, imò vindictam. Eos vsque adeo verebantur, & pertimescebant. Et Lucas rursus scribens, dicebat. Cæterorum autem
Acto.5. nemo audebat se coniungere illis, sed ma-
1.Co.4. gnificabat eos populus. Et rursus. Quid vultis, in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu lenitatis? Vidisti authoritatem, & potestatem. Hęc autem omnia fecit illud verbum, quod dixit eos emittens, Mat.28.
Ego vobiscum sum. Ipse impedimēta omnia remouebat ante eos ambulās, ipse plana oia, & procliuia reddebat, & quæ erant difficilia faciebat facilia. Atqui erant omnia plena bellis, omnia scopulis, & præcipitiis, & nusquam licebat pedē figere, nec
M sistere, obstructi erant omnes portus, ostis domus clausa, omnes aures obturatæ, & tamen cum primum ingressi, & locuti fuerant, diruebant omnia hostium propugnacula, vt & ipsas animas profunderent, & innumerabilia pericula sustinerēt, pro iis, quæ dicta fuerant. [Elegit nobis hęreditatē suam speciē Iacob quam dilexit.] Alius. Glorificationem Iacob. Vide q̄ sit accurata exactaq; prophetia. Superius quidē dixit, Subiecit nobis populos, & gentes. Iudæi ei primum accesserunt, primum ter
Act.2. & 3. mille, deinde quinquies mille, & postea gētes. Ipse.n. rursus dicebat, Et alias oues habeo, & illas me ducere oportet, & fiet vn⁹
Io.10. pastor, & vnum ouile. Deinde nequis cum audierit, Elegit nobis hæreditatem suam, dubitet & angatur, & dicat, quomodo ergo non credunt nunc iudæi, correctione soluit dubitationem, maxime enim, quod ad se attinet, eos elegit, & quantum ad ipsum quidē spectat, nullum reliquit. Quod si finem quoque requiras, audi ea quæ sequunntur. Subiūgit enim, Speciem Iacob, quam dilexit. Hic autem mihi videtur fideles dicere. Quod quidem Paulus significans, dicebat. Non autem, quod exciderit verbum dei non enim omnes, qui sunt ex
Rom.9 Israel, sunt Israel, sed in Isaac vocabitur ti
A bi semen. Hoc est, Non qui sunt filii carnis, ii sunt filii dei, sed qui sunt filii promissionis, ęstimantur in semine. Species autē seu pulchritudo populi iure dicātur fideles. Quid est.n. speciosius illis, qui crediderunt? Hæreditatem autem suā vocat gentem, non q̄ aliquando gentium nullā curam gesserit, sed vehementem in eos dilectionem, & cum eis coniunctionem, & prouidentiæ accessionem ostendens. Et vt scias quam sit accurata exactaq; prophetia, vide quomodo vtitur dictione multorum, qua multi vtuntur in rebus, q̄ emuntur. Sæpe.n. per multi aliquid ementes, pulchrum illud esse dicunt, quod reliquis antecellit. Ostendēs ergo nō oēs esse seruādos, dicit, speciem Iacob. Hæc etiā ostenduntur

Mat.13. 18.20. 22. Mar.4. 12. Luc.8. 14.20. B 4.Re.2. Acto.1.

duntur in Euangeliis per innumerabiles parabolas. [Ascendit deus in iubilo.] Nō dixit. Assumptus est, aut deductus est, sed, Ascendit, vt ostenderet eum ascēdisse nullo alio eū ducente, sed ipsum hanc viā esse ingressum. Helias. n. qui non eo quo Christus processerat ducebatur ab alia potestate. Non erat. n. humanæ naturę via aliena ingredi. Vnigenitus autem ascendit propria potestate. Quocirca Lucas quoq;, sic dicebat. Et fixis oculis intuebantur cum ille iret in cœlum. Non dixit, cum ipse assumeretur, nec, Cum portaretur, erat. n. eius proprius incessus, quod fiebat. Si autē antequam crucifigeretur, ferebatur super aquas, adhuc patibili, & graui corpori circundatus: quid mirum, si post quam sumpsit ab interitu alienum, aerem secuerit? Vbi autem in iubilo? Quis iubilauit, quando ascendit? Atqui hoc silētio factum est, & vndecim solum pſentibus discipulis. Vides non oportere dictiones simpliciter, & vno tm̄ modo accipere, sed scire quid ex eis significetur. Quemadmodum. n. dixi in proœmio psalmi, Iubilus aliquid aliud significat, nempe victoriam, trophæum. Quod ergo hic dicit, In iubilo, hoc est, Ascendit in victoria, cum mortem vicisset, Ioā. 12. Ephe.4. pcū deiecisset, dęmones fugauisset, errorē expulisset oia in melius mutasset, in antiq̄ patriam, imò vero longe meliorē, nostrā naturam deduxisset. Cum. n. aduenisset, nemo ei restitit, non peccati tyrannis, nō mortis potentia, non vis maledicti, non C interitus, non vitii vehementia, non aliquid aliud eiusmodi, sed cum hæc omnia, tanquam araneam, perfregisset, & dæmonum cateruas, & neruos diaboli, & hæc Ad Co. 2. omnia sudisset ac profligasset, ascendit rebus recte gestis, vt vo uit. Quocirca Paulus quoq; eius trophęum narrās, dicebat. Cum explicasset principatus ac potestates traduxit libere de eis in seipso triumphās. Et rursus. Deleuit quod erat aduersus nos chirographum, qđ erat nobis contrarium, & ipsum de medio sustulit, affigens illud cruci. [Dns in voce tubæ.] Idem rursus significat. Hoc est, In pręclara victoria. Hic aūt est aliud quoq; intelligendum, nempe id fuisse clarum, apertū, illustre. Atqui nullus id tunc nouit, cū fieret, sed tam euasit manifestum q̄ si turba cecinisset, atq; adeo multo magis. Illud. n. qđ tunc clanculum factum est, nemo fere eorū qui orbē terræ habitant, ignorauit, sed ipsum perinde reuelauit, rerum natura, acsi tuba cecinisset, atque adeo multo magis. Neq;. n. tuba canens ita omnes vocasset ad illud spectaculum, sicut postea rerum, vox ostendit ascēsum magis etiam̄, q̄ tonitru rem claram efficiens. Neque enim tonitru ita vocasset orbē terræ, vt rerum ostensio, eos qui tūc D erant, & qui postea erant futuri. Tonitru Mat.24. enim est tantum manifestum præsentibus Ro. 10. ipsa vero omnibus generationibus, tuba Collo.1 clarius, & tonitru apertius, ostendit quod factum est. Nec vero aberraueris, si tubas vocaueris ora Apostolorum, non tubas quidem æreas, sed auro pretiosiores, & gēmis magnificentiores. Cur ergo nō dixit, in tuba, sed, in voce tubæ? Significans eorum concordiam, & animi consensionem i.Co.15 sicut etiam dicit Paulus, siue ergo ego, Acto.4. siue illi, sic prædicamus. Et rursus, Multitudinis autem credētium erat cor vnum, & anima vna, tuba autem canebant, non ad bellum incitantes, sed prædicantes, & annuntiantes victoriam quemadmodum. n. in castris, quando, cū ignis in aciē prodeunt, præcedunt tubæ, quæ pręsentes exitant, non aspectus sed ēt auditu: ita ēt tunc factum est. Ingredientibus Apostolis in vnamquamq; ciuitatem, tubę sonabant, & ad audiendum omnes effundebantur. [Psallite deo nostro, psallite: psallite Regi nostro, psallite. Qm̄ Rex omnis terræ deus, psallite sapienter. Regnauit deus super gentes.] Postquam narrauit, quam magna sint, & quam pręclara, quę gessit E vniuersum orbem terrę vocat ad eum laudibus celebrandum cum magno studio, & diligētia. Vsus est itaq; repetitione, seu cō duplicatione, nec inuitat solummodo ad psallendum, sed ad psallendum cū magna sapiētia. Quid est, psallite sapienter? Cum quę, inquit, facta sunt didiceritis, considerantes rerum gestarum magnitudinem. Mihi autem videtur etiam aliquid aliud obscure significare, cum dixit, sapienter, non voce tm̄, sed etiam factis, psallere non lingua tantum, sed ēt vita. Regnauit deus super gentes, & quodnam hic regnum dicit? Non illud, quod obtinet ratione creationis, sed hoc, q̄ ratione eius, ad quam eas adsciuit familiaritatis, ac necessitudinis. Fuit. n. Rex omnium etiā ante hac vt qui esset opifex, & effector, nunc autem, & iubentium, & gratias habētium, q̄ quidē est

maxima

maxima laude dignum, & in primis admi
Esa. 49. randum, ꝙ qui prius cõtumelia afficiebatur
Act. 13. a iudeis, effecit vt tãta fieret mutatio, vt vbiq; caneretur, & qui nec ꝓphetas legerant, nec in lege educati fuerant, immo vero plane erant ferinis moribus repente
F mutati sunt, & omnibus illis abiectis erroribus, se ei submiserunt, nõ duæ, aut tres, aut quatuor aut decem gentes, sed qui vniuersum orbem terrarum incolebãt. [Deus sedet super sancta sedẽ suam.] Quid est, sedet super sedem? Regnat, inquit, imperiũ obtinet. Recte autem dixit sanctam. Non solum. n. regnat, sed etiam sancte regnat. Quid est, sancte regnat? Pure homines. n. qui veniunt ad hunc principãtum, ea potestate ad iniuriam faciendam vtuntur, Ille autem principatus est ab omni re eiusmo
Deu. 10 di intactus, purus, & sanctus. Neque enim
Act. 10. fraus, neq; aliquid eiusmodi, illud iudiciũ
Rom. 2. corrumpit, & circunuenit, sed est purum sincerum, quacunq; puritate fulgens clarius, resplẽdẽs ineffabili gloria. [Principes populorum congregati sunt cũ deo Abraham, Qm̃ dei fortes terræ vehementer eleuati sunt.] Hic ostendis quo fuerit extensum Euangelium, quod non solum priuato attigit, sed eos etiam qui sunt redimiti diademate, & sedent in throno regio deinde ostendens eum esse deum noui, & veteris testamenti, dicit, cum deo Abrahã. Pro
G eo quod est, ille ipse, qui & nostrorum ma
Hie. 31. iorum deus est, & qui illis etiam legem dedit. Et ideo dicebat Hieremias, dabo vobis testamentum nouum, non secundum testamẽtum, quod dedi patribus in die quo ego apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti, ostendens vnũ
Bar. 3. & eũdem esse legislatorem, & noui, & veteris testamenti. Et Baruch rursus dicebat Hic est deus noster, non reputabitur alius prꝫter ipsum. Inuenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Iacob filio suo, & Israel dilecto suo, postea aũt in terra visus est, & cum hominibus cõuersatus est, significãs, ꝙ qui legem dedit, is est, qui fuit incarnatus, & is qui fuit incarnatus, legem dedit, hoc etiam dixit propheta. Congregati sunt, inquit, cum deo Abraham, hebræus autem pro eo quod est, cum deo Abrahã, am eloi bacor. Et qũo, q̃so, hoc factũ est? Quoniam dei fortes terræ vehemẽter eleuati sunt. Quinam sunt autem fortes dei, nisi Apostoli, fideles omnes? Qm̃. n. potentia eorum vsq; adeo resplẽduit, omnes vicerunt. Recte autem eos appellauit fortes. Quidni. n fortes, q aduersum vniuersum orbem terræ aciem instruxerunt, aduersus dæmones, aduersus diabolũ, aduersus populos, aduersus ciuitates, aduersus gẽtes, aduersus tyrannos, aduersus tormenta, ac supplicia, aduersus sartagines, aduersus fornaces, aduersus cõsuetudinẽ, aduersus naturæ tyrannidem, & omnia diruebant, & superiores omnibus euadebãt, & a nullo vincebatur? Quomodo non fortes, qui vel post mortem, tantam ostendunt virtutem? Quomodo nõ fortes, quorum verba sunt quouis adamante duriora, nec vllum ea tempus aboleuit, sed quotidie maius incrementum suscipiunt? Pro his omnibus benigno, & clementi deo gratias agamus. Quoniam ei gloria, & potentia nunc, & semper, & in sęcula sęculorum. Amen.

IN XLVII. PSALMVM.
Canticum Psalmi filijs Core.

MAgnus Dñs, & laudabilis nimis, in ci
uitate dei nostri in mõte sancto eius. Fundatur exultatione vniuersę terre.] Alius, pulchro germine, gaudio vniuersæ
I terræ. Alius, ab initio pscripto splendore vniuersæ terræ. Hic quoq; significat liberationẽ a bellis. Qm̃. n. Babylone reuersi, & a lõga captiuitate liberati, terram receperunt, & multa bella euaserunt, pro his oĩbs deo horum bonorum authori gratias agẽtes, hos hymnos canunt, dicit aũt. Magnus dñs, & laudabilis valde. Magnus quidem dicunt, sed quam magnus nõ dicũt, hoc enim nemo scit, & ideo subiunxit. Et laudabilis valde. Non est enim finis eius magintudinis. Quod autem dicit, ex eiusmodi, oportet eum tantum gloria afficere & laudare, idque supra omnem modum laudare autem eum, propter hãc infinitã, & incomprehensibilem essentiæ magnitudinem, & propter summa eius in nos be-
Sap. 11. neficia. Nam, & voluit, & potuit, quæ voluit. In ciuitate dei nostri, in monte sancto suo. Quid dicis? illic eius laudem concludis, qui est magnus, qui laudabilis, in ciuitate, & in monte? Non hoc dico, inquit, sed quòd nos eum ante alios cognouimus. Vel propterea ergo dixit illud, in ciuitate Dei nostri, vel volens ostendere, quòd per magnitudinem eorum, quæ ipsi facta

facta sunt, ostensa est eius magnitudo, &
gloria ꝙ qui erant captiui, qui dissecti, qui K
contempti, qui in regione hostili veluti in
carcere detinebãtur, vt ii adeo repente cla
ri essent, pcurauit, vt & qui eos vicerant,
superarent, & ad priorem redirent prospe
ritatem, & antiquus patriæ status eis resti-
tueretur. Ostendit. n. inquit, seipsum, &
suarum creaturarum, quę videntur, ma-
gnitudinem, sed qm̃ complures antiqui-
tus erant paulo insipientiores, cognitio-
nem, quæ ex inimicis, & ex victoria oritur
adiicit, admirabilia hæc trophæa assidue
erigens, & vt in melius fieret mutatio af-
ficiens, & præter spem, & expectationem
eẽm eiusmodi miracula faciens. Hanc au-
tem vocat eius ciuitatẽ non alias eius pri-
uans prouidẽtia, sed vt eos ostenderet, qđ
ad cognitionis rõnem attinet, aliis fuisse
longe priores. Ille. n. eius dici poterant ra-
tione tantum opificii, Hæc vero ẽt ratio-
ne familiaritatis, & necessitudinis, & ꝙ
hæc omnia illic fierent miracula, tũc itaq;
Gala. 1. ea dicebatur dei ciuitas, nunc autem nos
eẽs diei dicimur. Qui. n. Christi sunt, in-
quit, carnem suam crucifixerunt cum vi-
tiis, & concupiscentiis. Vidisti summam,
& intensissimam virtutem, & ideo appella
Funda- batur quoq; mons dei, qm̃ deus illic cole-
tur batur. Fundatur exulta ione vniuersæ ter
ἀρίζων ræ, dictum valde obscurum, & ideo opor-
bene ra tet attendere, ei. n. qui cursum legit, & per
dices a- functorie, magnam affert dubitationem,
gens. qui ea aũt diligenter persequitur, videbit
consequentiã, & pulcherrimam sententia
L rum connexionem. Quod autem dicit, est
eiusmodi. Magnus dñs in ciuitate dei no-
stri, in monte sancto suo bene radicans,
hoc est, bene radices agens, & eam pulchre
firmans ac stabiliens in gaudio, & lætitia
totius orbis terrarum. Hoc ẽt alius obscu-
re significans, dixit, præscripto splendore
vniuersæ terræ. Eam. n. fecit splendorem
& lætitiã vniuersæ terræ. Illinc. n. est fons
pietatis, & radices, & principia dei cogni-
tionis. Hanc ergo, cum talis esset, radicibus
actis confirmauit ac stabiliuit propter or-
namentum totius orbis terrarũ, pp exul-
Esa. 2. tationem, propter gaudium totius terræ.
Doctrinę. n. terræ officina, ludusq; litera-
rius, erant tunc Hierosolyma, & qui vole
bant frui gaudio, cultumque, & ornamen-
tum capere, hinc ea, quæ bona, & honesta
erant discebant. Et ideo hoc significans,
non dixit, Agens radices, sed, Bene agens
radices. Quod si velis id ipsum accipere
anagogice, videbis rerum veritatẽ, hic. n.
processit exultatio per vniuersum orbem
terrarum. Hinc processit gaudium, & la- M
tia. Hinc emanarunt fontes philosophiæ,
vbi Christus fuit crucifixus, vnde profecti
sunt Apostoli. Ex Sion. n. inquit, egredie- Esa. 2.
tur lex, & verbum dei ex Hierusalem, ha-
bet autem hoc gaudium radices immorta-
les. [Mõs Siõ latera Aquilonis.] Alius mõ-
tes Sion fœmora Aquilonis. Alius, fœmo-
ra Aquilonis, Græce hi meri, cum articu-
lo. Hebræus autem, har Sion iarecthei. Qua
de causa meminit nunc Aquilonis, & si-
tum loci nobis describit? qm̃ assidue bel-
lum hinc suscitabatur, inuadentibus bar-
baris, & prophetæ hoc dicunt assidue, ab
Aquilone appellantes, & lebetem illinc Hier. 1.
feruentem describunt: ita. n. sita est regio
Persarum, si habeatur ratio Palestinæ, qđ
factum est admirans hoc subiunxit, id si-
gnificans, eam, quæ illinc assidue vexaba-
tur fecisti inexpugnabilem, perinde. n. ac si
quis diceret de corpore, partem illam im-
becillam fecisti valentiorem: hoc etiam hic
ipse obscure significat, dicens, vnde luctus,
& lachrymę, vnde origo calamitatũ hinc A
ea membra impleta sunt voluptate, alacri-
tate animi, ac tranquillitate. Vnde minæ,
metus, & pericula, hinc gaudium, & læti-
tia, nec vllus deinceps metuit aquilonarẽ
illã partem creaturę, nemo aĩo angitur, ne
mo suspicatur, sed omnes degunt in læti-
tia, cum eius radices fixeris in voluptate.
[Ciuitas regis magni deus in domibus eius
cognoscitur, cum susciperit ipsam.] Alius,
cognita est. Alius, deus in regiis eius co-
gnoscetur ad munimentum. Alius, deus
in palatiis eius cognitus est ad eripiendam
eam prædicat eius authoritatem, laudem,
coronam, dicens, ciuitas regis magni. De-
inde ostẽdens qũo sit ciuitas Regis magni,
per illud, in domibus eius cognoscitur, ma
gnam ostendens prouidentiam, & quod
eam totã omni ex parte seruat, non illius,
tm̃ totius curam gerens, sed etiam in vnã-
quanq; domum suam ostẽdens prouiden-
tiam. Nobis. n. ẽt absque eo est cognitus,
inimicis autem ex eo suam ostendit virtu-
tem. Tempore. n. Ezechiæ, cum barbarorũ 4. Re. 19
nubes eam inuasisset, & eam veluti sagena
circundedisset, recesserũt suis mortuis ma-
xima ex parte relictis. Quinetiam multi B

quoque

quoque alii eam ſæpe ingreſſi, ignominia affecti receſſerunt Hęc, inquit, omnia geſta ſunt de prouidentia, eamq; præclaram & inſignem fecerunt. Non ſolum aũt ꝙ præclare, ſed etiam ꝙ adeo præclara facta ſint, magna euaſit. [Qm̃ ecce Reges congregati ſunt, conuenerunt in vnũ.] Alius. Ecce. n. Reges ſimul inſtructi ſunt. [Ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt commoti ſunt. Tremor apprehẽdit eos. Ibi dolores, vt parturiẽtis. In ſpiritu vehemẽti,] Alius. Ardoris. Alius, Per ventũ violentũ. [Conteres naues Tharſis.] Alius, Confringes. Hebræus autem, theſlaber. Hic narrat bellum difficile, & vndiq; conflatũ, & clariorem victoriam. Qm̃. n. dixit illum eam ſuſcipere, & eius curam gerere, oſtẽdit deinceps qũo eam ſuſcipit, & defendit. Cum innumerabiles. n. gentes eam inuaſiſſent (hoc. n. ſignificat per Regum multitudinem,) & non ſolum inuaſiſſent, ſed etiam congregati aciem inſtruxiſſent, res eiuſmodi geſtæ ſunt, vt ipſi abirent admiratores
C rerum admirabilium. Ita. n. bellum conficiebatur, vt ipſi horrore ac torpore pleni recederent, & cum magna animi perturbatione reſilirent, multi paucos timentes, & qui ordines inſtruxerant, diuiſi, nec ſecus afficerentur quam mulier, quæ parturit. Vnde clarum erat bellum non fuiſſe geſtum humanis viribus, ſed deum fuiſſe ducem in committendo prælio, qui non ſolum ſpiritus eorum deprimebat, ſed etiam mentem eorum conquaſſabat, & eis dolores immittebat, & eis ineffabilem timorẽ afferebat, & perinde accidit ac ſi magna claſſe congregata vehemens ventus irruẽs, oẽs naues contriuiſſet, & triremes demerſiſſet, & magnam repente perturbationem iniecíſſet. Hic. n. mihi videtur per hoc exẽplum, & victoriæ facilitatem, & perturbationis magnitudinem velle ſignificare. Nam hi quoque, cum magnam claſſem paraſſent, & ex longinqua aliqua, & aliena regione veniſſent, veluti quodam vehementi vento, omnes ira dei perierunt. Et ideo locum quoq; ſignificans vnde venerunt, ſubiunxit illud. Tharſis. Ita ẽt ſignificauit Hebræus per dictionem, quã veſtra cauſa adiecimus in lectione cõtextus. Vel hoc ergo dici poteſt, vel illud quod ante dixi, ꝙ quemadmodum naues Tharſis ve-
D hemens ventus irruens ſæpe contriuit: ita etiam multitudinem illam deus conturbauit. [Sicut audiuimus ſic vidimus in ciuitate dñi virtutum, in ciuitate dei noſtri.] Vides qũo exponit id quod eſt ſuperius, Bene radicans, aut, bene radices. Non dixit. n. Qui bene radicauit, ſed, Bene radicans, hoc eſt, aſſidue prouidens, aſſidue curam gerens, aſſidue muniens. Poſtquàm enim dixit, quæ tunc contingerunt, ad res antiquas narrandas rurſus conuertit orationem, oſtendens hæc habere magnam cum illis cognitionem. Quæ. n. inquit, verbis audiuimus, ea factis vidimus, victorias Dei, trophæa, curam ac prouidentia, & quę opinionem ſuperãt miracula Deus enim nunquam intermiſit hęc facere. Eius ergo eſt, & liberare à periculis, & deducere ad dei cognitionem. Recte autem meminit propheta eorum, quæ longo ante tpe facta ſunt. Oportebat. n. & ex veteribus narrationibus, & ex nouis factis doceri, vt qui erant ex eis craſſiores, ex iis quoque, quæ facta erant crederent, & duplex lucrum facerent, & eſſet eis auditio pro vi E ſu. [Deus fundauit eam in ęternum.] Suſcepimus deus m ſericordiam tuam in mẽdio templi tui. Alius, Coniecimus deus miſericordiam tuam in medio templi tui. Hebræus autem, dimenu haſe deca. Secundũ nomen tuũ deus, ſic ẽt laus tua in fines terræ. Qm̃. n. dixit. Quę audiuimus, ea & vidimus, dicit & quidnam audierit, & quid viderit. Quid ergo audiuit, & vidit? Quòd dei gratia reddit ciuitatem firmam validã, & infractam: Hoc eſt. n. ei fundamentum, hoc robur, hoc eam facit expugnabilem, non humanæ opes, & auxilium, non vis armorum, nec turres, & mœnia. Sed quid? Deus eam regit, & continet. Hoc. n. eos maxime doceri oportuit, & propheta aſſidue illos eo deducit. [Suſcepimus deus miſericordiam tuam in medio templi tui.] Quid eſt, Suſcepimus? Superauimus, expectauimus, cognouimus tuam humanitatem, & clementiam. Qm̃. n. dixit, Fũdauit, radicauit, muniit, oſtendens tantã prouidentiam non proficiſci ex meritis eorum qui eam aſſequũtur, ſed procedere ex bo-
F nitate eius qui illa fecit: & ſimul volens factum eorum comprimere, ſi dixit, hoc propemodum dicens. Tuæ ſunt miſericordiæ hęc preclara facinora, tuę glorię, tuę bonitatis. Et ideo ſubiunxit. [Secundum nomẽ tuum deus: Sic, & laus tua deus in fines terę.] Laus, inquit, tua facit res adeo pclarus,

magnas

magnas, & admirabiles, adeo excelsas, & glorioſa. Non n.ad menſuram curã geſſiſti eorũ quos beneficio afficis, ne propter eorum merita, ſed pro tua magnitudine. Laus ergo tua, hoc eſt, Tui celebratio, quę ex operibus profecta eſt, fecit ut præclara tua facta exaudirentur. Facta enim fuerũt in Paleſtina, ſed propter ingentem eorum magnitudinem, peruenerũt ad extremos Ioſ.2. fines orbis terrarũ, & qui erant procul remoti, ea ſciebant. Quæ facta irãq; fuerant in Aegypto, meretrix Hierichuntina ſciebãt melius iis, qui interfuerant. Rurſus q̃ in Paleſtina euenerant, ii quoq; qui in regione perſarum habitabant, prædicabant. Quæ rurſus geſta fuerant in Perſide, qui in extremis finibus terræ agebant, nouerant. Quapropter rex quoque miſit literas Dan. 6. per vniuerſum orbem terræ, prædicans ea quæ in fornace euenerant. Et ideo hic quoque cum dixiſſet, laus tua in fines terræ, H ſubiunxit. [Iuſtitia plena eſt dextera tua.] Quòd.n.aſſidue facere cõſueuit, vt abijs, quæ fiunt hominibus, aſcendat ad ea, quæ adſunt ipſi naturę: hoc etiã fecit in præſentia. Nõ vt aliqua deo accedere aut recedere cogitemus, abſit, ſed quoniam eſt imbecillus ſermo, & lingua humana: oportet ei quod dicitur, Deo conuenientem afferre ſententiam. Quæ ergo Dei naturæ adſunt, ea dicit, quæ ſunt eius ſubſtantiæ coniuncta, & vt eo verbo vtar, conſubſtantiata. Quænã aũt ea ſunt? Iuſtitia, inquit, plena eſt dextera tua. Oſtendit.n. ea quæ fiunt, non eſſe ex meritis eorũ quos beneficio afficit, ſed ex ſua ſubſtãtia, quoniã ipſa eius ſubſtantia delectatur iuſtitia, lætatur benignitate, & clementia. Hoc eſt eius munus hæc eſt eius cõſuetudo, & ideo tanta accipiebant ab eo beneficia. Quemadmodum enim ignis eſt calefacere, & Solis illuſtrare: ita etiã eius eſt benefacere, immo vero ne ſic, quidẽ, ſed longe amplius. Et ideo ſic quoq; dixit, Iuſtitia plena eſt terra, eius affluentiam, illamq; eius eſſe ſubſtantiæ cõH iunctã, & ſi ita dici poſſit, conſubſtantiatã ſignificans. [Lætetur mõs Sion, & exultẽt filię Iudææ, Propter iudicia tua dñe. Circũdate Sion, & cõplectimini eã.] Alius, & obite. [Narrate in turribus eius.] Alius, Numerate turres eius. [Ponite corda veſtra in virtute eius.] Alius, In ambitus abũdantiã. Alius, In abundantiam. [Et diſtribuite domos eius.] Alius, Dimetimini regias eius. [Vt enarretis in ꝓgenie altera.] Alius, In in generatione poſteriori. [Quẽ hic eſt deus noſter in ſeculũ, & in ſeculum ſeculi. Ipſe reget nos in ſecula.] Quanã de cauſa hæc p̃cipit, circuire ciuitatẽ, numerare turres, attẽdere ædificia, conſiderare eius decorẽ, domos, & palatia metiri, non opus eſt noſtra interpretatione, ſed oratio ipſa ſeipſam explicat. Cum.n.hęc dixiſſet, cãuſam quoq; ſtatim adiecit. Quannã? Vt enarretis in ꝓgenie altera. Qđ aũt dicit, hoc eſt. Impleamini gaudio, lętemini, exultetis. Sed nõ leuiter ac obiter, ſed accurate, & diligenter eius vires intellige. Qm̃.n. fuit diruta, qm̃ radicitus conuulſa, & eius ſolũ ꝓpemodum interiit, & deſperarunt fore, vt ea in melius mutaretur, adeo vt dicerent, A ruerũt oſſa mea. Laſſati ſumus, I cõſumpti ſumus, nec expectabant fore, vt eam reciperent, eam tñ receperunt, & nõ talem qualẽ amiſerant, ſed longẽ meliorẽ, clariorẽ, atq; illuſtriorem, maiorem, ditiorem, potentiorem, & magnificẽtiorem in ędificiis, in rebus venalibus, in copiis, in facultatibus. Erit.n. inquit, vltima gloria domus huius ſupra priorẽ. Adhortatur popu- Agg.2. lum, & ꝓpemodum hæc dicit. Ecce hæc ciuitas, de qua erat oĩs ſpes abiecta, q̃ diruta, & euerſa fuerat, quo in ſplendidiorem ſpẽm ſtatumq; reſtituta eſt. Hæc ergo ipſa diſcite, eius ædificationem ſplendorẽ, claritatẽ, vt cũ hinc dei virtutem didiceritis, nempe quẽadmodum cuius nulla erat ſpes relicta, eam maiorem fecerit: narretis poſteris veſtris dei potentiam, & ꝓpetuã eius prouidentiam, & ꝙ noſtri curam ſemper gerit, nos regit, & defendit. Hæc.n. narrationes poſteris quoq; erunt magnæ argumentum philoſophiæ, & occaſio exactiſſimæ dei cognitionis, & ſtudii virtutis. Quamobrem iubet illos eam obire, vt ſint perfecti doctores ſuorum poſterorum.

IN XLVIII. PSALMVM

In finem filii Core. Alius ephinnitio.

AVdite hęc oẽs gentes.] Alius, Audite hoc. [Auribus p̃cipite oẽs, q̃ habitatis orbẽ.] Alius, ſubterraneã terrã. Alius dicit, Quæ in imo eſt. Hebræus aũt halad. [Quiq; terrigenæ, & filii hoĩum.] Alius, Et humanitas, & p̃terea filii vniuſcuiuſq; viri. [Simul in vnũ diues, & pauper.] Alius, pariter. Magna q̃dam, & arcana nobis nũc K eſt

est dicturus Propheta. Neq; n. quotquot sunt vbiq; terrarum ad audiēdū vocasset, nec totius orbis theatrum exiuisset, nisi magnum quid, & præclarum, & tanti cōuentus magnitudine dignum nobis esset dicturus. Neq; n. amplius loquitur, vt prophetans, seu prædicens iudæis, qui Palęstinam habitant, sed veluti quidam Apostolus, & Euangelista, ad omnem humanā naturam dirigit orationem. Lex. n. vno orbis angulo vnam gentem docebat: sermo autem prædicationis vbique terrarum resonuit, & seipsum extendit, vt qui tantam peruaserit regionem quantam sol præter greditur. Illa. n. erant pædagogica q̄dam institutio, & ministerium mortis, & condemnationis, hæc autem gratia, & pax.

L Quoniam ergo conuocauit omne genus, ad audiendum, nos quoque hic adsimus, & videamus quid vult nobis dicere Psalmographus, qui communi hominum generi præest, licet sint barbari, licet sapientes, licet priuati, Iubet enim omnes eos ad esse, & ideo incipiens quoque dixit, Omnes gentes. Et rursus amplificauit oratio nem, Quique terrigenæ, & filii hominum vocans omnem humanitatem. Papæ quæ doctrina, quam est apta omnibus, & communis. Et ideo non solum vocat omnes, sed magno studio, & diligentia iubet eos illa, quæ dicuntur attendere. Non solum enim dixit, Audite hæc omnes gentes, sed etiam, Auribus percipite, vel, vt græcum melius exprimatur, auscultate. Auscultare autem nihil est aliud quam diligenter, & attente audire. Auscultare. n. proprie dicitur, quando quis aure auri admota loquitur, seipsumq; , & illum contendens iubet adhibere animum iis quæ dicuntur. Auribus percipite oēs, qui habitatis terrā. Etiam siqui, inquit, non referuntur in numerum gentiū, sed sunt mistu, & dispersi, vt nomades, eos quoq; voco ad audiendum. Vide

M aūt concionatoris prudentiam. Primū eorum aīum excitauit, erectosq; , & alacres fecit ad audiendum, eo q̄ omnes simul vocauerit. Deinde postquam vocauit, fastum eorū, & insolētiam cōprimit, ne propter multitudinem nimium efferantur, & sint nimis arrogantes, talibus enim maxime auditoribus opus est, quando quis est verba facturus, quæ ad studium sapientiæ pertinent, nempe cōtritis, & cōpositis, & ab omni fastu ac tumore liberis. Quō ergo ferocem eorum aīum compescuit, naturam in memoriam reuocans? Postquam enim, dixit, Gentes, subiunxit, Quinq; terrigenę & filii hoīum dixit substantiam, ex qua est principium nostræ generationis, cōem omnium matrē reuocauit in memoriam. Et quare dixit, Filii hominum? Quoniam dixit, terrigenas, nequis existimaret, vt volunt antiquæ fabulę, hoīes ab initio ē terra pullulasse, quemadmodum nonnulli fabulati sunt quosdam fuisse fatos introducentes: Propterea subiunxit, Filii hoīum. Patres enim vobis sunt homines: principiū autem generationis vobis, & illis terra est. Quid ergo superbis terra, & cinis? Cogita apud te quęnam sit mater, & fastū tuum comprime, spiritus elatos conculca ac deprime, considera quòd terra es, in terram reuerteris, & omnem arrogantiam expelle. Tali enim mihi auditore opus est. Ideo te sedatum reddo ac cōpositum, vt te accipiā aptum ad ea, quę dñr suscipienda. Simul in vnum diues, & pauper. Vidisti nobilitatem cōcionis, Quid mi enim nobilitatem, qñ propter authoritatem nequaquam arcet auditorem, sed vniuersa doctrina ex æquo profunditur, & pauperi, & diuiti mensa cōis exhibetur. Postquam. n. dixit id quod omnes vnit, eos videlicet esse terrigenas, & filios hoīum, & communem esse naturam ostendit, tunc, quę ex rebus adhanc vitam pertinentibus videbatur esse, differentiam, & inęqualitatē oratione eiicit, cōmuniter omnes vocans, est enim communis nostra natura, communiter omnes voco, communis nostra mater, communiter voco, cōmunis enim nostra ciuitas est orbis terrarum. Sed ex paupertate, & diuitis differentiam aliquam excogitastis, & inęqualitatē introduxistis. Atq; eam quoq; rursus eicio, nō diuites quidē admittens. pauperes autem habens despicatui, nec diuites qdem vocans, pauperes autem expellens, sed & hos, & illos, & nō solummodo, & hos & illos, verbi gratia, hos quidē priores, illos vero posteriores, vel illos quidē posteriores, hos vero priores: sed simul sit communis conuentus, communis oratio: communis etiam audi tio, licet sis diues, ex eodem luto natus es, idem fuit tibi cum paupere ingressus, idem ortus. Et tu hominis filius es, & ille. Cum ergo, quę sunt præcipua, & magis opportuna, & honore æqualia ex æquo habeatis,

cur

cur ppter vmbras, & somnia intumescis? ex iis quæ nihil sunt, communia distinguens, communia naturæ, communia ortus, & generationis, communia affinitatis & necessitudinis? Cur amictum exteriorē adducis, vt distinctionem ex eo efficias? Non fero, non patior, & ideo voco te cum paupere, dicens. Simul in vnum dives, & pauper. In aliis enim non possunt simul videri dives, & pauper, non in iudiciis, non in aulis regiis, non in foris, non in mensis, sed illum quidem honoratum, hunc vero contemptum, & abiectum, illum quidem libere, & confidenter agentem: hunc vero pudore, ac ignominia affectum. Sapiē
C Eccl. 13. tia.n. pauperis nihil ducitur, & verba eius non exaudiuntur. Locutus est dives, & eū pulchre ac recte dixisset dicunt. Pauper locutus est, & non est datus ei locus. At non hic. Neq;.n. in hac ecclesia ac cōcione stultam illam ambitionem honorisq; cupiditatem patior, sed communem omnibus doctrinam propono. Vide doctoris prudētiam, qūo etiam anteq; incipiat concionē, ex ipsa sola vocatione maximū doctrinæ decretum protulerit. Qui omnes. n. simul vocauit, neq; illum fuit intumescere, nec hunc vilem, & abiectum esse, sed ostendit, nec diuitias esse bonum, sicut, nec paupertatem malum, sed ea esse superuacanea, & externa. Quare nihil mea refert an hoc sis vel illud. Neq;. nā si sis dives, video tibi aliquid accedere, nec si sis pauper, decedere. Sed forte dixerit aliquis, & cur, cū homo sis, eiusdemq; naturę particeps, teipsum tā ti facis, vt putes, te esse ideneum orbis terrarum magistrum, & eos qui sunt in extremis finibus orbis conuoces? quid potes dicere quod sit dignum tanto theatro? Certe, inquit, Postquam enim vocauit orbem terræ, credibilem, ac fide dignam reddens
D onem, audi qd dicat. [Os meum loquetur sapientiā, & meditatio cordis mei prudentia.] Alius. Et declarabit cor meū prudentiam Hebræus autem hoc dixit hau gut. Vides quomodo statim extulit orationem. Non dicam, inquit, de pecuniis, non de dignitatibus, non de potentia, non de viribus corporis, non de aliquo alio momentaneo. De sapientia sum exacte dicturus, non autem ex tpe. [Inclinabo in parabolam aurem meam.] Hebræus autem dicit בכנור [Aperiā in psalterio] propositionem meam. Alius, Aenigma meum. Hebræus autem dicit, hidati Et quomodo sunt hęc iis quæ dicta sunt consequentia? Pro doctore enim nunc video auditorem. Nos enim vocasti, tanquam aliquid boni, & vtilis audituros, postquam autem omnes adsunt, & conuenerunt, & te aliquid doctum ac preclarum dicturum es pollicitus, nihil adhuc locutus, relicto loco doctoris, auditoris parte susci pis. Inclinabo enim, inquit, in parabolis os meum. Quare hoc facit? Valde prudenter, & consequenter iis quæ dicta sunt. Quoniam enim dixit, Loquar sapiētiam, nequis existimaret esse humanum, quod dicitur, & meditationem cordis: ne haberet suspectam eius in- E
uentionem, per hæc ostendit diuina esse ea, quę dicuntur, seque nihil loqui proprium, sed ea dicere, quæ audiit. Inclinaui enim, inquit, Deo aurem meam, audiui ab illo, & quę in mentem meam a superis demissa sunt, ea dico. Et ideo dicebat Esaias. Esa. 50.
Dominus dat mihi linguam doctrinæ, vt sciam quādo sermonem dicere oportet, adiecit mihi aurem ad audiendum. Et rursus Paulus. Fides ex auditu, auditus autem Ro. 10.
per verbum dei. Vides illum quoq; prius fuisse auditorem, & deinde doctorem. Et ideo superius etiam dixit alius interpres, Et declarabit cor meum. Quid est, Declarabit? Canet dicet psalmum aliquem spiritalem. Si autem dicit meditationem, ne conturberis. Quæ enim a spiritu acceperat, ea assidue meditabatur, & apud se vesabat, & cum diu versasset, alios proferebat. Quid est, In parabolam? Est nomen quod habet multa significata. Est enim parabola, loquela, exemplū & exprobratio, aut opprobrium, vt quando dicit, Posuisti Psal. 43.
nos in parabolam in gentibus, commotionem capitis in populis. Est etiam parabo- F
la, oratio ænigmatica, quam multi dicunt quæstionem, quæ aliquid quidem significat, sed id non est apertum statim ex ipsis verbis, sed habet sensum intus latentem, cuiusmodi erant ea quę dicebat Sampson. Egressus est a comedente cibus, & a forti dulce. Dicitur etiam Solomon intellexisse Iud. 14.
parabolam, & obscurum sermonem. Dici 3. Re. 4.
tur etiam parabola similitudo. Aliam pa- Mat. 13.
rabolam, inquit, proposuit eis, dicens. Si- Luc. 8.
mile est regnum cœlorum homini seminanti bonum semen. Est etiam parabola, tropologia, seu figurata oratio. Fili hominis, dic eis parabolam hanc. Aquila pra- Eze. 17.

gna, magnas habens pennas, aquilam dicens Regem. Dicitur etiam parabola figura, & imago, quemadmodum ostendit
Heb.11 Paulus, dicens. Fide obtulit Abrahã Isaac, cum tentaretur, & vnigenitum offerebat in quo susceperat repromissiones. Vnde etiam in parabola cum retulit, hoc est, in figura, & in imagine. Quid ergo sibi vult hic parabola? Mihi videtur dicere narrationem. Si autem orationem facit obscuram, & ænigmaticam, & quæ multum habet difficultatis, ne sic quidem conturberis: hoc enim facit, vt auditorem excitet, & alioqui quoniam facilitas ad socordiã,
G & negligentiam adducit, propterea loqui
Mat.15. tur in parabola. Nam Christus quoque
Mat.7. multa loquebatur in parabolis, separatim autem eas soluebat discipulis. Parabola enim dignum ab indigno distinguit, dignus enim quærit inuenire ea, quæ dicuntur, indignus autem prætercurrit. Quod tunc etiam vsu venit, Iudæi enim, ne difficultate quidem excitati, impellebantur ad interrogandum, ita non attendebant omnino, quæ dicebantur. Ad incitandum autem ad inquisitionem sufficit, quando fuerit aliquid adumbratum, & obscu-
Mat.13. rum. Quocirca Christus quoque hoc fa-
Luc.8. ciebat, & loquebatur in parabolis, eos stimulans, & incitans, vt audire cuperent qui supini dormiebant, sed ne sic quidem attendebant, discipuli autẽ animum adhibebant, & cum essent ignorantes, vel eo nomine maxime permanebant, quoniam ignorabant, quocirca eis seorsum soluebat parabolas, & ideo hic quoque dicit, Inclinabo in parabolam aurem meam. Aperiam in psalterio propositionem meã.

Propositionem προβλημα problema. Est autem problema oratio obscura, & ænigmatica, & ideo alibi quoque dicit, loquar problemata a constitutione mundi. Quapropter ausus est etiam vocare sapientiam, diuina fretus reuelatione, & ideo etiam aperit in psalterio, doctrinam spiritalem indicans, & se superno esse numine
H afflatum. In cantico autem dat consilium, orationem reddens suauiorem. Vidisti quomodo prooemium cõposuit, & vocauit orbem terræ, quæ est in vita inæqualitatem expulit, naturam in memoriam reuocauit, arrogantiam compressit, pollicitus est se aliquid magnum, & præclarum esse dicturum dixit se nihil domo allatum proloqui, sed quæ ab illo audiit, significauit in oratione esse magnum obscuritatem, nos reddens attentiores, pollicitus est se nos esse spiritalem docturum sapientiam, quam perpetuo meditabatur. Attẽdamus ergo, & ne prætercurramus. Si est enim sapiens oratio, & parabola, & problema, mente erecta, & excitata opus est, quod est ergo consilium, & quod problema, quæ parabola, & quæ sapientia, quam audiit a superius? [Cur timebo,] inquit, [in die mala.] Alius, in diebus malis. Syrus autem rha. [Iniquitas calcanei mei circundabit me.] Alius, vestigiorum meorum. Hebræus autem, aon aquebei isubeni. Vidisti quomodo est problema, & ænigma, & obscura oratio, & per multum obscu-
I ritatis, sed si videtur, primum intelligamus quemnam dicit malum diem. Quemnam ergo malum diem solet vocare scriptura? Diem calamitatum, diem supplíciorum, diem ærumnarum. Quod etiam dicit alibi. Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem. In die mala liberabit Psal.40. eum dominus talis est autem dies futurus Esa.13. peccatoribus, illis terribilis, & intolera- Ioe.2.et bilis. Vidisti primum decretum supernæ sa- Heb.10. pientiæ, & quomodo tibi definiat oratio quænam sint digna metu, & quænam condemnatione, nisi quis enim hęc optime definiat, & distinguat, tanquam in profundis tenebris, rerumque confusione huc, & illuc circumlatus exitũ nõ inuenit, nisi sit nobis definitũ, & cõstitutũ quænã quidem timere quænã vero execrari oporteat, magnus erit error in vita, & magnũ periculũ. Est enim extremæ amentiæ timere ea, quę non sunt timenda, ea vero ridere, quæ iure timenda sunt. In hoc homines a pueris differunt, quod hi quidem, vt quorum nõ sit perfecta adhuc intelligentia, personas timent, hominesque saccis indutos, patrẽ autem aut matrem contumelia afficere ni K hil esse existimant, & in ignem quidem, & lucernas ardentes insiliunt, strepitus autem quosdam minime timendos extimescunt. Viri autem nihil horum curant, quia ergo multi sunt pueris stultiores, tradit hanc distinctionem, & dicit quænam timere oporteat, non ea, quæ multis viris terribilia, paupertatem dico, ignominia, & morbum, hęc. n. non sunt solum multis terribilia, sed etiam molesta, & grauia, sed nihil horum tale esse statuit, sed solum peccatum, hoc enim sibi vult illud, iniquitas.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

tas calcanei mei circundabit me. Hoc est ergo oratio ænigmatica, hoc est nouus tropus, & admirabilis. Valde enim nouũ videtur esse multis, & admirabile, dicere non oportere aliquid timere eorum, quæ sunt in vita grauia, & molesta. Quid ergo timebo, inquit, in die malo? Vnum tantum, ne forte viæ meæ, & vitæ iniquitas me circundet, scit scriptura fraudem vocare calcaneum. Qui comedit.n. inquit, metum panem, sustulit in me calcaneum. Et Esau rursus dicebat de Iacob, iam secundo me supplantauit. Est.n. peccatum res eiusmodi, fraudulenta, & apta ad arripiendũ. Hoc, inquit, vereor, peccatum quod me decipit, quod me circundat. Et ideo Paulus id vocat circunsistens, significans id, quod continue, quod facile, quod nullo ambit, & circundat negotio. In his ergo iudiciis multa timent homines, & vim opum, & potentiam, & iniuriam, & fraudẽ. Illic autem nihil est eiusmodi, sed peccatum solũ est terribile, quod vndiq; circuit eos, q̃ capiuntur quouis exercitu grauius. Sunt ergo omnia agenda, vt non ab ipso circundemur, post quam autem viderimus id nos velle comprehendere, oportet eius manus effugere, vt faciunt egregii milites. Quòd si etiam capti fuerimus, oportet id celeriter rescindere, quemadmodum fecit Dauid, qui per pœnitentiam vires eius abscidit. Fuit enim ab eo circundatus: sed id statim effugit. Qui hoc timuerit, nihil aliud vnquã timebit, sed irridebit ea, quæ in præsenti vita bona sunt, & quæ molesta sunt contemnet, cum solus ille metus eius mentem agitet. Nihil.n. nihil aliud est ei formidabile, qui est hoc timore præditus, atq; adeo ne ipsa quidẽ mors, q̃ est caput rerũ terribilium, nisi hoc vnum solum. Quomodo? Qm̃ tradit gehennæ, quoniam transmittit ad immortalia supplicia. Siquis rursus in eo se recte gesserit, inducit omnem virtutem. Cogita enim quanta res sit, nec bonis rebus intumescere, nec molestis animum demittere, præsentium nullam rationem ducere, futura reuocare, diẽ illum expectare, in tali metu assidue versari, Qui talis est, erit Angelus, qui quidem hoc solum timuerit, & nihil aliud, nihil. n. aliud timebit, si hoc solum timuerit, vt timere oportet. Quemadmodũ qui non hoc timuerit, is erit obnoxius multis formidabilibus, [Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarũ gloriantur.] Alius, sunt insolentes. [Frater non redimit, redimet homo. Non dabit deo placationem suam, & pretium redemptionis animæ suę.] Et quænam est hæc consequentia dixerit quispiam? Pulchra, & recte cohærens, & magnopere dependens a prioribus. Quis. n. loquebatur de iudicio, & de illa terribili reddenda ratione, & de sententia, quæ corrumpi non potest: multi autem in iis, quæ hic sunt iudiciis, iudicibus emptis ius corruperunt, & è iudicio euaserunt, sententiam illam, quæ minime corrumpi potest prædicans, & quem prius dixit timorem amplificans, hæc subiunxit, ostendens se recte dixisse, oportere vnum esse timorem, nempe eum qui ex peccato proficiscitur, & nullum alium. Ius enim non potest illic corrumpi pecunia. nec licet datis donis seipsum è gehenna eripere, nec salutem afferre potest oratoris defensio, nec aliquid aliud. Quãuis.n. sis dives, quamuis potens, quamuis alicui notus, & familiaris, hęc oĩa sunt illic inutilia. Illic vnusquisq; ex factis, & punitur, & coronatur. Qm̃ ergo, & qui erat sub Lazaro, erat valde dives, sed nihil ei profuerunt diuitiæ, & notę erant virgines virginibus, sed nihil eas iuuat illa familiaritas, vnũ est.n. illic solum quod quęritur: vos ergo, inquit, qui opibus fiditis, & estis circundati potentia, frustra intumescitis, nihil. n. vobiscum transmittetur in illud iudicium, non præsidium pecuniæ, nec vires potentiæ, sed nec vlla necessitudo, aut cognatio, nec aliquid eiusmodi vos illic eripiet. Non licet illic solatis pecuniis, aut vlla expiatione, aut pretio aię vnquam seruari. Quid ergo quod dicit scriptura, Facite vobis amicos ex iniqua mammona, vt vos recipiant in æterna tabernacula? quidnam est, q̃ dictum est? Nihil contrarium, nec repugnans prioribus, sed valde et consentiens. In præsenti. n. vita faciendi sunt amici soluendo pecunias, erogando ac cõsumendo facultates in egenos. Nihil ergo hic aliud significat, nisi largam, & copiosam eleemosynam. si enim cum nihil eorum feceris, illuc recedas, nemo te defendet. Ne.q; enim nos defendit illorum amicitia, sed quòd ex mammona amici facti fuerint, propterea adiecit amicos ex mammona, vt scias, q̃ hæc dicuntur tua opera, eleemosyna, clementia, in pauperes mu-

Pſal. 48 Gen. 27 ἐπτέρνικεν ἐπτέρνισε Heb. 12 calcaneo prostrauit ἐπτέρνικεν.

1. Re. 12 24.

nificentia. Nam q̃ nec cognatio, nec familiaritas quicquam prodest absq; factis, au-
Eze.14. di quid dicat propheta, si fuerit Noe, & Iob Daniel, filios suos, & filias suas non liberabunt. Et quid dico in futuro, quando nec in præsenti quicquam iuuit amicitia?
1.Re.15 Quitum luxit, & defleuit Samuel, & Saulem non eripuit? Quantum precatus est
Hie.14. Hieremias, & Iudæos nihil iuuit? immo
Hie.15. C vero etiam dum oraret fuit reprehensus. Et quid miraris si nihil profuit Hieremias, quando nec Mosem quidem dicit, si fuisset illo tempore, seruare potuisse iudæos, quandoquidem eorum inualuerat vitiũ, nec domo aliquid attulerant? Quantum
Ro.10. pro iudæis lamentatus est Paulus, dicens. Fratres, bonam quidem voluntas mei cordis, & obsecratio ad deum est pro ipsis ad salutem. Quid ergo valuit eius obsecratio? Nihil. Et quid dico obsecratio, cum pro eis esse etiam anathema optauerit.
Rom.9. Quid ergo, sunt ne superuacaneæ sanctorum preces? Nequaquam, sed magnas etiam vires habent, quando tu quoque eis auxilium tuleris. Ita etiam Petrus suscita-
Act.9. uit Tabithan, non solum oratione, sed etiam illius eleemosyna. Ita sancti orantes alios adiuuerunt. Et hoc quidem hic, vbi saltandum, & luctandum est. Illic autẽ nihil horum, sed est ex solis factis salus. Pulchre autem hic ludificatur diuites, & eos, qui intumescunt. Neque enim dixit, qui habent pecunias, nec qui magnam habent potentiam, sed, qui cõfidunt in multitudine diuitiarum suarum, & in suis viribus gloriantur, eos irridens, & insectãs, q̃ in vmbris confidant, & propter fumum
D se iactent, & ventilent. Recte autem dixit, pretium redemptionis animæ suę non dabit pretium enim animæ nõ est ne vniuersus quidem mundus. Et ideo dicebat, quid
Mat.16. prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum faciat? Vt autem scias ne vniuersum quidẽ mundum esse pretium animæ, audi quidnam Paulus dicat de aliis sanctis. Circũie-
Heb.11. runt in ouinis, in caprinis pellibus, egentes, pressi, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Mundus enim est propter animam. Quemadmodum ergo non elegerit pater domum pro filio, ita nec deus mundum pro anima, sed operibus, & rectè factis opus est. Vis scire quantum sit pretium animarum? Redempturus eam vnigenitus, non mundum dedit, non hominem, non terram, nõ mare, sed suum pretiosum sanguinem. Quocirca dicebat Paulus, Pretio 1.Co.7.
emti estis, nolite fieri serui hominum. Vidisti magnitudinem pretii. Quando ergo eam tanti emptam perdideris, quomodo Rom.6.
poteris eam deinceps emere? Christus enim a mortuis suscitatus nõ amplius moritur. Vidisti quàm sit pretiosa anima, & E
quanta sit eius dignitas. Ne eam ergo negligas, & captiuam efficies. [Et laborauit in æternum, & viuet adhuc in finem.] Alius interpres dixit, Et quieuit in seculũ. Alius, sed cum defierit huic seculo, viuet in æternum. Quoniam enim dixit de diuitibus, quoniã dixit de potentibus, & ostẽdit ex his nihil lucrifieri, dixi deinceps de iis, qui vixerunt in virtute, de iis, qui vixerunt in laboribus, & afflictionibus, vngẽs & exercens athletas philosophiæ. Sed confidera fructum, quòd homo sit immortalis, quòd vita immortalis excipit, vita quæ finem non habet. Considera ergo quanto sit melius, cum his parum laboraueris, requiem æternam assequi, quàm cum hic tibi parumper indulseris, perpetuo cruciari. Deinde ostendens non illic solum esse præmia, & coronas, sed etiam hic quoque esse principia pmiorum, subiunxit. [Nõ videbit interitum, cum viderit sapiẽtes morientes.] Ne mihi dicas solummodo futura: do tibi hic etiam pignora coronarum, imò vero aram ipsam, & præmia. Quomodo, & quanam ratione? Qm̃ qui philosophatur, & spe futurorũ erigitur, ne mortem quidem mortem esse putabit: sed vi- F
dens mortuorum iacentem ante oculos, non ita afficietur, vt multi, apud se reputans coronas, præmia bona ineffabilia, Esa.64.
quæ neque oculus vidit, nec auris audiuit, 1.Co.2.
vitam illam, vna cum Angelis choræam. Quemadmodum ergo agricola, cum videt frumentum dissolui, & interire, non abiicit animum, nec mœrore afficitur: sed tũc maxime exultat, & lætatur, sciens fore, vt ille interitus sit ortus melioris, principiũ, & fundamentum maioris fertilitatis: ita etiam iustus, qui rectè factis gloriatur, & regnum quotidie expectat, quando viderit mortem sitam ante oculos, non angitur, nec se afflictat, vt multi, nõ vexatur, & perturbatur. Scit enim mortem iis, qui rectè vixerunt esse migrationem, & transitum ad meliora, & cursum ad accipien-
das

das coronas. Quoſnam autem dicit ſapientes? Non eos qui ſunt ſapientes, ſed qui ſapientes eſſe exiſtimantur. Mihi autem videtur dicere externos ſapientes, eos ideo irridens, quòd cum viderentur eſſe ſapientes, ſtulti facti ſint, cum de reſurrectione non ſint philoſophati. Quando ergo viderit illos philoſophos pereuntes, lamentantes, lachrymãtes, cum luctu efferentes, tũc ipſi nihil tale accidet, ſed erit telis eiuſmodi ſuperior, vtiqui bona ſpe erigatur, & ſciat hunc interitum non interimere ſubſtantiam, ſed tantum mortalitatem, & id ſolum quod poteſt corrumpi, conſumere. Hæc enim mors non perdit corpus, ſed cõſumit interitum. Subſtantia enim manet, reſurgit cum maiori, & ampliori gloria, ſed nõ omnium. Reſurrectio enim eſt omnium communis: reſurrectio autem cum gloria, eſt communis eorum qui recte vixerunt. [ſimul inſipiens, & ſtultus peribũt, & relinquent alienis diuitias ſuas. Et ſepulchra eorum domus eorum in ęternũ. Tabernacula eorum in progenie, & progenie. Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis'. Alia, Quæ ſunt intra domos eorũ in æternum. Alius, Habitationes eorum in generationem, noſantes nominibus eorũ terras. Hebræus autem hoc dixit, alei adamot. Vidiſti quo non ſolum ex futuris, ſed ex iis etiam quæ hic eueniunt, abducit a vitio, & ab auaritia, & deducit virtutem, in pecuniis congerendis inſaniam coercens, & eos qui præſentibus inhiant, eaq; admirantur, ſtultos vocans, & id per res ipſas oſtẽdens. Quid eſt. n. dic queſo, ſtultius homine qui laborat, & ſe excruciat, & tantas opes congregat, vt ex eius laboribus alii ſe voluptate expleant? Quid eſt hoc inani labore deterius, quando ipſe quidem ſudores, & labores perpeſſus, deceſſerit, aliis autem diuitias fruendas reliquerit, & nec aliquibus quidem neceſſariis, & ei familiaritate coniunctis, ſed ſæpe etiam hoſtibus, & inimicis? Et ideo non dixit, Aliis, ſed alienis, relinquent diuitias ſuas. Quid eſt autem, Simul inſipiens, & ſtultus peribũt? de iis, qui prius dicti ſunt inquit. Hic mihi videtur verba facere de impiis, qui toti rebus præſentibus affixi ſunt eaſque ſuſpiciunt, de futuris autem nihil philoſophantur, ea de cauſa vocans eos inſipientes. Si enim poſthac, vt putas, nihil erit, cur te ipſum vexas, & excrucias vndiq; pecunias congerens, & labores quidem ſuſtinens, fructum autem non percipiens? Et ſepulchra eorum domus illorum in æternum. Hoc dicit, ſicut erat eorum exiſtimatio. Tabernacula eorum in progenie, & progenie, vocauerunt nomina ſua in terris ſuis. Alius autem dicit, Quæ ſunt intra domos eorum in æternum. Hebræus autem carcuam bathumo lohalam. Quid hac amentia poſſit eſſe deterius, quam, inquam, putare ſepulchra eſſe domum perpetuam, quàm in iis gloriam ambitioſe perſequi? Multi certe ſępe ſepulchra conſtruxerunt magnificentiora domibus. Vel enim hoſtibus laborant, & afflictantur, vel vermi, & cineri, hæc ſtulte conſumentes. Talis eſt eorum mens, & ſententia, qui de futuris nihil ſperant. Sed hic mihi venit in mentem deplorare, q̃ multi etiam eorum qui ſperant futura, illos hac in re imitantur, qui nullam habent ſpem futurorum, ſepulchra ædificantes, & præclara monimenta conſtruentes, & aurum infodientes, & ſuas facultates ad alios trãſmittentes. Qui quidem ſunt hac in re illis deteriores. Qui enim poſt hęc nihil expectat, etiam ſi id facit præter rationem, attamen propterea, q̃ nihil expectat, ſuum laborem, & induſtriam confert in res preſentes, Tu autem, ò homo, qui noſti vitam futuram, & bona illa ineffabilia, & q̃ ex dicto Euangelico, Iuſti tunc fulgebũt ſicut Sol, quamnam veniam aſſequeris? quomodo te defendes? q̃ non ſupplicium patieris? qui hic omnia conſumis in puluere, in cinere, in monimentis, in hoſtibus, in inimicis. Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis. Ecce alius genus amentię, ędificiis agris, & balneis ſua nomina inſcribere, & putare ſe magnam conſolationem ex eo accipere, & vmbram pro rei veritate perſequi. Si enim perpetuam memoriam deſideras, ne nomen, ò homo, ædificiis inſcribas, ſed trophęa rectè factorũ erigas, quę & in preſenti vita nomen tibi conſeruãt, & in futura vita immortalem tibi requiẽ comparant. Si ſis memorię cupidus, ego te doceo viam veram, & apertiſſimam, virtutis curam gere. Nihil enim facit nomen adeo immortale, vt natura virtutis. Id oſtendunt martyres, oſtendunt Apoſtolorũ reliquię, oſtendit memoria eorum qui recte, & ex virtute vixerunt. Quod Reges vrbes euerterunt, portus extruxerunt, & no

Hom. 1. G H I K Mat. 13

minibus suis inscriptis decesserunt nec tamen eis quicquam profuit, sed silentio, & obliuioni mandati sunt? Piscator autem Petrus, qui nihil fecit eorum, quoniam virtutem est persecutus, & ciuitatem maximè regiam occupauit, etiam post mortem resplendet Sole clarius. Quòd tu autem facis, est ridiculum, & plenum ignominia.

L Hæc enim monimenta non solum, non te clarum reddent, sed etiam facient ridiculum, & ora omnium aperient. Aedificia enim non sinunt tuam auaritiam, quæ obliuioni tempore tradi poterat, extingui, & stant veluti columnæ, & trophea erecta aduersus auaritiam. [Et homo cum in honore esset, non intellexit. Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.] Hic mihi videtur deinceps propheta deplorare, quòd animal rationis particeps cui fuit traditum regnum in terris, eo declinauerit, vt esset non minus vile, & ab abiectum, quàm bruta, dum in rebus vanis laborat, & ea, quæ sunt suæ saluti contraria molitur, inanem gloriam persequitur, auaritia tenetur, in rebus inutilib. se exercet. Virtus enim est honor hominis, & de rebus futuris philosophari, & omnia procurare, quę ad illã vitam pertinent, & præsentia negligere. Brutorum.n. vita præsentis vitæ limitibus concluditur, nostra autẽ tendit ad a iam meliorem, & cuius non est
Heb. vl. finis. Sed hi, qui de futuris nihil sciunt, sunt brutis deteriores, nec ii solum, sed ii etiam, qui sceleratam, & perditam vitam agunt, vtpote qui fiant serpentes, scorpii, & lupi propter improbitatem, & oues, &
M boues propter ignorationem, & canes propter impudentiam. Quid enim, dic quæso, est insipientius iis, qui in sepulchris, & monumentis operam suam collocant, & ad aliorũ noium appellationes stant hiantes, & mirabundi? Nihil.n. memoriam efficit præterq̃ sola virtus, non ædes, non statua, non filii, non aliquid aliud eiusmodi. Aedes enim opus est Architecti, statua statuarii, filii vero, naturę. Tui aũt nusquàm est memoria. Et ideo vocat eum brutum Propheta, qm̃ cum ignorationis se iugo submiserit, bruto deterius dicitur. Illud enim est vtile, & aptum ad agriculturam. Hic autem, qui seipsum subiecit ignorationi, illo etiam in hoc factus est deterius. Quoniam enim superius dixerat quàm esset mens eorum crassa, terrena, vilis, & abiecta, & quàm inutilis esset labor eorum in congendis pecuniis: volens amplificare eorum accusationem, adducit deinceps beneficia. Quòd solent sæpe facere Prophetæ. Esa. 1.
Esaias enim, cum esset eos accusaturus, primum quidem dicit honorem, quo Iudæi a deo affecti sunt, ita scribẽs. Filios genui, & exaltaui: ipsi autem me nihil fecerunt. A
Hic quoq; hoc in loco, vna dictione declarans beneficia, quæ homines a deo acceperunt, Homo, inquit, cum in honore esset, psal. 8.
non intellexit. Quemnam autem dicit honorem? Audi eum in quo psalmo dicente Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria, & honore coronasti eum. Deinde exponens honorem, subiungit. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues vniuersas. Insuper & pecora campi. Volucres cœli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Hic est.n. honor longe maximus, ei in omnia, quæ videntur permisisse dominatum, idq̃, cum nihil recte gessisset. Cum. n. eum nondum finxisset, dixit, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, deinde interpretans illud, Ad imaginem, subiunxit, Et præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis vniuersæ terræ. Et hunc breuẽ, & tricubitalẽ, & viribus corporis brutis longe inferiorem, fecit cunctis excelsiorem, aiam rationis compotem ei largitus, quod quidem est honoris signum maximum. Per
cam.n. & ciuitates cõdidit, & mare secuit, B
& terram coluit, & artes inuenit innumerabiles, & feras superauit, & q̃ est omniũ maximum, & primum, deum, qui fecit ipsum, cognouit, & ad virtutẽ deductus est, & nouit quid sit bonum, quid secus, Solus ex iis, quę vñr, deum orat, reuelationes accepit, idq̃ solus, cognouit rursus multa arcana, & ineffabilia, didicit, q̃ sunt in cœlis. Propter ipsum terra, pp ipsum, cœlũ, propter ipsum, Sol, & sidera: propter ipsum, lunę cursus temporumq̃ mutationes, & vicissitudines, propter ipsum, fructus, & arbores, & tot genera animantiũ, propter ipsum missi sunt Apostoli, & Prophetæ, propter ipsum sæpe missi sunt Angeli. Quid pluribus opus est: neq;. n. fieri potest, vt omnia persequamur. Propter ipsum vnigenitus dei filius homo factus est, crucifixus, & sepultus, & terribilia illa miracula facta sunt post resurrectionem, propter ipsum lex, propter ipsum paradisus,

disus, propter ipsum mundatio. Nam hoc quoque est maximum genus honoris eũ, & beneficiis, & pœnis corrigere. Propter ipsum omni priori tempore innumerabilia certo consilio gesti, & administrata
C sunt. Porrò autem ipsum quoque futurũ
Iob. 14. iudicium sit propter eius honorem. Quo circa Iob quoque dicit. Quid est homo, q̃ duxisti eum in iudicium? quemadmodum
Psal. 8. alibi dicit ipse propheta. Quid est homo quod memor es eius? Propter ipsum rursus veniet vnigenitus donans bona innumerabilia. Alia enim iam dedit per baptismum, & sacramenta, & mysticam celebrationem, alia verò se daturum est pollicitus, regnum cœlorum, vitam æternam, sanctorum suos hæredes, & cum eo regnaturos. Quocirca Paulus quoque dicebat, Si
Rom. 8. 1 Ti. 2. sustinemus, & conregnabimus. Hæc ergo omnia considerans propheta, eos rure brutis comparat, qui tantam nobilitatem vitio prodiderunt, & ad affectiones illorum desciuerunt. Hoc ipsum sæpe faciunt alii quoq; prophetę, impudentem auditorem volentes per comparationem pudore suffundere. Et ille quidem dicit, Equi in fœminas insanientes facti sunt: hic verò: Cognouit bos possessorem sũũ, & asinus præ
Hier. 5. Esai. 1. sæpe domini sui: dicens quidem multo Dauide acerbius. Dauid enim dicit, Comparatus est iumentis insipientibus, ille autem
Psal. 48 dicit eos fuisse magis expertes rationis, q̃
D bruta. Illa enim, inquit, cognouerunt possessorem, Israel verò non cognouit. Iam vero alibi quoq; alius quidam vir sapiens ostendens, vel formicis esse deteriorem virum pigrum, & desidem, & otio languentem, eum illuc mittit, vt discat esse laborio
Prou. 6. sus, & industrius. Vade, dicens, ad formicam o piger, & imitare vias eius. Illa enim cum nec agrum cultum habeat, nec sit, qui eam cogat, nec domini imperio pareat, parat æstate alimentum, & tempore messis multa reponit. Rursus autem iubet ire ad apem. Profisciscere ad apem, & disce, quòd ea sit opifex, cuius labores Reges, & priuati ad sanitatem asserunt. Alius verò dicit, Principes tui tanquam lupi Arabiæ. Et alius, Sedisti in deserto, tanquam cornix.
Matt. 3. Isa. 59. Pc. 139. Psal. 57. Zachariæ autem filius dicit, Genimina viperatum, quis vobis ostendit fugere a ventura ira? Et alius rursus. Oua aspidum ruperunt, & araneæ telam texunt. Alibi autem idem propheta dicit, Venenum aspidum sub labiis eorum. Et rursus. Ira eis ad similitudinem serpentis. Tale est enim vitium, cum, qui talis est, & tantus eo redigit, vt sit non minus ignobilis, quam bruta. Et ideo in præsenti quoq; psalmo cum elegisset duo vitii genera, & alia auditoribus reliquisset consideranda, eos qui illis E
tenentur ita pũgit. Quid enim fuerit a ratione alienius homine qui temere, & cum sui capitis malo, ac discrimine orbem terræ percurrit, & innumerabiles pecunias colligit, non sibi, sed aliis, qui ipsi quoque non cognoscuntur, sæpe autem sunt hostes, & insidiatores? Recte autem dixit, Relinquent alienis diuitias suas. Quid est n. stultius, quam, vt hi faciunt, laborem, quidem, & peccata, quæ in his colligendis admittuntur, suscipere, aliis vero earum vsu fructum cedere? Deinde cum amore pecuniæ inanem quoque gloriam adducens in medium, eos pungit vehementissime, dicens. Vocauerũt nomina sua in terris suis. Quid his rursus est a ratione alienius, qui lapidibus, & lignis, & inanimatæ materiæ suam committunt memoriam, & propriã credunt gloriam? Aliquot enim bonis omnibus euertunt, & viduas spoliarunt, & pupillorum facultates diripuerunt, vt vetmi domum facerent splendidam, tineæq; & corruptioni magnificos ambitus ædificarent, quòd existiment suam per ea futuram immortalem memoriam, quæ ne pãF
uo quidem momento temporis potuerũt corpora retinere. [Hęc via illorũ scadalũ ipsis.] Quænam est autẽ hęc via? Studium quod in res eiusmodi confertur, vanus labor, insana pecuniæ habendæ cupiditas, insatiabilis gloriæ ebrietas, & ante futurũ, inquit, supplicium hic fit eis scandalum, & impedimentum. Non paruum offendiculum, non paruum impedimentum, non paruum obstaculum hæc via est ad operationem virtutis. Et ideo dicit, Hæc via est scandalum ipsorum. Recte autem dixit hanc viam esse ipsi scandalum. Sibi ipsis vincula iniiciũt, seipsos impediunt. [Et postea in ore suo complacebunt.] Hoc quod dixit, est grauissimum, & cauta omnium malorum. Qui. n. in his peccant, & delinquũt & adeo desipiũt, seipsos felices, ac beatos esse ducunt, & admirantur, & iis quæ fiũt delectitur. Vitium autem, quod laudatur ab iis, qui eo laborant, considera quantam facit accessionem malæ cupiditatis.

Si enim dum vituperatur, dum probris afficitur, dum arguitur, dum ab eius qui sobrii hominis cogitationem parumper suscipit, conscientia flagellatur, dum laceratur, & odio habetur, adeo tamen impudéter viget, & inualescit, & in dies augetur: quando non solum non fuerint, quæ prohibeant, vt pote accusatio, conscientiæ reprehensio, ea quæ fiunt corripere, eorum quę commiseris duci pœnitentia erubescere, aspectum hominum vitare, flere ac lamentari, sed omnino cõtra seipsos etiam laudant, qui faciunt, & sibi encomia componunt, & eo ipso se aliis meliores esse ducunt, & postquam fecerint laudant ea quę fecerunt. Hoc.n. sibi vult illud, Et in ore suo complacebunt, quo nõ ii deflexerint? aut quid non admiserint? Sunt.n. tanto furore perciti, & adeo emotæ mentis, vt etiã quando suam libidinem expleuerint, quã eos vidétes iniquitatem oporteret erubescere, exultant, sibi placent, se efferunt, eo quod factum est delectantur. Tale est enim peccatum, vt priusquam factum sit, suam velet turpitudinem, ebrietate voluptatis prætexens suam abominationem, sed postquàm factum fuerit, & libidinis quidem voluptas parumper cesserit, conscientiæ autem accusatio inuaserit, nudã ac solam rationem flagellans, tunc maxime cernitur, quam sit pernicio sum. Hi autem, nec tunc quidem postquam se expleuerint, sed postquam viderint opes coacer uatas sepulchra excitata, inania ædificia perfecta, cum oporteret eos compungi, ac deflere, post hæc etiam, hoc est, post opus, postq; res fuerit adimpleta, tunc adhuc magis laborant. Postquam ergo nihil eis relictum est ex seipsis remedii, tunc restat, vt deus exequatur quod suum est. Qemadmodum enim, qui seipsos condemnant propter ea quæ peccant, quæ a deo ferenda esset sententiam anticipantes euitant. Sicut etiam dicit Paulus, Si enim nos ipsos iudicaremus, nõ vtique iudicaremur: ita quorum tam grauis est morbus, vt nulla ducantur pœnitentia, & peccantes sua peccata non condemnent, Dei in supplicium cum maxima vehementia attrahũt. Quoniam ergo hi qui aliena rapiunt, vel qui sua temere profundant, & quę in pauperes erogare, oporteret, in sepulchra, vermes, & tineas consumunt, & nec eorum quidem, quæ fecerunt vlla tanguntur pœnitentia, sed manent ægroti immedicabiliter, audi quid deinceps fiat. Quid ergo sit? Dei traduntur supplicio, & ideo subiit xit. [Sicut oues in inferno positi sũt, mors pascet eos.] Non hic mansuetudinem per nomen ouiũ significans. Quid enim possit illis esse sæuius, qui pauperum quidem nuda corpora, & ventres fame euectos despiciũt, domos autem corruptioni, vermi, & tineæ magnifice extruunt? sed facilem eorum interitum, repentinum exitium, & quam facile capi possint ab eis qui illis insidiantur, nihil est enim imbecillius homine, qui in vitio vitam transigit. Quod his quoque eueniet, ita cõcidentur, ita funditus peribunt, & tam facile deueniẽt ad inferos, tam breuiter, tam expedite, tã nullo negotio quam oues, quæ mactantur. Hoc est mors, imò verò res est morte acerbior. Post talem enim mortẽ eos mors immortalis excipiet, & ideo nusquam in sinum Abrahæ, nec in vllam aliam regionem cernuntur recedere, sed in infernum. Hoc pœnæ, hoc supplicii hoc summi exitii nomẽ est. Et hic mors eorum vilis, est & contemenda: & eorum illic mora est plena supplicio. Ita etiam solemus dicere de iis, qui facile pereunt. Hic sicut ouis occisus est. Quoniam.n. sicut bruta vixerunt, etiã, vt bruta pereunt, nõ habentes bonam spem de futuris. Nec hoc solum, sed etiam magno eorum malo. Mors depascet eos. Hic mihi videtur mortem dicere, interitum, qui illic est, & supplicium, quemadmodũ, etiam alibi dicit, Anima quæ peccat, ipsa peribit, non substantiæ ablationem, sed pœnam significans. Persistit autem in metaphora. Quoniam.n. dixit oues, eorum quoq; pastorem ostendit. Qu s autem hic est? Vermis veneratus, tenebræ nunquam cessaturę, vincula quæ solui nequeunt, stridor dentium. Vide ergo eos vndiq; puniri. In vita quoniam eis ad virtutem allatũ est impedimentum, quoniam vitii serui, & mãcipia facti sunt, & superuacaneum, & ridiculum laborem susceperũt. In morte quoniam fuit mors eorum vulgaris in gloria. In tempore post mortem, quoniam perpetuus eos tenet interitus. [Et dominabuntur eorum iusti in matutino.] Qm multi crassiores, & non plus sensu prediti quam lapides, non habent certam, & claram spem de futuris, sed iis quæ sunt præsenti, & quæ videntur, inhiant, eos obscurè tan-

G

Pro. 2. c

H

I

K

Eze. 18. d

ἰοβόλοι

Mat. 13

1. Co. 11 d

UNIVERSIDAD DE MURCIA

L rè tangit. Deinde cum paucis futura obscure significasset, confert rursus orationē ad contemplationem eorum, & pœnam in vita præsenti, ostendens quàm sint imbecilli, viles, & contemnendi, & q̄ licet sint millies diuites, & magna sint succincti potentia, ab iis tamen, qui virtutē persequūtur, habentur pro seruis, & mancipiis. Et ideo dicit, Et dominabuntur eorum iusti in matutino, hoc est celeriter, cōtinuo, & nec tempore quidem opus habebunt, nec labore, nec mora. Talis est.n. rerum natura, vt vitiū virtuti seruiat, eamq; formidet ac pertimescat, licet illud quidē sit versutū exercitatumq; ac prēclare instructum, hęc vero nuda, & per seipsum decertās. Atqui contra videmus malos obtinere dominatum in bonos. Sed ne consideremus errorem multorum sententiæ, is enim ex falsa opinione oritur, sed ipsum rectum rerum iudicium diiudicemus, & videbis id quod dico esse potius. Sit enim aliquis malus dominus, & bonus seruus, vel si mauis, ad aliud maius potius exemplum rē deducamus. Sit Rex malus, & priuatus bonus, videamus, quis sit dominus alterius, & vbinam resplēdet dominatus, quis est qui imperat, & qui paret alterius imperio. Quō ergo hoc sciemus? Rex rem malam, & scelere plenā priuato imperet, cui bonus priuatus, & qui eius ditioni subiicitur, non modo non acquiescet, nec obediet, sed eū etiā qui imperat conabitur, abducere ab instituto, licet mori oporteat. Quis est ergo liber? Is ne qui quod vult facit, & ne Regem quidem metuit, an qui ab eo contemnitur, qui eius subest imperio? Et ne in incerto exemplo prolixa vtamur oratione vxor Putipharis Aegyptia, nunquid erat Regina? nunquid totā Aegypto præerat? nunquid habebat Regē coniugēs? nūquid maximam habebat potestatem? Quid vero Ioseph? non seruus? non captiuus? non famulus emptitius? Non aduersus adolescentulum oēm aciem instruxit, non alii belli curam committens, sed ipsa descēdēs in aciem? Quis ergo tūc erat seruus? Quis liber? Illane quę precabatur, orabat, & supplicabat, & non homini, sed improbissimæ animi perturbationi seruiebat, an is, qui contemnebat diadema, sceptrum, purpuram, & oēm illam externam speciem ac visionem, & rescindebat eius machinationem? Non illa quidem repulsam passa recessit, sed & alii rursus animi morbo mancipata est, nempe iræ, quæ ratione non regitur, & cedi. Hic verò exiit capite redimito coronis innumerabilib. & in ipsa seruitute libertatē magis resplendentē ostēdēs. Nihil est.n. æque liberum, vt virtus, nihil æque seruum, vt vitiū. Et ideo dicit etiam alicubi, quispiā Sapiens seruus obtinebit dñatum in dños insipientes. Quēadmodū enim captiuus, etsi immensas habeat diuitias, eo ipso facile capi pōt, & expugnari ab omnibus: ita etiam, qui ab animi perturbationibus captus est, est tela arancę vilior. Quid vero in bello, nunquid eos videmus vincere? Quid verò in rebus tractandis, & consultandis, nunquid quæ dicunt firma sunt, & stabilia, etsi nullus pareat? Quid autem in iis, quæ ad hanc vitam cōsequuntur? Nunquid diues quidem, tanquam mendicus, vnam guttam rogauit, nec eam impetrauit, pauper autem, quoniam erat, bonus, & virtutis studiosus, nō in maxima fuit felicitate, & eadem ei sors quæ Abrahę obtigit? Quid autem in Apostolis? nunquid vincti, flagris cęsi, innumerabilia male passi eos superabant, qui illos afficiebāt? Cogita ergo quā animi dubios, & pplexos eos reddebāt, adeo vt dicerent. Quid faciemus his hominibus? Atqui tenebant eos vinctos, & in mediis iudiciis, cōprehensos, & obtinebant illi, quidem locum Iudicum, & magistratum, hi verò tanquā rei illic stabant, & hi tū illos vicerunt. Vbiq; deniq;, si quis diligeret considere, videbit virum bonum vincere virum improbum eaq; vere est victoria, non ea, quæ est multorum, quę falsa est, & errans, & quæ facile conuincitur, sed illa quæ est firma, stabilis, & immobilis. [Et auxilium eorū veterascet in inferno.] Hoc est, erit imbecillum. Quod aūt dicit, est eiusmodi. Nō solum hic facile capi potuerunt, nullo opem ferente, nullo manū præbente omnibus expositi, imo etiā, quod est grauius, nec illic quidē habebunt, qui defendat, & opem ferat, & manū præbeat, & eorū supplicium consoletur. Itaq; nec virgines prudentes stultis opem ferre potuerunt. Nōn Abraham diuiti. Non Noe, Iob & Daniel filiis, & filiab. Illud.n. Veterascet, Erit imbecillum, & euanescet, ac delebitur. Quod enim veterascit ac consenescit, non longe abest ab interitu. [A gloria sua exturbati sunt.] Quod maximē desiderabant, pp. qđ

omnia

1.Re.18 Mar.6. ἐπί- τριμμα ἀσωλρα Pal

M

Gen.39

A

Pro.17.

Luc.16.

1.Cor.4 Rom.8.

B

Act.4.

Mat.25 Luc.16. Eze.14. Hebr.8.

C

omnia faciebant, & nihil non moliebantur, nempe vt post mortem, magnam sibi pararent gloriam per pecunias, per ædificia, per sepulchra, per nomina inscripta in sepulchris, ab eo, inquit, excident qđ eos maxima molestia afficiebat, dum viuerẽt, & hæc scirent. Talia.n. ædificia sunt accusationes mortuorũ. Nam etsi corpus terra tegatur, lapides tñ vocem emittũt, eorum crudelitatem, & impudentiã quotidie accusantes, cões eos hostes proclamãtes, eos qui prætereunt, vt eos diris, & maledictis prosequantur, & accusent, inuitãtes. Quẽcam est ergo hęc gloria, accusatorem relinquere non tacentẽ, sed solo aspectu ora omnium aperientem, & apud oẽs, qui vident, & accedunt, eos qui ædificarunt grauissime increpantem? Quidnam põt cum hac cõferri stultitia, qñ ea faciunt de quibus puniuntur, pro quibus ignominia afficiuntur, quo quibus accusantur propter quæ etiam post mortem a multis effodiuntur, ex quibus execrationes, reprehensiones, & crimina innumerabilia in eos intẽdũtur, tum ab eis, qui iniuria affecti sunt,

D. quàm qui nõ affecti sunt? [Verumtñ deus redimet animã meam de manu inferi, qñ acceperit me.] Postquã dixit mercedẽ malorum, & stipendium peccati: dicit etiam prẽmia bonorum. Quod ipsum consueuerunt etiã facere alii prophetę, vt ex vtroq; auditorem componant, & corrigant, nempe & exp œnis peccatorum, & ex prẽmiis virtutis. Ita ergo se habent res illorũ, infamia, labor inanis, ignorantia, risus, dedecus, interitus, mors, tormentum, ętternum supplicium, insultãdi facilitas, a gloria & securitate excidisse, & viuos, & mortuos, criminari, accusari, nullum inuenire malorum solatium. Nostra autem contra se habent omnia, liberatio a supplicio, libertas animæ, securitas, honor, gloria. Hęc enim omnia significauit, cũ dixit. Veruntamen deus liberauit animam meã de manu inferi, quando me acceperit. Inferos hic dicẽs supplicium, cruciatus illos intolerabiles. Considera aũt quantus sit honor, nõ propter hoc tantum, sed etiam propter id qđ subjungitur. Cum.n. inquit, acceperit me, tunc ipsum videbo clarius, q̃. nũc. Nũc.n.

2.Co.5. per fidẽ ambulamus, nõ per speciem, tunc

E autem facie ad faciẽ. Redempta autem anima, corpus quoq; erit bonorũ participes. [Ne timueris cũ diues fãctus fuerit homo, vel cum multiplicata fuerit gloria domus eius.] Hæc cum ità se habeant, inquit, qđ times præsentia? Quid te male hẽt inopia? Quid formidas diuitẽ? Audisti, quæ dicta sunt de resurrectione, de bonorũ hæreditate, de supplicio malorum. Quid vmbras deinceps pertimescis: Illa.n. sunt firma, ac stabilia, Hæc vero sunt similia florib. qui facce scunt. Omnibus itaque aliis prætermissis, arcem malorum inuasit, nempe diuitiarũ cupiditatẽ, eã enim diruta alia quoque simul destruuntur. Et qũo nõ timebo, inquit, eos qui tm possunt? Potentia est ad breue tempus, vires vnius, horæ transit rerũ successus, vmbras, & somnia imitantur pecuniæ, diuitiæ, & honor tantus, & ideo subiunxit. [Qm cum interit, nõ sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.] Subiungens causam cur non timeat, quæ sunt momentanea, venit mors, radicẽ abscidit, & vniuersa coma decidit cum foliis & domus facile capi potest ab omnibus. Quemadmodum ergo oues, & caprę, post F sectionẽ, arborem iacentem inuadunt, ita etiã in iis, qui hoc modo sunt diuites, multi inimici, multi amici, multi eorum, quos beneficiis affecerunt, inueniuntur res illorum pdere, & euertere, & qui tot, & tãta possidebant, tot pocillatores, tot quocos, crateres aureos, & argenteos habebat, toti & tanta terrę iugera, domos, mancipia, equos multos, camelos, castra seruorũ, solus abit, & nemo cũ eo descedit nec ipsas quidẽ vestes sumens. Quo.n. fuerit splendidius indutus, tãto lãutiorem mensam vermi parãs recedit, & sepulchrorum effossoribus amplioręm cupiditatem, & in miserũ corpus maiores insidias, quo se magis exornat, eo in se maiorem contumeliam comparans, manus eorum, qui thecas effodiũt armans in seipsum, & inuitans. Et quid tum, inquit? At hic quidem certe se iactat, gloriatur, & intumescit vsq; ad mortem. Immo vero multi ne ad mortem quidem, sed in illos cohortis insidiatoribus, quibus reis grauiora passi sunt, pecunia spoliati, infamia notati, in carcere habitantes. Qui enim heri in curru, hodie in carcerẽ, qui heri obseruabatur ad adulatorib. nũc stipatur a lictoribus, qui vnguenta olebat, G nunc est respersus sanguine, qui in molli lecto accumbebat, in duro solo iacet, qui ab omnibus colebatur, ab omnibus contẽnitur. At in morte eius sunt magnifice, & splendi-

splendidæ exequiæ. Et quid ad illum, qui non sentit? maior fœtor, maior horror, in uidia vehementior, est enim filiis cũ mortuo bellum perpetuum propter illam magnificentiam. Vide aũt, quam sit verbum accurate positum, & quam sit magna philosophia. Nõ solum enim ex eo percellit, quòd non vna racedant, sed etiam eũ hic omni specie, & visione spoliat, & nec diuitias quidem esse ostendit, quando eis fruebatur possidens. Non dixit.n.cum multiplicata fuerit gloria eius, sed gloria domus eius. Hæc.n.omnia, quæ enumerauí, fontes, ambulacra, porticus & balnea, aurum & argentum, equi & muli, stragulę vestes, & indumenta sunt gloria domus, non hominis, qui domum habitat. Hominis enim gloria est virtus, vnde etiã recedit vna cum posseßore, manet autẽ ipsa domus gloria, immo vero ne manet quidem, sed etiam, vna cum domo dissoluitur, nec quicquam
H ei profuit, qui in ea versabatur, neq; enim erat illius. [Quia anima eius in vita ipsius benedicetur.] Postq̃ dixit de eius gloria, & diuitiis, nunc tranſit ad dicendum de laudibus. Quia enim diuites hæc magno studio persequuntur, assentationem in foro, obseruantiam a populo, publicas laudationes, simulatione referta enconia magnũque esse videtur in theatris, in conuiuiis, in iudiciis plausu excipi, ab omnibus prædicari, beatus existimari, vide quomodo hoc quoq; detrahit, ex tempore. In vita.n. eius, inquit, Hoc est, hæc obseruantia, & hoc laudibus affici, est ad præsentem vsq; vitam, vna autem cum aliis hoc quoque dissoluitur, vt quod sit caducum, & momentaneum, sed etiam quando id timore exhibetur a laudantibus, & bonis verbis prosequentibus, post mortem recidit in cõtrarium, quando detracta fuerit persona metus. [Confitebitur tibi cũ beneteceris ei.] Vide quomodo accusat etiam eorum beneficia. Tu enim assentaris, & obseruas, quandam ad tempus obseruantiam simu-
I lans. Ille autem habebit etiam tibi gratias, a te emens, vt quę sunt ei grata facias, & magno emens, tũc tibi, inquit, aget gratias. Hoc enim sibi vult illud, Confitebitur tibi. Quando benefeceris ipsi. Non dixit, quando feceris, quòd sit vtile, quando beneteceris, sed quando quæ sunt ei cordi, & quæ ex eius animi sententia feceris, ostendens vtrinque esse damnum, & ex ficta assentatione, & ex pernicioso ministerio. Et quis eum.

* Desunt permulta. *

IN PSALMVM XLIX.

DEus deorũ locutus est, & vocauit terrã. A solis ortu vsq; ad occasum.] Ipse quoq; dixit alibi, deus stetit in cõgregatione deorum. Et paulo post, Ego dixi, Dii Psal.81.
estis Et Paulus. Etsi enim sunt, q̃ dñr Dii 1 Co.8.
& domini multi. Et Moses, Diis ne maledices. Exo.22.
Et alibi. Videtes filii dei filias hominum. Gen.6.
Et rursus idem. Qui execratur deũ, Leu.24.
peccatum accipiet, qui autẽ nominat nomen domini, lapidibus obruetur, & rursus, Dii, qui cœlum, & terrã non fecerunt, pereant. Quosnam ergo significat per hoc nomen in illis testimoniis? Et quosnam hic dicit Deos? Principes. Quocirca subiũgit etiam, Diis non maledices, nec principi populi tui. Dicit etiam eos, qui ex parẽte aliquo insigni virtute prædito originẽ duxerunt. Q̃m enim Enos, qui summam K
ostẽdit virtutem, dei nomine vocatus est, Gen. 4.
qui autem ex illo nati sunt, oẽs, & nepotes tratris illius, inter se coniungebantur, filios dei vocat, q̃ ex viro bono genus duxerant. Cœperunt.n. inquit, vocari nomine dei. Dicit ét populum iudæorum, qui hac appellatione honestatus est, dũ dicit. Ego dixi Dii estis, & filii excelsi omnes. Et alius, filius primogenitus meus Israel. Sic Psal.81.
enim vocabat eorũ populum propter suã Exo.4.
benignitatem. Sic etiam soluitur illud, qui execratur deum, peccatum accipiet. Hoc est, qui principi maledicit, peccat. Qui autem nominat nomen dei obruetur lapidibus. Hoc est, qui iis, qui non sunt, eius qui deus est nomen tribuit. Quia enim nõ potest eius peccato ignosci, in ipsum grauissimum constitutum est supplicium. Dicuntur etiam dii gentium, nõ propter honorem, nec quòd ita sint appellandi, sed propter eorum, q̃ decepti sunt, & illos ita vocarunt, errore. Quapropter dicit quoq; Paulus, Nam etsi sunt, qui dñr Dii, significans eos non esse deos ne appellationis q- L
dem honore tenus. Hic ergo de q̃busnam dicit, Deus deorum? Mihi videtur dicere de diis gentiũ, non vt qui sint, sed vt qui ita existimentur ab iis, qui in errorẽ abducti sunt. Quoniam enim erat crassior iudæorum animus, & a cultu idolorum non

erant

erant omnino liberi, sed simulachra mirabantur, & multas iniquitatis habebant reliquias: vel eo ipso eorum animos, & spiritus extollit, ostendens illũ eorũ esse dũm. Nam est ipsorum quoq; dæmonum dominus, loquens de ipsis substantiis malam autem mentem, & omne vitium ipsi ex sese inuexerunt. Videtur autẽ mihi hic quoq; Psalmus cohærere priori. Nã in hoc quoq; scripta est reprehensio, & accusatio eorũ qui deliquerunt. Sed illic quidem omnem orbem terræ vocauit ad audiendum, hic autem ipsa elementa, quæ extensa sunt p omnem orbem terrę. Aliud est hic theatrum, & aliud adiutorium. Illic sunt gentes, terrigenæ diues, pauper, hic cœlum, & terra. Ipsum quoq; Deum introducit disceptantem, & ei tribuit orationem defendentis causam suam apud populum iudęo
M rum. Maiore itaq; nobis attentione opus
φαβαλ- est. Hoc etiã facit alius propheta, & intro-
λες ducit deum cãm agentem, & statuit loco
Mich. 6. iudicum voragines, & fundamenta terræ. Audite.n. inquit, voragines & fundamenta terræ. Quoniam iudicium est deo cum populo suo, & cum populo disseret. Et rursus. Iudicio contendet vobiscum, & cum patribus vestris. In multis autem locis scripturæ potest videri hæc figura, quod qdẽ est in primis admirabile, & dignum dei benignitate. Ostendit enim eius ineffabilem bonitatem, qui se adeo demiserit, vt cum hominibus iudicio cõtendat. [Ex sion species decoris eius.] Habet aliquid propheticã hẽt etiam historicum, quod dictũ est, fuit enim, & in veteri ex illo eius decor. Templum enim sancta sanctorum, omnis cultus, omnisq; forma ac ritus legis veteris, multitudo sacerdotũ, sacrificia, & holocausta, sacri hymni & psalmodiæ, & omnia illinc proficiscebantur, & typus futurorum illic ante descriptus fuerat. Postq̃ autẽ veritas quoq; adfuit, ea rursus illinc quoq; cepit initium. Illic.n. crux resplenduit, illinc innumerabilia, quæ præclare ab eo gesta sunt. Et ideo Esaias quoq; scribens de lege noui testamenti, dicit. Et sion egredietur lex, & verbum dñi ex Hierusalem, & iudicabit in medio gentium. Sion enim hic dicit locum integrum, & ciuitatem, quæ iuxta illam sita est, iudęorũ metropolim. Illinc enim, tãquam ex quibũsdam carceribus, pernicies equi, nępe Apostoli emissi, sunt in omnem orbem terrę, illic cœperunt signa. Illic fuit resurrectio, illic ascensio, illic præmia, & initia nostræ salutis, illic arcana illa cœperunt prædicari dogmata ac decreta, illic primũ pater reuelatus est, cognitus est vnigenitus, & data est tanta gratia spiritus. Illic Apostoli reuelarũt sermonẽ de rebus incorporeis, de donis, de potestatibus, de futurorũ bonorũ promissionibus. Quæ omnia propheta considerans, vocat eius decorẽ. Dei enim species ac decor est eius bonitas, ac benignitas, & in omnes beneficẽtia. [Deus manifeste veniet, Deꝰ noster & nõ silebit.] Vides quomodo ꝓcedens aperit sermonẽ, & reuelant thesaurum, & lætiorem emittit radium, dicens. Deus manifeste veniet. Quando enim non venit manifeste? Qñ? In priori aduentu. venit enim absque vllo
B strepitu, multos cœlans, & multos latens,
Quid dico multos, cum nec ipsa, quidem virgo, quæ eum vtero gestabat, nouerat arcanum mysterii, nec eius fratres credebat in ipsum, nec is qui videbatur esse pater, magnum quid de eo concipiebat. Et quid dico homines? Ipsum quoq; diabolum latuit. Neq; enim si sciuisset, tanto post tempore in monte eum interrogasset, an esset dei filius, neq; id semel, & bis, & tertio hoc fecisset. Et ideo dixit Ioanni eum reuelare incipienti, sine modo, hoc est, tace nunc, neq;.n. tempus est, vt reueletur arcanũ carnis suscepte consilium, volo adhuc latere diabolum tace ergo, ita enim nos decet. Et cum a monte descendisset, iussit vt eũ esse Christum nemini dicerent. Tunc enim venit, vt pastor, qui quęrebant ouem, quę aberrauerat, & qui repugnantem ferã venari volebat, & ideo seipsum adũbrabat. Quemadmodum.n. medicus non est protinus ęgroto terribilis, ita nec ipse in principio se voluit aperire, sed paulatim, & sensim. Hunc itaq; eius aduentũ, qui fuit
C absq; strepitu, significans hoc ipse prophe-
ta, dicit procedens, Descendat tanquã pluuia in vellus, & tanquã stilla, quæ distillat super terram. Neq;.n. venit personans ac perstrepens, non turbans ac tumultuans, non terram mouens, non fulgura emittẽs, non cęlum concutiens, non populos. Angelorum immittens, non medium firmamentum disrumpens, & ita super nubem descendens, sed absq; strepitu per vterum virginis cum ea nouem mensibus illum tulisset, tanquam fabri filius in ꝓsepi paritur

Psal. 18. Ro. 10. Mich. 5. Mat. 2. Luc. 1. 2 Mat. 10 15. Act. 13.

Luc. 1. Io. 7. Mat. 13

Mat. 4. Mat. 5. Mat. 17. Mar. 9. Luc. 9.

Psal. 71.

Luc.2. Mat.2. Mat.2. tur in vilibus fasciis, insidiis appetitur, fugit cum matre in Aegyptum. Deinde post mortē eius, qui maxima scelera admiserat tunc reuertitur, & huc & illuc abiēs, habitu semper erat, vt vnus ex plebe, & erat illi vestis vilis, & mēsa vilior, perpetuus itineris ingressus, & ita perpetuus, vt ex itinere

Ioan. 4. etiam defatigaretur. Sed non tunc sic veniet, sed adeo manifestē, vt ne vllo quidē opus habeat, qui eius aduētum annunciet. Propterea ipse quoq; eius claritatē significans, dicebat, si audieritis Christum esse in

Mat.24. penetralibus, si in deserto, nolite exire, sicut enim fulgur exit ob oriente, & relucet vsq; ad occidentem: ita erit aduentus filii hominis, ipse seipsum ostendens ac prædicans. Nam hoc etiā in fulgure euenit, nec opus habemus aliquo, qui annuntiet, sed

D simulac apparuit, & omnibus, & simul omnibus cognitum extitit. Ita etiā dicit Paulus. Qm ipse Dominus in iussu, in voce

1.Th.4. Archangeli, in extrema tuba descendet de cœlo. Ita etiam propheta vidit eum ferru super nubes, & fluuium ante eum protrahi, & tribunal terribile, & quę vitari non possunt vitæ reddendas rationes. Tunc.n. tunc iudicio, & sententia opus est. Et ideo

Dan. 7. non amplius, vt medicus, sed vt iudex apparet. Daniel itaq; & thronum eius videt, & fluuium, qui ante tribunal trahitur, & omnia illi ignita ostenduntur, currus, & rotę, sed non in principio, nec quando in primo aduentu venit, tale quid ostendit, non ignem, non fluuium, non aliquid aliud eiusmodi, est præsepe, diuersorium, tugurium, & pauper mater. Quanquam alioqui ex hoc quoque ostendit eum esse a conuersione, & mutatione alienū. Quoniam enim dixit eum, qui sedet super thronum habere capillum candidū vt lanam, & vestem sicut niuem: ne pilos vestem ve existimares, sed splendorem ac puritatem,

E ignem vbique esse dicit. [Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tēpestas valida.] Ita etiam hic simul eum esse mutationi, & cōuersioni minimē obnoxium, lucidumque, & inaccessum ostendit per has similitudines. Neque vero sistit,

Tempestas. ad ignem vsque, sed volens ostēdere vehementiam supplici, subiungit dicens, Tempestas valida. Grecē est catægis. Est autem catægis, vel intolerabilis massa niuis, quæ

Procella. quicquid inciderit conuellit, & euertit, vel vehemens uentorum impetus, qui id ipsum efficit, & est iis quę occurrunt intolerabilis, volens ostendere illud supplicium esse intolerabile, adduxit has similitudines. [Aduocauit cęlū desursum, & terram discernere populum suum.] Rursus meminit elementorum, per quæ bona innumerabilia, ad genus hominum puenerunt, non solum ad vitam, & constitutionem corporis, sed etiam ad dei cognitionem. Pulchritudines enim, & magnitudines, & rationes situum, & substantiæ, ex quibus constant hęc elementa, & quę ex eis fiunt, & quę generaliter omni tempore, & quæ sæpe sigillatim eueniunt, hęc

F omnia corpora alunt, & cōstituunt, & ad Dei cognitionem deducunt. Et ideo dixit Paulus. Inuisibilia eius ex creatura mundi operibus intellecta perspiciuntur, eterna- Rom.1. que eius potestas, & diuinitas. Et rursus, Quia enim in sapientia Dei, non cognouit mundus per sapientiam Deum, hoc est 1.Co.1. per sapientiam, quę cernitur in creaturis, vt quę non sit parua, sed vel maxima, & clarissima doctrina. Atque quæ quotidie, quidem per eum fiunt, etiamsi videantur fieri ex naturæ consequentia: ipsa tamen etiam opificem prędicant. Opifex enim est naturæ dominus. Ne mireris autem si ad iudęos dirigat orationem, de generali iudicio differens. Ita enim Paulus, quoque dicit, Ira & indignatio, tribulatio Rom.2. & angustia super omnes animam hominis operantis malum, iudæi primum, & Gręci. Et rursus. Quicunque sine lege peccarunt, sine lege, & peribunt, & quicūque in lege peccarunt, per legem iudicabū tur. [Dongregate illi sanctos eius, Qui ordinauit testamentum eius super sacrificiū.] Cur nā quos est accusaturus, & quos condēnaturus, sanctos hoc in loco appellat? Accusationem augens, & honorem adiiciens ad maiorem significationē suppli cii. Ita etiam nos quoque quando videri-

G mus aliquos peccasse, & volumus eos vehementius insectari, cum eorū dignitatibus eos vocamus, vt grauiorem reddamus accusationem, dicentes, Voca Diaconum, vel presbyterum. Quoniam ergo hi quoq; appellabantur regale sacerdotium, & populo peculiaris, & eo nomine sibi valde placebant, ex eo ipso contexit criminum magnitudinem, qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Quoniam cum mala innumerabilia auderent, & tot in-

iquitatum.

vitiorum genera suscipient, rapientes in bona aliorum per auaritiam inuadentes, adulterantes sanguinem sanguine miscentes: existimabant præclarè se gerere, & legem ac testamentum adimplere, si oues, & vitulos sacrificarent, ideo probra illis ingerens, cosque irridens, dicit, qui ordinant testamentum eius super sacrificia, hoc est, qui ad salutem sufficere existimant, si animalia brutorũ sacrificent. [Et annunciabunt cœli iustitiam eius.] Volens hic rursus ostendere eius iustitiã esse clarã, nitidã, apertam, cui contradici nõ potest, & quę in confesso est: introducit elementa insensilia eam prædicantia, eadem, quam prius dixit, figura. [Quoniam deus iudex est.] Ius, inquit, vnicuiq; definiens. Neque.n. temere posuit illud, iudicare, sed vt ostenderet eum etiam esse iustum, & aliis reddere, quod iustum. In deo enim illud, iudex, pro iusto sumptum est, quemadmodum Paulus id quoque posuit dicés, Nam quomodo iudicabit deus mundum? Hoc est enim maxime iudicium, hoc est, maximè esse iudex, non solũ ferre sniam, sed eã iuste ferre. Iudicabuntur autem iudæi, & qui tunc erant, & qui postea in nouo se iniquè gesserunt, illi quidem, & naturam, & legem habentes accusatricem, hi autem, cum eis ea etiam, quæ illis fecit Christus. Quid enim poterunt dicere, vel quam causam afferre, quare non crediderint? Sed ea quæso, quæ dicuntur attendite, vt possitis ora eorum, qui contra dicunt obstruere. Satius est enim eos a nobis, victos nunc corrigi, quàm se vincere putantes illuc abire, & condemnari a communi iudice orbis terræ. Quid nam ergo poterunt dicere iudæi, Quamobrem Christum interfecerint? Quodnam paruum, vel magnum crimen ei possunt obicere? Quod se deum faciebat, inquit. Atqui non erant hæc vera, quo tempore crucifixus est, sed quædã alia. Non enim dicebant, Qui facit seipsum deum, sed qui facit seipsum regem, non est amicus Cæsaris. Atqui voluerant eum sæpe regem eligere, & aufugit. Sed an tea, inquit, ei crimini dabant, quòd se deũ fecisset. Quid hoc ad rem? Si enim falso, & iniuria, & cum vere non esset: iuste fuit crimen intentatum. Si autem iuste, eum adorasse non crucifixisse oportuit. Videamus ergo nunquid, cum esset vere deus, deum seipsum faciebat, hoc est, ostendebat, & demonstrabat. Vndenam ergo vis, hoc cognoscere? Ab iis, quæ tunc fuerunt, an ab iis, quæ nunc fiunt? Ab iis, quę in partu facta sunt? Quis vnquam natus est è virgine? Quis talem stellam ostẽdit? Quis autem Magos tanto duxit itinere, non vi aut necessitate, sed sua psuasione ac reuelatione? Vides vniuersam creaturam Dominum cognoscentem. Prima cedit natura, nec potest repugnare nec cõtradicere, dicens, partum non expedio, non didici ex vtero virginis infantem in lucem pducere, non noui matrem facere absque coniugio, sed suis cessit finibus, suum enim Dominum cognouerat. Iam vero eo nato Angeli adfuerunt, eum qui est in cœlis, esse in terra significantes, & cœlum terra facta est, vtpote quòd rex hic esset, & Magi adorarunt, qui ex tam remotis locis venerant. & infans quidem in Palæstina iacebat in præsepi, illi vero ex barbara regione tantum honorem tantumque cultum, afferebant, quantum æquum erat deo offerri. Ad hęc quidem fortasse non admittent, sed alia signa quærent in præsenti generatione. Sed nec hęc quidem nobis deficient. Talis enim res est veritas, abundat iustis rationibus, quibus suã causam tueatur. Nam hic maxime ne vlla, quidem possunt vmbram afferre contradictionis. Nam etsi non aderas, quando nascebatur ex virgine, oportebat tamen credere prophetæ dicenti. Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel. Si non aderas quando carne tectus terram, obibat, & simul cum seruis versabatur Dominus, lege Hieremiam, & ille tecum loquetur hc dicens. Hic est Deus noster, non reputabitur alius præter ipsum. Inuenit omnem viam, scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israeli dilecto suo. Post hęc in terris, visus est, & cum hominibus conuersatus est. Iam vero in aliis, quoque omnibus, videbis prophetas, quorum libros, hac de causa, in hodiernum vsque diem frustra, versas, & agitas, hæc omnia aperte prædicare. Sed eiusmodi, quidem certamina sæpe aduersus eos a nobis dicendo susceptа sunt, & sæpe suscipientur. Nunc autẽ quæ sunt suscepta prosequamur. Annunciabunt cœli iustitiam eius. Quoniã Deus iudex est. Hic mihi videtur dicere iustitiam, maximam eius curam, & summã in-

eos

Rom.3.
Io.10.
Io.19.
Luc.23.
Ioan.6.
Luc.11.
Matt.2.
Luc.2.
Esa.7.
Baruc.3.

eos ipsos benignitatē multiplicem, variā ac multiformen in homines prouidentiā, per creationem, per legem, per gratiam, p ea quæ sub visum cadunt, & quæ non cadūt, per prophetas, per Angelos, per Apostolos, per supplicia, per beneficia, per minas, per promissa, per ordinem temporis. [Audi populus meus, & loquar tibi.] Vide rursus benignitatem, & mansuetudinē ex ipso proœmio. Perinde.n.ac si homo quispiam homini tumultuanti, & turbas excitanti diceret, Si audias, loquar, Si attēdas, dicam ita etiam seruis dominus, Si me audieris, inquit, dicam, erant.n. pigri, ac negligentes, & ne tantillum quidem legum lectioni quietam præbeant audientiam. Id autem significans quispiam propheta, dicebet. Erō eis tāquam vox psalterii dulce canentis. Sæpe autem iubebant prophetis ne prophetarent, imō vero eos quoq; vexabant, & agitabant. Ita ēt videtur rex minari, & prohibere alicui ꝓphetæ ne populi concionē conuocet. [Deus deus tuus ego sum.] Non temere sita est hec cōdupli cātio. Sed qm̄ iis loquebatur, qui erant surdi, & orbi, & nullo sensu prēditi, loquitur de eius dñio, mox futuræ narrationis optimum hinc sumens exordiū, ostendens eos illi debere libertatem, & æquum esse, vt illi soluant debitum, tanquam seruos dño, tanquam opera opifici, tāquam maximis beneficiis, & honoribus affectos. [Nō in sacrificiis tuis arguam te. Holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.] Ita ēt eos accusant ꝓphetæ, ꝙ potiore virtutis parte contempta, salutis spem in eis reponebant. Ad se.n. defendendos hæc erant allaturi. Sacrificamus, holocausta offerimus. Sed non accessi, inquit, de his litigaturus, nec qđ hec cōtempta essent vos accusaturus. Esaias autem eos aūt insectatur vehemētius dicēs. Quid mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum? Plenus sum. Holocausta arietum, & adipem agnorū, & sanguinē taurorum, & hircorum nolo. Quis .n. requisiuit hæc de manibus vestris. Atq permulta dicta sunt de sacrificiis. Sed non hæc decernit tanquam hæc velit principaliter, sed ad infirmitatē eorū se demittit. Hieremias quoq; dicit, Cur mihi fers thus ex Saba, & calamum aromaticum ex terra longinqua? Oēs denique, vt semel dicam, prophetæ hoc nihil magni esse dicūt. Quo circa ipse quoque incipiens sic dixit, Deus deus tuus ego sum, ex eo offendens ipso est se indignam hanc colendi rationem. Deū enim nō summo, nec nidore, sed per optimam vitę institutionem in corpoream, & in mente sitam, colere, & honorare oportet. Sed nō sic externorum dæmones, imò etiam hęc requirunt, & hoc videtur ostendere quidam Poeta apud Græcos, dicens, Hoc non sortiti sumus munus. Deus autē noster non sic. Illi.n. humanum sanguinē sitientes, & eos ad has cædes volentes paulatim pellicere, hæc petebant assidue. Ipse autem cum vellet eos paulatim ab occasione brutorū abducere, hac demissione vsus est, & permisit sacrificia, vt sacrificia tolleret. [Non accipiam de manu tua vitulos, neq; de gregibus tui hircos. Qm̄ meę sunt oēs feræ syluarum, iumenta in montibus, & boues. Cognoui oia volatilia cœli, & pulchritudo agi mecū est.] Vides qūo paulatim erigit eorum mentem, qui in terras defixi, & curui sunt excæcatam eorū mentem aperiens, & ostendens se hæc iussisse, non qđ eis egeret, nec lege sanxisse, quod ea admitteret. Si.n. inquit, ita coli vellem, cū oēm terrā, q̄ sub sole est dominatu obtineā, & oia creauerim, prouocarem, vt mihi lauta, & opipara fierēt sacrificia. Deinde eos ēt irridens, ac reprehendens, vt magis pungat accusatio, subiunxit. [Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terrę, & plenitudo eius.] Qm̄.n. ipse ea cōcessit, vt eos paulatim ab eis abduceret, ip si aūt in re adeo vili, & abiecta perstiterunt, cum ex ea ad illorum infirmitatem demissione nullum magnum fructum cepissent, ꝓpterea crassius, & humanius differens, dicit, Si esuriero, non tibi dicam. Hoc est, Neq; esurio. Deus.n. non esuriet, neq; defatigabitur, nec si his vellem coli, deessent mihi innumerabilia sacrificia, & holocausta, oia.n. mihi affatim, & abunde suppetunt, & cū sim ipse dñs, mea volo a te accipere, vt hac via, & ratione ad te meā amicitiam attraham, & a rerum inanium consuetudine abducā. Deinde rursus eum erigens ad id qđ est sublimius, subiungit. [Nunquid mānducabo carnes taurorum, aut sanguinē potabo?] Hæc, inqt, ne hominibus quidem iussi facere, sed etiā maximum constitui supplicium iis, qui vescuntur sanguine. Quomodo ergo indigerem sanguine, qui seruos meos a tali esca abduco? Cum hæc ergo omnia repulisset,

κατα-
κλήκτι-
κόντε-
ρον.

& se.

& se esse indigna ostendisset, & accusatio nem permultis falsis, ac ridiculis dictis respersisset, non eo in loco loqui desiit, sed ostendit alium modum sacrificii functus hac in re optimi medici officio, vt abducens a rebus inutilibus, ea quæ iuuare possunt vulneribus, applicet. Postquam enim
D hæc perfecit, dicit, [Immola deo.] Et quo sacrificabo inquit? Absque sanguine. Hoc enim sacrificium deo maxime conuenit. Et ideo cum dixisse, Sacrifica deo, subiunxit, [Sacrificium laudis,] hoc est, gratarũ actionis, sacrorum hymnorum, eius quæ sit per rectè facta glorificationis. Quod autem dicit, est eiusmodi. Ita viuas vt Domi
Mat. 15. nus tuus glorificetur. Quod etiam Christus docuit, dicens. Luceat lux vestra corã hominibus, vt videant bona vestra opera, & glorificẽt patrem vestrum, qui est in cælis. Laus enim nihil est aliud quam laudatio, gloria, & celebratio. Sit ergo vita tua eiusmodi, vt tuus laudetur, ac celebretur dominus, & perfectum obtulisti sacrificiũ. Hoc sacrificium Paulus quoque requirit, dicens. Exhibete membra vestra hostiam
Ro. 12. viuentem, sanctam, Deo placẽtem. Et rursus hic ipse propheta alibi: Laudabo no-
Psal. 68 men dei mei cum cantico: magnificabo ip sum cum laudatione, & placebit deo plus quam vitulus inuenis cornua producens,
Iob. 1. & vngulas. Ita etiam sacrificauit Iob, post plagas illas, quæ naturam superabant, gratias agens, & hęc verba loquens: dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. [Et redde altissimo vota tua.] Hic dicit supplicationes, suadẽs, vt in oratione assidue perseueremus, & quæ
E si fuerimus, cum celeritate reddamus. Pulchre autem dixit, Redde. Post promissionem enim, efficitur debitum. Ita etiã Anna reddidit filium, vt debitum maximum.
Sam. 1. & 2. Tu egro, siue promittas eleemosynam, siue vitam pudicam, siue aliquid aliud tale, ad id exoluendum festina. Siquis autem exacte perpenderit etsi minime promittatur, virtus tamen ei debetur. Id autem Christus significans, dicebat, Quæ
Luc. 17. enim debuimus facere, fecimus. Atqui dixit parabolam serui, cui erat minimum imperatum ministerium, nempe, vt non accumberet, sed transiret, & ministraret. Porrò autem quidam alius quoque dicit,
Eccle. 4 Ne tardaueris reddere votum tuũ. Pollicitus es redde, ne forte mors te inuadat, & id rescindat. Et qd ad me, inquit? Vita non erat in mea potestate. Et ideo differre non oportuit, dum cogitas esse incertum exitum, & non esse in tua potestate aut viuere, aut hoc è loco excedere. Quod ergo videris pro tua defensione asserre, id plane te arguit. Neque enim mors in causa fuit quominus redderes, sed tua mora ac dilatio. [Et inuoca me in die tribulationis tuę
F & eruam te, & honorificabis me.] Vides copiosam dari mercedem. Quid ergo pót conferri cum hac benignitate, quãdo dat nobis mercedem virtutis, & mercedẽ virtutem, & mercedem longe maiorem laboribus? Eaque datur in tempore admodum opportuno. Et cur, inquit, dixit, Inuocame? Cur expectat, vt a nobis inuocetur? Volens in nobis, efficere maiorem familiaritatem, & vehementiorem quæ cũ eo in te, cedit amicitiam, dando, inuocando, & accipiendo. Virtus enim deo familiarẽ efficit. Idipsum facit remuneratio. Rursus autem vota ac preces hanc familiaritatẽ conciliant. Et ideo dicit, Da mihi, & do tibi. Quin etiam in dando vna accipis. Ipse enim his non indiger. Quamobrem si lueris moderatus, mãsuetus, & pudicus, Deo ex hoc nõ aliquid accessit, sed teipsum effecisti meliorem & clariorem, & tamen ,p his, tanquam quæ ipsum iuuarent, maximas mercedes & coronas constituit. Quin etiam ante illas coronas non parua voluptate frueris, vt & qui bonam tecũ circumferas conscientiam, & bona spe in posterũ erigaris. Dies autem afflictionis hic dicit, non calamitatum, nec fortuitorum casuũ sed quod siue peccatum bello impetat siue diabolus obsideat, malas inuehens cupiditates, magnum auxiliũ assequeris. Et eruã
G te, & honorificabis me. Hoc rursus dicit, non egens nostra gloria, quomodo enim egeret, qui est Deus gloriæ, sed vt per hymnum gratiarum actionis, fiat memoria beneficii, & sit vehementior in eam affectio, quod primo felicitatem maxima accipiamus. Neque vero, a decoro aberraueris, si dixeris eum dicere diem afflictionis, & diẽ futurum. Illa enim nunquam cessat afflictio. Atque hic quidem & mors aduenies soluit calamitates, & amici cõsolantes, & finis, qui expectatur. Sæpe etiam rerum quæ speratur mutatio, & diuturnitas temporis mollit ac mitigauit perturbationem

an-

animi, & res aduersæ propinquorum. Habere enim ærumnarum socios, & videre multa eiusmodi exempla, visum est multis esse quid magni ad consolationem. Illic autem nihil est eiusmodi, neq; enim adest aliquis, qui consoletur, sed est solitudo maxima amicorum. Non longitudo temporis mollit dolorem. Quomodo enim, Mat.25. cum flamma perpetuo impendeat? Non 1.Co.15. spes liberationis, est enim æternum supplicium, non mortis expectatio, est enim pœna æterna, & sunt etiam, quæ puniuntur corpora immortalia. Et ne hoc quidem, quod videtur multis afferre solatiũ, quòd videantur scilicet alii puniri. Primũ enim non possunt videri, qui puniuntur, cum tenebræ, quæ sunt instar sepimenti, oculis caliginem offundant, deinde magnitudo doloris ne sinit quidem admittere sensum huius consolationis. Diues ergo nihil ex ea re acceperit solatii, nec ii, qui stridentibus. [Peccatori aũt dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas?] Vidisti lyram perfectam, citharam bene compositam, diuersis modis vnum ædere concentum. Hic est enim sensus, & id apud Apostolos, & apud alios prophetas scriptum cerni potest, & Paulus etiam ita quodammodo dicit, ipse quoque ostendens nihil prodesse alios docere, nisi quis seipsum prius doceat. Quoniam enim sibi valde placebant, sicut propter sacrificia, ita etiã propterea quòd legem haberent, & dicerentur aliorum doctores, ostendens eos ex illa re non magnum fructum capere, quando ipsi manerent indocti, acrius eos insectans, dici. Ro. 2. Qui ergo alium doces, teipsum non doces? Qui prædicas non furandum, furaris? I Qui abominaris idola, sacrilegium admittis? Qui de lege gloriaris, per legis tran- 1.Co.9. sgressionem deum dehonestas? Et ideo de seipso dixit alibi. Vereor ne cum aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar, eorũ tumorem deprimens, quibus doctrina sermonis magnos faciebat spiritus, cum essent ipsi virtute defecti. Aliter quoq; hoc Ro. 2. quod nunc dicit tractat, ad iudæos se conuertens, quando dicit. Quando enim gentes, quæ natura legem non habent, quæ legis sunt natura faciunt: hi legem non habentes sibi ipsis sunt lex. Et rursus: Non enim auditores legis iusti apud Deum, sed Hier. 2. factores legis iustificabuntur. Et prophe- Hier. 8. ta, qui tenebant legem nesciebant me. Et rursus, * frustra facti sunt iũcus falsus scribis. Qua de re? Quoniam turtur, & hirundo, agri passeres cognouerunt tempora ingressus sui, populus autem meus non cognouit iudicia mea. Hic autem dicit, non solũ nihil lucrari ex eo quod docet alios, eum qui virtutem non persequitur, sed se ipsum etiam primo gradu dignitatis deicere. Si enim in externis iudiciis, qui deliquit ei indicti silentii infamia punitur: in publico doctrinæ ludo quomodo ei loqui permittetur, qui est peccato obnoxius? Maior autem est hic doctrinæ ludus illo iudicio. Illic enim qui peccant, castigari ludunt pœnas, hic autem fiunt omnia, vt non puniantur, qui peccarunt, sed peccatum pœnitentia corrigant. Iam vero in aulis quoque regiis nemo fuerit regię vocis interpres, si fuerit prauæ, & corruptæ vitæ conuictus. Quare ergo enarras iuditias meas, & alios doces, & tamen contrarium facis, vita contradicente iis quæ a te dicuntur, & auertis nonnullos eorum, qui volũt attendere? Non enim ita doces verbis, sicut rebus, & factis abducis. Quocirca Christus illum laudat doctorem, qui verbis, & factis perfectam doctrinam ostenderit. Qui e- Mat.5. nim fecerit, inquit, & docuerit, hic vocabitur magnus in regno cœlorum. Habeat ergo vita tua claram vocem eadem, quę dicis docentem, & licet os tuum obstruxeris, vel tuba clarius personabis, non solum apud præsentes, sed etiam apud eos qui procul siti sunt. Ita etiam cœlum enarrat Psal.18. gloriam dei, cum nec os habeat, nec linguam moueat, neq; spiritum ex imò profundat, sed per eorum, quæ videntur pulchritudinem deducat spectatorem admirandum opificem. Quod ergo illic est in L. cœlo pulchritudo aspectus, hoc sit in anima tua virtus. Quòd si, cum sis sordidatus, & innumerabiles habeas accusatores, & maxime tuam ipsius conscientiam, doctoris sedem coneris inuadere, qñ ad vitia reprehendenda accesseris, non alios magis quam teipsum accusabis. [Et assumis testamentum meum per os tuum?] Recte dixit per os. Est. n. cor defectum fructibus qui ex eo oriuntur, & labra incassum mouentur, & ad eius qui loquitur condemnationem. Siquis autem mentem fuerit scrutatus, magnum bellum inueniet. [Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.] Disciplinam hic dicit legis do-

* Hiclocus corruptus sic vult dicere vere mẽdacium opatus est filius mendax scribarum.

K

ætrinam, quæ animum componit, vitium expellit, & virtutem inserit. Quo ergo eã tractas, & in alios seminas, cum ipse eam factis non habeas? Proiecisti n. inquit, sermones meos retrorsum. Non solum n. ex legis doctrina nulla est tibi facta accessio, sed etiam, quòd habes a natura, mutilum
Rom. 2. mancumq; reddidisti. Eorum. n. quæ sunt
M agenda, & non agẽda, rationes nobis a natura insitæ sunt. Tu aũt eas repulisti, & nõ habuisti in memoria. [Si videbas furẽ, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuã ponebas.] Qm̃ fieri nõ potest, vt homo
Pro. 20. sit nulli omnino peccato affinis: & ideo di
1. Co. 4. xit quispiam, Quis gloriabitur mundum
Pro. 18. habere cor? aut quis audacter dicet se esse purum a peccato? & Paulus cum dixisset, Nihil mihi cõscius sum, subiunxit, sed nõ in hoc iustificatus sum, & iustus suiipsius primo loco accusator est, videlicet suorũ peccatorum. Vt nemo ergo posset dicere, si omnes sunt peccatores, peccatorem aũt iussit non narrare iustitias, quis est ergo narraturus, nequis ergo hæc diceret, genera peccatorũ enumerat per species. Est. n.
1. Re. 2. peccatum ad mortem, quemadmodũ Heli quoq; dicebat, si peccans homo peccauerit, etiam pro se orabit. Si autem domino peccauerit, quis orabit pro eo? Porrò aũt
Exo. 19. in lege etiam, alia quidem erant immedi-
21. cabilia, vt etiam morte punirentur: alia ve-
Nu. 19. ro habebant aliquod promptissimum re-
35. medium. Ita etiam Christus in nouo. Si
Leui 4. peccauerit frater tuus, inquit, argue eum
5. 6. inter te, & ipsum solum. Si autem non au-
Mat. 18. dierit, assume adhuc tecum duos, si ne hos
A quidem audiuerit, sit tibi tanquam ethni-
Ibid. cus, & publicanus. Et tũ cum alicubi dixisset Petrus, Quoties, si peccauerit in me frater meus, dimittam ipsi, audit vsq; ad septuagies septies. Hic autem post duas admonitiones, ostendit magnũ esse delictũ, nec eum cogit rursus expectare. Quid ergo? sunt hæc illis contraria? Absit. Sed illud, septuagies septies, dicit, si eum pœniteat. Quo. n. dimittet quispiam ei qui neque cõfitetur se peccasse, neq; ducitur pœnitentia? Etenim cum medicamenta petimus, vulnus etiam ostẽdimus. Quis est ergo peccator, de quo hic dicit scriptura, attente audiamus. Eum. n. describit per ea, quæ consequuntur, sic dicẽs. Si videbas furem, currebas cum eo, & cũ adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundauit malitiæ, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Vidisti vitium nõ secus, ac imaginẽ aliqua, suis coloribus descriptũ: & qũo improbus vitio belua factus est, dũ naturæ nobilitatem prodidit. Ne hanc ergo imaginem leuiter pertractemus, sed singula accurate inquiramus. Si videbas furẽ currebas cum eo. Hoc est causa omnium
B malorum, hoc est, quod virtutem maxime euertit, quod retardat, ac reprimit studiũ multorum ad ea, quæ sunt honesta: quando non solum non reprehendunt aliqui, sed etiam vna cum iis qui peccant se oblectant, eisq; gratulantur. Hoc autem non
Ro. 1. est minus quam peccare. Audi Paulum dicentem. Non solum hæc faciunt, sed etiã consentiunt facientibus. Hoc est autem nõ paruum peccatum, etiam si quis mala non faciat, vna cum malis gaudere, eisq; gratulari. Ille. n. potest dicere necessitatem, causari paupertatem, etsi non sint iusti prætextus. Tu autem curnam laudas quod factũ est, cum nec vllam quidem ex eo voluptatem percipias? Atque ille quidem fortasse ducetur pœnitentia. Tu autem has quoq; tibi fores occludis, & medicamentum tollis, & tm̃ remedium euertis, portũ vndiq; tibi obstruens reditus ad pœnitentia. Qñ ergo te viderit quispiam, cum non sis peccato affinis, & debeas reprehendere, non solum non id facere, sed etiam prætexere, & adumbrare: & non solum adumbrare, sed etiam opem ferre, & consentire: quid
C de seipso putabit, & quid de eo quod admissum est? Multi. n. homines, vt plurimũ non ex iis solum, quæ animo conceperũt, ferunt de rebus agendis sententiam, sed & ab aliorum instituto, & voluntate corrupti, & si qui peccauit quidem, viderit omnes eũ aduersantes, existimabit se aliquod magnum, & indignum scelus admisisse. Quando autem viderit non solum non indignantes, sed etiam facile, & placide ferentes, atque adeo blandientes, & applaudentes: corrupto deinceps conscientiæ iudicio, multorum sententia deprauatæ eius menti assentiente opemque ferente: quid non audebit? quando autem seipsum condemnabit, & secure peccare cessabit? Oportet itaque etiam si quis malum faciat, seipsum condemnare, per id enim eo deuenitur, vt a malo cessemus, & licet quæ bona, &

nã, & honesta sunt non faciat, ea tũ laudare. Per animi.n. promptitudinem, & alacritatem via patet ad operationem. At hic qñ iis quæ fiunt applauditur, iure eum insigniter, & vehemẽter pungit ac notat. Si.n. vel reprehensum vitium adeo viget, & laudata virtus vix suos ad sudores prouocat: quid erit, si hoc non factum fuerit? D Hoc viderit quispiam fieri, vel choro sacerdotum. Quòd si hoc, vel in discipulis graue est, multo magis in magistris. Quid facis ò homo? contra legem factũ est tẽperantiæ cõtempta est, tot peccata ab aliquo eorum qui sacris operãtur commissa sunt inferna superius confusa sunt, atq; adeo, q̃ superna sunt inferna facta sunt: & tu non perhorrescis? At propheta quidem ipsa ẽt elementa insensilia vocat ad grauissimo dolore simul defenda, ac deploranda mala, quæ cõiter fiunt. Stupuit cœlũ, & terra horruit. Et rursus. Lugebit camelus, lugebit vinum, lugebit vinea, & in animæ quidem lugent, & ingemiscunt, & vna cũ domino indignantur: tu autem qui es rationis particeps, non doles, non reprehendis, non es vehemens vltor legum Dei violatarum, sed es etiam peccatorum socius, & quæ nam tibi possit dari venia? Nunquid.n. deus opus habet vltore? nunquid iis, qui opem ferant indiget? sed vult te huius rei esse ministrum, ne in eadem incidas, dum alii succenses effectus temperatior, vt ex eo tuam in Deum pietatem ostendas. Quãdo.n. cum alius peccarit, pertercurreris, neq; reprehenderis, neq; ęgrè tuleris aium tuum negligentiorem, & ad casum proniorem efficis maxime procuras, vt in eadem sæpe incidat, illum autẽ importuna hac tua gratia non leuiter offendis, efficiens, vt in futuro sit grauior ei reddenda ratio, & ad præsentia eũ reddes segniorem. Hæc aũt nõ solum de furibus dicta sunt, sed ẽt de quouis alio peccatore. Quod est autem vltimum peccatorũ primũ posuit, vt scias q̃ qui propter hoc veniam non assequitur, multo magis in alio ea non concederetur. Audi ergo quidnam deinceps dixit. Et cum adulteris portione tuam ponebas, veniens ad id quod est maius. Illud enim hoc longe minus est. Quidem aũt hæc peccata inter se conferens, sic dixit. Non est mirum si quis furans deprehensus fuerit. Furatur.n. vt suam animã impleat esurientem, si huic ergo ignosci nõ potest, multo magis adulterio. Adulterium autem hic vocat fornicationem. Si videris ergo aliquem eorum, qui tecum cõgregãtur, fornicantem, & ad sacramenta accedentem, dic ei qui est minister distributionis eorum. Hic est indignus sacra- F
mentis, arce prophanas manus. Si.n. ne iu- 1.Co.12
stitias quidem enarrare dignus est, cõsidera quo eius procedit punitio, qñ sacram ẽt mensam ausus fuerit attingere, nõ solum autem eius, sed illius etiam qui adumbrat ac prætexit. Non dixit.n. & adulterabaris, sed, cum adulteris portionem tuã ponebas. Papæ, quãtum malum ex eo quod celentur, & obtegantur aliorum putredines, qñ dicit eum esse socium luendi pro peccato supplicii, nec hoc illo esse minus. Illeenim potest afferre animi perturbationem, licet sit prætextus cui non dari possit venia, quemadmodum, & fur famẽ. Tu autem ne hoc quidem. Quanam ergo de causa, cum non fruaris voluptate, supplicii socius, & particeps euadis? Et ideo externi quoq; iudices, non eos solum qui scelus perpetrarunt, sed seruos ẽt quos viderint sceleris fuisse conscios, puniunt, & Domini qui eos tradunt lubenter eorum sanguinem biberent, & carnibus vescerentur, nec minorem eius quod factũ est culpam in eos conferunt, quam in eam, q̃ est adulterata. Qui.n. expensa vela non contraxerunt, iis q̃ occulto fiebant dederũt maiorem facultatem. Ii, & adulteratam mu- G
lierem, & maritum cui facta est iniuria, & eum ipsum qui adulteravit, cõtumelia, & probo affecerũt. Si.n. p̃nunciassent, si id significassent, abacta, & sublata esset eis venatio, & quẽadmodũ in retia maxime immittunt, qui retia extendũt, & iis, q̃ capiẽda sunt assidẽnt, & omnẽ dolũ oĩ ex parte celãt, & nec strepitũ, nec aliquid aliud fieri pmittunt q̃d̃ posset ferè abigere. Ita hic ẽt si assederis laqueo, qui est positus à diabolo, & scias fore, vt in eum adulter incidat, neq; strepitũ ædas, nec tumultum excites, tunc eũ maxime perdis. Ne mihi.n. dixeris illud verbũ, q̃d̃ magno stupore plenũ est, Quid mihi curæ est? curo ego mea tunc.n. tua maxime curabis, qñ tua, quæ res in eos quod est vtile proximo. Et ideo 1.Co.10
dicebat Paulus, Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius. Vt inuenias, inquit, q̃d̃ tuum est, quære q̃d̃ est alterius, [Os tuum abundauit malitia, & lingua tua cõ

Hier. 4. Esa. 16. & 24.

Esa. 40. Rom. 2.

Prou. 6.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

cinnabat dolos. Sedés aduersus fratrẽ tuũ
loquebaris, & aduersus filiũ matris tuę po
H nebas scandalum.] Ne.n.diceret, Hoc fa-
cio ex humanitate, & clementia. primum
quidem quænam fuerit humanitas, eũ qui
casurus est in barathrum, non prohibere
nec retinere: iniuste voluptati gratificari,
qui mortiferum bibit venenũ contemne-
re? Verum ne hoc quidem poteris dicere.
Quòd.n.nó est hoc humanitatis, sed som-
nolẽtiæ, segnitiei, & socordiæ: hinc facile
cerni potest. Qũo eo dimisso qui facit in-
uriam, eam maledicto afficis qui nullam
fecit iniuriam? Quomodo insidiaris ei qui
nihil deliquit? Vide summum vtrinq; vi-
tium. Eum quidem qui est ebrius cupiditate,
non prohibes quominus inebrietur, vt
sit temperatus, eum autem qui nullam fe-
cit iniuriam, punis. Sedés aduersus fratrem
tuum loquebaris & aduersus filiũ matris
tuæ ponebas scandalum. Vides qũo immo
rando in narratione auget accusationem.
Eum inquit, qui matri fuit in partu causa
eorundem dolorum, qui fuit eiusdem vte
ri socius, qui domus, mensæ, & alimenti
fuit eiusdem particeps, qui ex eadem radi-
ce germinauit, qui idem habet ortus prin-
cipium, qui ab ineunte ætate tecum cre-
uit, eum maledictis insectaris, & non solũ
D insectaris, sed ét in opus deducis insidias.
Hoc. n. sibi vult illud, Ponebas scãdalum.
Si autem non est impetendus maledictis,
qui naturalium pariendi dolorum in eo-
dem fuit vtero particeps: multo magis spi-
ritalium. Nec ergo permitte, vt is cadat q
est peccaturus, nec eum qui nullam fecit
iniuriam calumniare, & conuitiis incesse.
Hoc est.n. inuidiæ, illud vero stuporis. Nõ
retinere enim eum qui est casurus, est stu-
poris, inuidiæ autem, eum qui stat deiice-
re. Vide autem quomodo non eum signifi
cet qui simpliciter, & absolute accusat, sed
eum qui cũ dolo, & dedita opera id facit.
Sedens, enim inquit, aduersus fratrẽ tuũ
Gene.4 loquebaris. Et Cain quidem vnum fratrẽ
sublatum præsenti vita expulit, hi autem
innumerabiles, per ea, quæ male dicunt,
deiiciunt, & seipsos primos. Non eum.n.
solum qui accusatur, sed alios etiã lędunt,
imò vero magis eos qui ea admittunt. Qui
enim falso male audit, non modo nulla
iniuria affectus est, sed maximam etiam
habet mercedem. Non enim qui patitur,
sed qui male agit, est dignus supplicio, ita
etiam qui dicit non qui audit modo ne il-
le præbeat iustam maledicendi occasionẽ.
Non hoc ergo contendamus, ne male au- K.
diamus, hoc enim fieri non potest: & est Luc. 6.
Christi sententia, quæ dicit, Væ vobis qñ
bene dixerint vobis omnes homines: sed
ne nos præbeamus occasiones. Qui enim
vult bene audire ab omnibus, suam ani-
mam sæpe perdit, amans humanam glo-
riam, inseruiens in iis, quæ non decet pla-
cens in iis, quæ nõ oportet, vt ab eis emat
gratiam. Rursus qui contemnit male au-
dire ab omnibus, etiam seipsum perdit.
Quemadmodum enim fieri non potest, vt
vir bonus bene audiat ab omnibus: ita fie-
ri non potest, vt nõ ab oĩbus male audiat,
qui multas multis de causis prębuit male
audiendi occasiones. Si autem dum tu ni-
hil præbes offensionis, sunt qui te maledi-
cant, tunc est tibi maior merces, sicut vsu-
ueniebat Apostolis, & præclaris illis viris.
Porro autem illud quoque sciendum est,
quòd etiam siquis male dicat in re cuius
nos non condemnat conscientia, non est
propterea contemnendus accusator pro-
pter damnum quo te afficit, sed omnia fa-
cienda sunt cum ea qua par est cautione,
vt tollas iniustam occasionem. Quocirca
Paulus etiam mittebat multos datis pecu- L
niis, qui afferrent alimenta pauperũ. Cau- 2.Co.8.
sam autem affert, dicens, Ne quis nos vitu-
peret in hac abundantia, quæ ministratur
à nobis. Neq; enim hoc despexit, & negle-
xit, quod videbat futurum, vt male offen-
derentur. Sed quoniam erat in eius pote-
state, vt solueret scandalum, eis quoque
qui offendebantur prospexit. Et rursus ali
bi dicit, Si cibus offendit fratrem meum, 1.Co.8.
non comedam carnes in æternum, ne fra-
trem meum offendam. Atqui hæc erant
indifferentia, & tamen si, inquit, offensio-
nem afferunt, non negligo salutem eorũ
qui offenduntur. Si fuerit enim damnum
maius salute, contemne eum qui offendi-
tur. Sin minus, ne contempseris. Hoc e-
nim sit generale decretum, & regula, do-
cens quando oporteat contemnere eos
qui offenduntur, & quando non quemad
modum verbi gratia, Offendebantur Iu-
dæi quòd Paulus legem non seruaret, &
propterea multa millia reclamabant, & in
fide claudicabãt. Quid ergo facit? Volens
mederi offensioni maior. n. erat salus tot
milium, & claudicationi afferre remedium.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

dium, tunc prohibuit ostendere, q̃ legem
2.Co.1. non seruaret. Quod autem maius erat, rur
M sus offendebantur, quod crucifixum prædicaret. Hic contemplit eos, qui offendebãtur, maius. n. lucrum prædicationis. Hoc etiam fecit Christus. Cum. n. cum eis de cibis dissereret, & offensi sunt eo dicente,
Mat.15. Quod intrat per os non coinquinat hominem, sed quod egreditur, dicit. Sinite eos. Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus, eradicabitur. Quando autem ab eo tributa exigebant, etsi sciebat nõ oportere ea soluere: tamen quoniam tẽpus nõdum postulabat, vt reuelaretur eius authoMat.17. ritas, dicit. Ne autem eos damus, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit tolle, & in eo inuenies staterem. Da eũ eis pro te, & pro me. Quando enim legem multa sapientia plenam eis ferebat, erãt aurem illi immedicabiles: merito eos contemplit, & legem abrogauit. Cum autem nõ possent eius dignitatis rationẽ suscipere, iure rursus se demittit, & suæ diuinitatis rationem, tributũ soluendo, adumbrat, & obtegit. Sedens aduersus
A fratrem tuum loquebaris. At id, inquit, faMat.18. ciebam, vt eum corrigerem. Non oportebat ergo clanculum calumniari, sed ita, vt iussit Christus, seorsum assumere, & corrigere. Quæ. n. publice fiunt reprehensiones sæpe etiam faciunt impudentiores, & complures quidem peccatores, donec viderint fieri posse, vt lateant, facile in animum inducunt, vt in viam redeant. Quando autẽ bona apud multos existimationem perdiderunt, incidunt nonnulli deinceps in desperationem, & labuntur in impudentiam. At aliquam tibi fecit iniuriam. Cur ergo te ipsum quoque iniuria afficis? Qui enim se vindicat, teipsum ense non petit. Si vis. n. & teipsum beneficio afficere, & illum probe vlcisci: bene dicas de eo, qui tibi fecit iniuriam: ita facies, vt multi sint eius pro te accusatores, & ipse magnã mercedem accipies. Sin autem male dicas, ne fides quidem tibi habebitur, vt qui inimicitiarum suspitione labores. Quare tuum studium tibi vertitur in cõtrarium. Tu. n. volebas bonam eius famam euertere, contra autem accidit, per laudem. n. non per accusationem hoc euenit, sed cõtra omni-
B no, & teipsum quidem maiori ignominia afficis: illum autem tua tela non tangent. Inimicitiæ enim, quæ se offerunt animis audientium, non sinunt, vt quæ dicuntur aures eorum admittant, & idipsum accidit, quod in præscriptionibus. Quando. n. quispiam in iudicium aliquid obiecerit, vniuersum interea dissoluitur: Ita hic etiã non permittit suspicio inimicitiarum, vt admittatur iudicium. Ne ergo maledixeris, ne te ipsum polluas: nec lutum contexueris cum luto, & lateribus, sed coronas ex rosis, & violis, & reliquis floribus connexueris, nec stercus ore tuleris, quemadmodum Scarabæi, id. n. faciunt, qui malo dicunt, vt qui ipsi fœtorem primi sentiãt: sed flores, sicut apes, fauosq;, vt ille, cõposueris, sisque omnibus comis, & affabilis. Omnes. n. auersantur maledicum, vt cum, qui lutum redoleat, vt hirudinem, quę sanguine, Scarabæum, qui stercore, alienis malis aluntur, os autem quod lubẽter laudat, & de aliis benedicit, tanquam membrum commune suscipiunt, tanquam fratrẽ germanum, tanquam filium, tanquam patrẽ. Et quid dico de præsentibus, & de hominum existimationibus? Considera mihi C diem illum terribilem, illud iudiciũ, quod corrumpi nõ potest, quod si falsa quidem dicas, tuis peccatis alia superflua adiicies. Dico enim vobis, quod omne verbũ otio- Mat.12. sum, quod locuti fuerint homines, dabunt pro ipso deo rationem in die iudicii. Quid si sint, inquit, veri? ne sic quidem effugies quominus condemneris vtpote, qui proximi tui calamitates, & probra traducas. Fac Luc.18. apud te cogites Pharisæum. Non erat publicanus, sed fuit publicano sceleratior, qm̃ de publicano maledixit. Publicanus non erat pharisæus, sed fuit pharisæo iustior, qm̃ seipsum miserũ esse duxit. [Hæc fecisti, & tacui, existimasti inique, quod ero tui similis. Arguam te, & statuam cõtra faciem tuam peccata tua.] Vidisti humanitatem ineffabilem, vidisti summam bonitatem. Vidisti infinitas opes patientię. Silentium enim hic dicit patientiam. Tot, inquit, & tanta ausus es, nec de te tamen sumpsi pœnas, sed passus sum, & tolerauí, dans locum pœnitentię. Tu autem ex eo non modo nihil lucrifecisti, sed in maius etiam vitium impegisti. Non solum enim non mutatus es, nec solum non es pudore suffusus, nec propterea quę a te facta sunt, teipsum condemnasti: sed me etiã D qui longa in te patientia vsus sum, qui tolerani, qui tacui, qui tot, & tanta tuli, exi-

ſtimaſti non hæc ferre propter patientiam & clementiam, ſed propterea, ꝙ nollem hæc caſtigari, & quod ea quæ a, te ſicbant non ægre ferrem. [Intelligite obſecro hęc qui obliuiſcimini deum.] Quenā? Ea quæ dicta ſunt, inquit. Quid eſt, Intelligite? Conſiderate. Quid autem dictum eſt obſcurum, & quod magna egeat perſcrutatione? Maxime quidem, & ipſe modus docendi introducit mutatam formam reipublicæ. Cum enim ſacrificiorum non magnam habeat rationem, introducit leges Euangelicas, & alioqui quoniam erāt peccatorum profundo cœno obruti, tanquā a quibuſdam vitiis voraginibus volēs eos extrahere, & veluti leman oculorum, expurgare volens viam prioris malæ conſuetudinis, eos excitat, vt eā quæ facta ſunt in memoriam reuocent, ne his obliuioni traditis abſque lucro recedant, longa enim vitiorum conſuetudo magnam affert cæcitatem animæ, & amentes efficit, & perſpicaces oculos intelligentiæ eruit. [Neqſi rapiat, & nō ſit qui eripiat.] O ineffabilē clementiā. Piæ matris hęc verba ſunt, vel illam potius pietatem bonitate longe ſuperāt. Qui enim tam graui accuſatione vſus eſt, qui tantam præ ſe tulit indignationē, ipſe eos præmunit. Qui dixit, Arguam te, & ſtatuam ante faciem tuam peccata tua, & condemnatoriam emiſit ſententiam, eā rurſus reſcindit, non tanquam reos tradēs ſupplicio, ſed tanquam qui ſuaſione, & admonitione deberent corrigi, metu coercens, & continens, & dicens, Ne forte rapiat, & non ſit, qui eripiat. [Sacrificiū laudis honorificabit me, & illic iter quo oſtendā illi ſalutare dei.] Poſtq̄ oſtendit clementiam, ſuadendo, conſulendo, minando, ac terrendo. purum afferendo ſupplicium, & introducendo conſilium, oſtendit etiam modum, per quem poſſint corrigere, quæ facta ſunt, dicens, Sacrificium laudis honorificabit me. Id eſt autem quod dicit, Nō ſolum iram meam ſedabit, nec reſcindet condemnationem, ſed me etiam honore aſſiciet. Vide præclari facti magnitudinem: quando deus per ipſum honore afficitur. Et illic iter quo oſtendam illi ſalutare meum. Vidiſti mercedem ineffabilem. Vidiſti ſummam clementiam. Dei n viam oſtenſurum pollicetur, & id quod eſt vere dei ſalutare iis, qui recte ſe gerunt. Ei ergo promittenti pareamus, & recta vita, & ſacrificio laudis, cum honoremus. Hæc n. via ducit ad ſalutem per hoc ſacrificium. Quam detur omnibus nobis aſſequi gratia, & clementia domini noſtri Ieſu Chriſti. Quoniam ei gloria, & potentia, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

D. IOAN. CHRYSOSTOMI, *epiſcopi Conſtantinopolitani, expoſitio in ſuperſcriptionem Pſalmi quinquageſimi.*

PIctores imitantur arte naturam, & colores coloribus permiſcentes, viſibiles corporum depingunt imagines, & faciunt homines, & animalia, & arbores, & reges, & ruſticos, & barbaros, & pugnas, & rixas, torrentes ſanguinum, & lāceas, & loricas, & ſcuta, & ſedem regalem, & imperatorē ſedentem, & barbarum ſubditum, & gladium acutum, & fluuios decurrētes, & cāpos variis floribus adornatos, & omnia, quæ videntur per artem imitantes, mirabilem hiſtoriam videntibus præſtant: ſic & prophetæ velut quidam pictores ſunt virtutis, ac malitiæ. Deſcribunt. n. & illi peccatorem, iuſtum, pœnitentem, ſtantem, cadentem, ſurgentem, titubātem. Et ſicut faciunt pictores, occidentes, & occiſos: ſic & prophetæ faciunt, aliquando quidem inſurgentia peccata aliquādo etiam, & alliſa: eodem modo, & dæmones impugnantes, & homines flentes, & pugnantes: ſic & diabolum inſidiantem, & victum. Cum ergo talis eſt eorum deſcriptio, vt & certius hæc eadem addiſcamus, & iſtas quidem deforis conſiderantes imagines nihil acquirimus lucri. Quid. n. mihi prodeſt regis, & conſulis imaginem intueri, cum neque rex fieri poſſum, nec quidem cupio? Quæ erit mihi vtilitas viſionis, cuius deſiderium non habeo? Quod etſi deſiderauero, punior, quid mihi proderit hominem videre locupletem, & inopē? Si enim pauper fuero, huore tabeſco. & ſi diues fuero, ſimiliter aliis in inuidiam ero. Dimitte illas imagines, & conſidera hanc hiſtoriam. Si videro conſulem, quid ad me? Quòd ſi videro peccatorem cecidiſſe, & ſurrexiſſe, erit mihi viſio ad doctrinam, ſi videro iuſtum ſtantem, viſio me ad ſolertiam, & philoſophiam deducet. Ex hac nanque viſione addiſco certamen, & erudior ad victoriam.

ctoriam. Quòd si videro iustum supplantatum, contristor quidem, sed cautior de facto inuenior. Hæc autem omnia non transitorie, neq; sine causa sunt dicta: sed quia psalmi, qui hodie lectus est, imago ad hanc nos disciplinæ doctrinam adducit. Sic enim ait propheta.

HOMILIA PRIMA
In Psalmum quinquagesimum.

MIserere mei Deus secũdũ magnã misericordiã tuã. Et secundũ multitudinẽ miserationũ tuarũ dele iniquitatem meã.] Hęc est imago, psalmũ. n. imaginem voco. Video. n. diuersas in psalmo personas, peccatorem insurgentem, & ocio deditum: pœnitentem adstantem, & concertantem, dei misericordiam desuper adducentem, & philosophiam præstantem pœnitentiam, multos lachrymarum, & confessionis fontes habentem. Istæ sunt perso
I næ imaginis. Sed priusquam ad psalmum veniam, iustum est eius superscriptionem vobis enarrare. Sicut. n. habent imagines subscriptiones deorsum fixas minii colore, in quibus scriptum est, qui rex, & quòd prælium euicerit, in psalmis verò desuper titulus fixus est, quæ causa sit, quæue doctrina, & quapropter psalmus sit dictus. Præbete itaque vestras attentius aures, nõ enim de paruo imminet narratio nobis.
1. Reg. 11. a [Psalmus Dauid cũ uenisset ad eũ Nathan propheta, qñ intrauit ad Betsabee, vxorem Vriæ.] Hæc est superscriptio. Discamus ergo quis est Nathan, discamus, & quæ sit Betsabee vxor Vriæ, & quando ad eum intrauit propheta, & quapropter psalmum istum scripserit. Non. n. omnes psalmi in Dauid scripti sunt, nec omnes ab ipso conscripti sunt: neque enim proprias tantum modo passiones edixit, sed & aliorum ceci
Ps. 136. a nit causas. Quando dicit: Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur Sion: manifestum est, quia non de ipso dicit psalmus. Nec enim perrexit in Babylonem, neque vidit Barbarã regionem, neque sedit in aliena terra, &
Ps. 21. d fleuit: sed quæ Iudæis uentura essent, narK rauit. Quando iterum dicit: Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: non vtiq; passiones suas annunciat, sed crucem domini, sacrificiũ orbis terræ, salutem generi humano prædixit. Imago. n. est psalmus, variã in se continens disciplinam, aliqñ quidem sua: aliquando autem alienas passiones enũciat, sed propria indicat, dicens qñ venit ad eũ Nathan propheta, superscriptio psalmi cõstringit nos, & non sinit longius euagari, & ad alia transferre mentem, sed statim ea demonstrans, & docens, quę textus continet psalmi. Considerate igitur diligentius, siue iusti, siue peccatores, vtriq; enim parti vtilis psalmus est: iusto quidem, ne per negligentiam, ac desidiam obtorpescat: peccatori aũt, ne semetipsum despiciat. Vtrisque enim periculosa contemptio est, cum & iustus per negligentiam cadit, & peccator cum desperauerit, perit. Vt ergo neq; iste in ruina permaneat, neque ille in lapsibus decidat, vtriq; parti est vtilis decantatio psalmi. Incipio enim dicere prophetæ peccatum grande, & pessimum, sed nemo deroget de nobis. Dei. n. misericordia hu- L
mano generi prouidentiam faciens, & bene gesta sanctorum, & peccantium negligentiam in melius commutauit: vt aliorũ vulnera aliis prouideant sanitatem, & iusti naufragium fiat peccatori stabilior portus. Quando enim iustum peccasse legero, & pœnituisse, non iam desperabo de mea salute. Et cum audio diabolum de cœlo cadentem, illius ruina mihi fit occasio resurgendi. Propter hoc enim, & gratia spiritus, non solum bene gesta sanctorum, sed & negligentias memorauit: & non autem propter illos tantum conscribi voluit, sed propter eos, qui forte simili passioni obnoxii erunt. Volo ergo ostendere hunc fortissimum virum, vulneratum, lapsum, victum, surgentem, pugnantem, vincentem, & coronatum: nec enim ostendo eum lapsum solummodo, & iacentem, sed & surgentem, vt ex vtraque parte tuum lucrum sit. Et si forte peccaueris, non desperes, sed curras illico ad surgẽdum, nec dicas apud temetipsum: Væ mihi, væ mihi, perii, mœchatus sum, fornicatus sum, homicidium perpetraui. Ne desperes. Habes enim salutem repositam, remedium delictorum. Cum ergo videro iustum talia vulnera su- M
scepisse, & saucium factum, & iterum per pœnitentiam ad sanitatem rediisse, confestim ad exomologesim curro, & audacter ad confessionem fontes lachrymarum perfundo. Vt ergo per illius cõfessio-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Expo sitio cōtex tus.

uem, tuam medius salutem cognoscas, audi quę dicam. Multi sępius uiri, & mulieres infirmitatem pessimam contraxerunt, & gemitus, & lachrymas perfuderunt, & multa medicamenta expensa sunt, & nihil prętaluit medicina, sed pulchritudo emarcuit, & corpus distabuit, anxia fit post hoc mulier, hæsitans, & dicens. Vbi uadam? Quid faciã? pecunias largita sum, medicos uocaui, medicamẽta expendi, manet infirmitas, non sanatur uulnus. In his ergo cogitationibus constituta, uenit quędam de his, quę ad uisitandum uenerat dicere. Et ego aliquando similem sustinui infirmitatẽ, sed illa, & illa posuere mihi medicamenta, & liberata sum a dolore. Hęc cum audisset infirmus, rogat sibi mulierem demonstrari, quę illi contulerit sanitatẽ: & illa dicet. Vade ad angustum locum, qui est iuxta illam, & illam domum, & ibi inuenies: hic, & nũc qm̃ moechatus es, & homicidium perpetrasti: hoc autem est pessimum uulnus, ostendam tibi qũo est ille curatus, & qualem imposuit medicinam.

A Et non dico, uade ad angustum locum, & interroga illum, & illum: non est opus, ut labores, & anxius queras, & huc illucque discurras: sed hic te stantem facio suscipere medicinam, tm̃ diligentius, quę dicuntur attende. Necesse est. n. ad cœpta uerba reducere, & rẽpus edicere qm̃ peccauerit, & quam ob causam, & personam, & pœnitentiam, & correptionem, & medicinã, ut omnia diligentius addiscentes, instructi recedatis. Ille ergo Dauid adolescens ciuitates quidem, ad turbas ausugiẽs, per eremũ vero philosophatur, nihil commune secularium habens, non negociationes, nõ fœnerationes, non aliquid difficile mundi istius, sed, & parua ætate in deserto siletii habitabat: & sicut in portu tranquillo in eremo sedens, & ouium curam habens, regnum cęleste meditabatur. Ille ergo adolescens erat valde paruulus quidem ętate, senior autem mẽte, & ętas parua nihil impediebat tantæ uirtuti. Erat cum esset adolescens aduersantes sibi fortiter superabat,

B nõ robore corporis, sed uirtute fidei. Attẽ de diligentius, quæ dicuntur. Contigit aliquando displicere deo regem iudæorum, mittit Samuelem illico deus ad huius parauli patrem. Et cũ uenisset Samuel ad Iesse patrem Dauid, adolescẽs in eremo oues pascebat. Non cessabo sæpius adolescentulum nominare, ut nullus, neq; iuuenẽ culpet, neq; senem collaudet. Non. n. canicies laudabilis, neq; iuuentus culpabilis. Multi quippe, & in iuuentute philosophiã demonstrauerunt, & in senectute lapsi sunt. Nam tres pueri in ignem sunt regis imperio missi, & quia uirtute cœlesti prædita erãt, quam sibi bene uiuendo acquisierãt, flammas in rorem cõuerterunt. Sed, & Daniel cum esset duodecim annorum, leonũ rabiem in ouium mansuetudinem commutauit, & ferociam illorum fide fregit. Neq; n. iuuenem culpes, nec collaudes senem, Non. n. in differentia ætatis virtus, ac malitia cognoscitur, sed in differentia mentis: Quòd si fueris sobrius, nihil te immaturata nocebit ætas: & si fueris negligens, senectus tibi nihil prodesse potest. Canicies autem sapientiæ non capillos eã didos requirit. Iste ergo paruulus cum esset, maturum virtutis possidebat animũ. Venit ergo sanctus Samuel ad Iesse constituere regem, non multitudine vallatus militum, nec ambitione superba aduenies: sed cornu in quo erat sanctum oleum habens in manu, & dicit ei: Misit me Deus ad te, vt ex filiis tuis constituam regem. Et ætimans ille primogenito aptam filio dignitatem adducit eum in medium. Cui dicit Samuel: Transeat, non. n. complacet deo. Venit, & secundus, nec ipse placuit, si militer, & tertius, & quartus, & quintus, & reliqui Iamq; cõplebatur numerus filiorum, & qui quærebatur, non inueniebatur. Dicit ei Samuel: Nunquid defecerunt filii? Erubuit pater. Habeo, inquit, vnum paruulum, & contemptibilem, qui pascit oues: tu autem regem requiris. O pater, paruulum, & pastorem Dauid dicis? Homo despicit, sed deus coronat. Non enim sicut videt homo, videt deus. Homo in facie, deus autem in corde. Nunquid magnitudinem corporis quærimus? Ingenuitatem animæ desideramus. Considerate diligentius. Non dixit ei deus: Vade, & vnge mihi Dauid: sed vade, & vnge mihi vnum de filiis Iesse. Et cur dubie non specialiter Dauid nominauit? Ne scilicet patereretur Dauid, quod passus est Ioseph. Sicut enim illi addiscentes futurum sibi regem inuidiati sunt, & post multas iniurias vendiderũt sic formidinis erat, ne, & isti hæc eadem perpetrarent. Vna ignorantia, cautelę esse dicit mater. Stabat igitur propheta hęsitans,

1.Reg. 16.c.d.

1.Reg. 16.c

Dan. 3. c

Ibid. d.e

C

Ibid.

D

Gen. 37 b

tatis, & quærebat vnum de filiis eius. Cui ille: Non habeo (inquit) nisi infantem parvulum pascentem oues. Vbi sunt, qui semetipsos adornant extrinsecus, & depingunt? Nolo pulchritudinem corporis, honestatem mentis requiro. Quid enim est speciosa mulier? Sepulchrum dealbatum, nisi fuerit sobria, casta, pudica. Pulchritudo autem est sine his virtutibus precipitium patens, venenum, insipientibus compositū. Decus enim corporis infirmitate marcessit, & pulchritudo ægritudine tabescit: animæ autē pulchritudo, immortalis est, & æterna, & tunc maxime ostendit proprium decus, cum cessauerint passiones: tunc enim mens tranquillitate potitur. Si ergo videris virum, aut mulierem specio
E sam, ne admireris, nam & robore arbores, cum densæ sint solis, & altitudine excelsæ, attamen non habent fructum hominibus aptum, sed porcis afferunt cibum: vinea autem per terram repens, maturum vuarum affert fructum, quid ergo vis, vineam habere, an arborem? Puto te vineā eligere magis, quæ lætitia est ad hominum vsus, quam arborem animaliuni escam. Quid ape vtilius est? Quid pauone pulchrius? Quid formica sapientius? Et apis quidem dulcedinem in se habet, & aculeum: pauo verò solummodo in pēnis est, non in fructu decorus, formica verò contemptibilis hominibus, sed magistra virtutum est. Venit ergo Dauid de pascuis, & vngitur iussioni domini, oleo benedictionis, ministerio quidem hominis, sed dei nutu, quod super posuit capiti eius cornu chrismatis omni diademate, & purpura potius, & perrexit habens regnum, non lorica indutus, non protectus clypeo, nō telis munitus, sed habens benedictionē dei omnibus potentiorem. Post hoc ergo peccatis facientibus insurrexerunt Allophyli, & vastauerunt regionem Iudæam. Et cū hæc gererentur, missus a patre perrexit ad castra. Hebræorum videre euentum rei.
F Venit ergo Dauid vbi erat, vterq; exercitus, & vidit castra Barbarorum valde munita, & arma splendentia, & de suis vulneratos plurimos, & nutu dei processit pastor ad pugnam. Et qui bello fuerant assueti, pauore tremebāt: & iste qui arboribus, & vmbra frondium delectabatur, cum vidisset alienigenam prouocantem ad singulare certamē, irruit in eum spiritus domini, & dixit ad Barbarum: Quis est iste incircumcisus, qui blasphemat castra domini? Respondit alienigena: Vade tibi super bia ista, & audacia, vt audeas congredi mecum? Et maledixit Philisteus Dauid, & dixit: Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli, & bestiis terræ. Dixit autem Dauid ad Philistęum: Tu venis ad me cū gladio, & clypeo, & hasta: ego autem venio ad te in nomine domini exercituum dei agminū Israel, quibus exprobrasti hodie, & dabit te dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum a te. Nec pertimescam corporis proceritatem, cum insipientem nouerim mentem tuam: nec pauebo magnitudinem nauis, sed contemnam, quia gubernatorem non habes intus, quippe quem sciam esse aduersarū dei. Dic mihi, quibus armis confidis ò Da G uid? Non carnalibus, inquit, sed spiritalibus: Arma.n. nostra non carnalia, sed spiritalia sunt, sed vno modo in his cum sis 2. Cor. exiguus, confidis. Confido, ait, quia magnus 10. est dominus, cōtemptibilis quidem armis ego, sed qui misit me fortis est. Ipsius.n. maiestas mare conuertit in aridam, petrā disrupit, & flumina emanauerunt. Et qui elementa mutauit, multo magis vnum superbissimū prosternere poterit. Et hęc quidem preueniens sermo narrauit, sed redeamus ad ordinem historię. Interea venit ad fratres Dauid, & dicit eis: Quid dabitur viro, qui abstulerit caput eius? De mercedibus disputat, nō ut mercedem accipiat, sed ut illos firmiores reddat. Quid ergo faciūt fratres? Iterum inuidia, iterum furor. Dicit ad eum maior frater suus: Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oues in deserto? Ego noui superbiā tuam, & nequitiam cordis tui: q autem nō possis pugnare manifestum est. O zelus, ò inuidia omni malitia cumulata. Inuidia, ignis inextinguibilis est. Et enim sicut tinea comedit uestimentū, sic & inuidia eum quidē, qui H zelatur cōsumit: eum autem, cui inuidet, Gen.37 clariorem reddit. Nam & Ioseph hoc est a cd fratribus passus. Et illi quidem, qui inuidiæ facibus urebantur, de libertate in seruitutē adducti sunt: cui autem inuisum est, rex constitutus est. Iterum æmuli, iterum fratres, nos, inquiūt, scimus superbiam, & malitiam cordis tui. Quæ.n. erat necessitas, aut quod desiderium tuum, nisi ut uideres prælium aduenisti? Sed quid iste sapientissi-

Prou.6.

rissimus iuuenis? Videndi, inquit, tanti pſi causa ad vos a patre huc missus sum. Nunquid non verbum est, de quo suscitatus sum? Et cum hæc dixisset, ad aliū transiuit locum, & similiter interrogat, dicens: Quid dabitur viro, qui hunc interfecit gigantem? Fratres zelantur, & extranei introducunt ad regem, qui sedebat mœstus, & formidine plenus. Et dicit ad eum: Non cōcidat cor cuiusquam in eo, ego seruus tuus vadā, & pugnabo aduersus Philistæū hunc. Non metuat dominus meus rex. Videte honestam, & ingenuam mentem. In die lætitiæ seruitutem cōfitetur. Quid ergo rex? Nō vales, inquit, resistere Philistęo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es: hic autem vir bellator ab adolescentia sua. Noli considerare, inquit, ò rex visibilia, sed inuisibilia: ne dixeris quia paruulus sum in ætate, sed considera, quia grandis in sensu sum. Quid ergo facto opus est? Non ei credebat rex, cogitur iam virtutes exponere suas, dixitq; Dauid ad regē. Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus, tollebatq; arietem de medio gregis, & sequebar eos, & percutiebam, eruebamq; de ore eorum, & illi cō surgebant aduersum me, & apprehendebā mentum eorū, & suffocabā, interficiebamq; eos. Erit ergo Philistæus hic incircunciſus, quasi vnus ex eis. Credidit rex signi magnitudinem, & dixit ad Dauid: Induere armatura mea, & sic egredere. Qđ cum feciſſet, iuxta morem progredi nō valebat: quia nō permittebat hoc fieri deus, sed vt nudus vinceret, & non arma Saulis virtutem victoriæ partirentur, ne diceret rex: Quoniā arma vicere mea. Proiicit arma, & induit fiduciam, Egreditur nudus, & loricatus fide. Egreditur pastor, & miles iactat lapidem, non natura corporis fixus, sed virtute fidei, ex vno rotatu fundæ in fronte percussit blasphemum. Quo corruē te cucurrit, & accepto gladio eius, amputauit caput illius, vt compleretur illud, qđ scriptum est: In operibus manuum suarū corruit impius sonitu sempiterno. Et nūc in nomine domini reportauit ex hoste victoriam, & abstulit in tempore illo opprobrium ex filiis Israel. Iterum post victoriā zelus, iterum inuidia. Per singula quippe effodio fontem inuidiæ, vt ipsa possit vena oculis apparere. Iste ergo talis, ac tātus vir ætate doctior, vsu tritior, processu tē-

1 Reg. 17. d

I

Ibid.

Ibid. c

K

Pro. 11. a

poris fit sapientior, de quo dixit deus: Inueni Dauid filium Ieſſe, virum secundum cor meum. O præclara præconia, ò laudes excelſe, ò virtutum magnitudo. Dominator ei dicit: Inueni Dauid filium Ieſſe, virum secundum cor meum. Iſte, inquā, qui bestias superauit, qui Goliath interfecit, qui leonem suffocauit, qui ursum strangulauit, qui in iuuentute senior, adolescens corpore, mente grandæuus: qui in regali culmine vitam monachi imitabatur, dicebat. n. Non margaritis ornabo lectū meū, sed lachrymis per singulas noctes lauabo stratum meum. Nunc autem homines nō solum in nocte, sed & in die dormiunt: ille autem in die procurabat palatium, & nocte deo vocabat, vt si forte aliquid contraxisset peccati, per noctes lachrymis expiaret: & tanquam in portu quieto degēs familiarius colloqueretur deo. Iſte ergo talis, ac tantus vir, spiritus gratiam habens, in iuuenili ætate senior, qui vsq; ad æthera cœli puenit, vt desuper mereretur laudari, q deuicit bella, q mille aduersum se machinas superauit, post sobrietatē, post modestiam, post castitatem cum obtinuisset regnum, & gentes subiugasset, & pax vniuersa teneret, tunc negligentior, & segnior factus est: vt addiscatis quantum bonum sit tribulatio, quæ tanquam virtutū omnium mater est. Interea dum hęc securitas esset, contigit, ut meridie deambularet in solario domus regię. Qui curioſo eminus uidit mulierem lauantem se ad uerso super solario suo. Erat autē mulier pulchra valde. Sed pulchritudo non est in culpa, quia pulchritudo dei est donum. Vidit, inquam mulierem lauantem se, vxorem militis, aperuit itaque in vano oculos, & suscepit sagittæ ictum. Audiant curioſi, qui pulchritudines considerant alienas, audiant qui ex spectaculis insaniunt theatralibus, qui ad excusandas excusationes in peccatis dicunt, Spectamus quidē, se nihil nocemur. Dauid talis, ac tantus læsus est, & tu te putas non posse lædi? Ille nocitus est, qui tantam habebat spiritus gratiam: & tibi quomodo credere potero sine vulnere euasisse? Et ille quidem non vidit meretricē, sed in solario domus suæ: tu autem in theatro vbi, & locus condemnat animam lapientis. Ibi enim non solum vides res infaustas, sed etiam audis spurciloquia, & ipso incessu meretricis, habi-

1. Reg. 13 c & Act. 13. d

Psal. 6. b

L

2. Reg. 11

M

UNIVERSIDAD DE MURCIA

habituque mollitis, vbi & auditu, & cãtu diabolico læduntur aures, & vndique per cutitur mens tua, visus de eo quod vides, auditus de eo quod audis, & reliqui lędũtur sensus, dicente propheta. Mors intrauit per fenestras nostras. Quia oculi nostri tanquam fenestræ sunt animæ. Et cum tantæ sint corruptelæ, tanta præcepitia, quomodo possum tibi credere, quòd a talibus bestiis, vulneratus non sis? Nunquid lapidens es, aut ferreus? Homo communis naturæ subditus infirmitati, igni collocaris, & non ardebis? Pone lucernam in fœnum, si poteris dicere, quoniam non exuritur fœnum. Quod ergo fœnum est, hoc & nostra natura. Vidit, inquit, eam lauantem se, & pulchram nimis, susceptí sagittæ ictum, diffusum est venenum. Misit ad eam rex, cui illa resistere non volebat. At vbi venit ad eum operatus est inquitatẽ, implenit concupiscentiam malam: iubet eam redire ad propriam domum. Hæc dico, & in medium profero vulneratum, vt omnes adstantes videatis quomodo curatur. Nam & medicus cum putrefacta vulnera secat, habet adstantes sibi, vt videant quomodo sanet ægritudines artæ, multo magis cum propheta, & rex secatur, cunctos oportet adstare, vt dideamus quomodo putredinem malam euadere possimus, & ab intolerabilib. vermibus liberari. Pessima, & iniqua impleta est concupiscentia peccatum consummatum est, & non erat qui curaret. Cócepit itaque mulier, & rex putabat virum eius posse latere. Nam etsi propheta erat, tamen concupiscentia obcæcauerat eum. Prægnans ergo facta mulier, vadit ad regem, & dicit ei: O rex, perii. Et ille ait: Quid habes? Pregnans, inquit, sum. Peccati mei pullulat fructus, accusatorem intrinsecus habeo, in vẽtre p-fero proditorem. Si venerit, & viderit vir meus, quid dicam? quid loquar? quam excusationem prætendam? Videte, & admiramini fratres, quantum mali sit delictis, & peccatis obnoxium fieri. Rex militem timet, & formidat subditum. Imperator coronam capiti gestabat, & confusionis opprobria metuebat. Nóne tu imperator? nonne gladii potestatem habes? Habeo, inquit, sed cõsciẽtiam peccati mei timeo formidinis matrem. O ignominia accusatrix. Peccatum quod putabam latere manifestum est. Timeo, formido, quoniam confudisti me, & reum fecisti. Si venerit, inquit, vir meus, quid dicã? quid loquar? Inueniet me grauidam, & occidet me, accusatore clamante. Naufragium perpetratum perspicis iam charissime, quale sit, & quantum mali peccatum. Quid ergo rex? pudoris excogitato consilio peccatis adiicit peccatum, & iniquitatem scelere vult celare oportet enim dilatare sermonem: In tempore nanq; illo Ioab dux exercitus Dauid in procinctu prælii aduersus populum Amonitarum a rege fuerat directus, cum quo etiam Vrias perrexerat. Scripsit itaque rex, vt ad se veniret Vrias, & diceret ordinationem belli, vt sub hac occasione criminis celaretur admissum. Venit Vrias de castris, & intrauit ad regem, interrogaturq; de apparatione belli. Respõdit omnia prospera, & victoriam esse paratã. Audiuit rex, qp miles vicerit, & dolet qđ ipse sit victus. Miles aduersarios subdidit, & rex a libidinis concupiscentia supatur. Miles inimicum prostrauit, & rex a peccato superatur. Miles victoriam annunciat, & rex præ confusione sua pecatum timet cõfiteri. Vicimus, inquit, & superauimus: stupebat rex, & præ cõfusione peccati, pugnæ victoriam non sentiebat, eo quòd ipse sit victus. Vide itaque clementiam dei, quomodo immutat consilia hominum, qui in malis suis celare cupiunt, quod admittunt. Dicit militi: Vade in domum tuam, & laua pedes tuos, & requiesce pauliſper, quia de via venisti. Propter quam causam ò Dauid solicitus es? dic mihi. Ille enim nesciebat ad domum suam pergere, aut lauare de itinere non consueuerat pedes? Ob hoc, inquit, plenum pietatis do consilium, si potero, quo pacto obumbrare sceleris magnitudinem, & vulneri superducere cicatricem, vt illius esse dicatur quod meum est. Sed inextinguibilis oculus non cõcessit parcens ei, qui fuerat vulneratus. Quid ergo miles ad ista? Quomodo, inquit, possum. cum arca testamenti, & vniuersus exercitus super faciem terræ maneat, vt ego ingrediar domum meã, & comedam, & bibam, & dormiam cum vxore mea? Per salutem tuam non faciam rem hanc, vt ego in deliciis, & alii in pugna. Hæc nesciens dicebat miles opprobrium afferens regi, qui voluerat eum sub dolo illicere suasu, vt posset suum obtegere vulnus. Quoniam igitur

celare

Hier. 9. f

A

B

C

D

cessare non potuit adulterium, copulat homicidium, & excogitato consilio facit epistolam, & remittit eum ad ducem exercitus, continentem hunc sensum: Pone, inquit, Vriam ex aduerso belli, vbi fortissimum prælium est. Die mihi ob quam causam? scilicet, vt interficiatur. Et signatam epistolã tradidit militi. O infœlicitas peccati, gladium aduersum se nescientes portabat, qui iniustitiam fuerat passus, & epistolam ferebat sanguine plenã, sicq; perrexit. Oportet. n. succidere ea quæ sunt peccati. Sterit igitur in pugna, occisus est, cecidit. Ecce duo peccata, homicidium, & adulterium. Homicidiũ adulterii fructus efficitur, & mala cogitatio scelcris crimen est. Hæc dico propter peccatores, qui sibi multum sunt malorum conscii, vt audientes de sua non desperent salute. Scriptum est enim: Non mœchaberis, non homicidium feceris. Duo igitur hæc prima mandata transgressus est, homicidium adulterio copulauit. Grande vulnus, pessima plaga. Qm ergò Vrias in bello occubuit, statim exulauit peccatum. Tunc iam perrexit ad eum Nathan propheta. Consummatum est peccatum, completa est iniquitas ablatus est è medio, qui iniustitiam fuerat passus. Venit igitur ad eum Nathan propheta. Prophetа ad prophetam venit. Quam ob causam venit? certe, & Dauid propheta erat. Quomodo ergo seipsum curare non potuit? Sicut enim medici quando ægrotãt, aliorum medicorum auxilio indigent, & infirmitas obliuioni dat artẽ: sic & in hoc propheta. Ille propheta, & iste: sed ille sanus, iste autẽ graui vulnere sauciatus. Dicunt ei: Adest Nathan propheta. Iubet, vt ingrediatur. Ingreditur ergo propheta, cõspicit regem sedẽtem in solio suo amictũ purpura, & caput lapide precioso ornatũ, hinc inde vallatum præsidio militum cum magna gloria exultantem. Dicit ad regẽ: Sermo mihi ad te ò rex. O sapientia medici. Intrauit portans gladium, vt secaret vulnus, sed infirmanti nõ ostendit, ne abhorreret medicinam. Abscondit de intus ferrum, non sub vestimento, sed subuelamine narrationis. Statim enim, vt introiit, non dixit, ò iniique, ò immunde, ò adulter, ò homicida: non visus est nuda coargutione, non causæ iactauit fiduciã, sed erat ferrum absconditum. Quid igitur dicit? Causam habeo. Cui ait rex. Edicito causam tuam. Duo, inquit, viri erant in ciuitate vna vnus dives, & alter pauper: dives habebat oues, & boues plurimos valde, pauper autem nihil habebat omnino, præter ouem vnam paruulam, quam emerat, & nutrierat, & quæ creuerat apud eum cũ filiis eius, simul de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens, eratq; illi sicut filia. Cum autẽ peregrinus quidam venisset ad diuitem, parcens ille sumere de ouib. & de bouibus suis, vt exhiberet conuiuiũ, pauperis ouẽ tulit, & præparauit cibum illi peregrino. Duo homines, Vriam & Dauid addisce personas. In veritate pauperculi ouẽ, mulierem dicit, hoc est, vxorem eius, q̃ adulterata est, quæ de mensa eius vescebatur, & de calice eius potabat, & in gremio eius. Considera, pauperem incentiua pietatis habere fulcimina, in diuitibus autem multam superbiam: apud pauperes vxor, & ancilla, & ministra est, & procreat filios, & ipsa mater, & nutrix est, apud diuites autem non est ita, sed cum generauerit filium, statim cum tradit foris, & pietatis insignia abscindit superbia. Erubescit fieri nutrix, quæ facta est mater. Christus autem non ita. Ipse nutritor est noster, ideo, & proprio proprias nos carne pascit, & pro patruum sanguinem nobis propinauit. Quis ergo in gremio eius cubabat. Auxit parabolam narratione pietatis. Venit ergo peregrinus homo ad regem illum. Quis itaque est peregrinus? Concupiscentia videlicet. Vt ergo illius offenderet castitatem, peregrinum concupiscẽtiam nominauit. Nunquam alienas nuptias dissipauit, neque iniquis cõspexit oculis, sed percussus in illa muliere perdidit castitatẽ, quia paululum se remissiorem reddiderat, securitate pacis. Venit peregrinus, iniqua & agrestis concupiscentia, ad illud diuitem venit & ille non accepit de gregibus, aut armentis suis, vt peregrino pararet epulas sed misit, & rapuit ouem pauperis, quæ in sinu eius cubitabat, & de mensa eius edebat. Cum hæc ergo audisset rex Dauid, iratus est valde aduersus hominem illum. Et dixit ad Nathan: Viuit dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc. Ouem reddet in quadruplum, & ipse gladio punietur. O iudicis supereffluentem iustitiam. Non enim erat illa amoris, & vmbra suspitionis, vt iuste non diceret. Iubet quidem

2. Reg. 11. c

E

Exo. 20 & Deu. 5. b

2. Reg. 12.

F

G

H

Exo. 21 & 22. dem in quadruplum secundum legem restitui. Lex. n. præcepit furantem, quadruplici restitutione vinciri, ille autem, & legem est prætergressus: iubet quippe, & ipsum interimi, & in quadruplum obnoxiũ detineri promisit, itaque sentẽtiam, & iudicium elimarum. Cum hoc audisset propheta, iactat omnem vmbram imaginis,

I & in medium profert gladium, & cum fiducia dicit. Tu es rex, qui hoc opus fecisti. O sectura, non gladio secans sensum doloris, sed in compendio accusationis. Cum enim oportuit, occultauit narrationem: cum verò tempus inuenit, statim percussit, & ascidit sine grandi plaga vulnus. Sed hoc solummodo dicens. Tu es rex. At ille velociter rediens ad conscientiam, tanquam fidelis, & idoneus seruus culpam simpliciter confitetur, & dicit. Peccaui domino. Vides, & in dolore ingenuitatem animi? Nec dixit ad eum, ò ille tu cur non consideras fragilitatem humanam? cur nõ temetipsum carnalem intelligis? aut nescis me in culmine constitutum esse regali? cur mihi audacter impegisti crimen? sed quid dicit? neccaui domino, statimque propheta: Dominus quoque trãstulit peccatum tuum, non morieris. O arguta pœnitentia, ò velociter indulgentia. Dic tu,

Esa. 43. d inquit, prior iniquitates tuas, & iustificeris. Per opera quidem exacerbasti, sed fidei confessione pœnituisti. Hæc dico, vt audiant peccatores, & qui in multis delinquunt, ne desperent medicinam domini, tantum fideliter, & non subdole pœniteant. Peccaui, inquit, domino: & ille ait:

2. Reg. 12. d k Dominus quoq; transtulit peccatum tuũ, non morieris. Tu quidem dixisti: Reum gladio interimi: ergo autem dico, Nõ morieris. Vidisti quomodo deus prophetæ causam exoluit? Dic tu, inquit, prior iniquitates tuas, vt iustificeris. Psalmus ergo Dauid, quãdo venit ad eum Nathan propheta. Hic ostenditur confessio fidelissimi famuli eius, bonitas, & indulgentia clementissimi dei: dedicimus igitur quomodo

Rom. 8. sit curatus, & qualem susceperit medicinam. Quando autem dominus iustificat, quis est qui condemnet? Non enim dixit Nathan, quia ego concedo, sed dominus, inquit, transtulit peccatum tuum. Secuit vulnus, sanies egressa est, curata est plaga. Et post hæc verba abiit propheta in domum suam. Hæc autem omnia egit Nathan, vt ostenderet huius viri benignitatem, & mentis eius correptionem: qualem acceperat indulgentiam peccatorum qualem consecutus sit veniam delictorũ, & erga dei fidelem famulum largam clementiam. Non solum autem post pœnitentiam palam edicit vulnera sua, sed & in posterum vniuersæ nationi eadem manifestat. Et psalmum scripsit, vt non remissiores post pœnitentiam efficiantur homi I nes, & vt sciant quantam fabulam concupiscentiæ habeat tragœdia. Subintrante enim pœnitentia, venit, & fiducia. Quia ego saluatus sum, inquit, quare nõ & alii me narrante soluentur? Deus mihi cõcessit, propterea scribo, vt vulnus, & medicamenta vniuersi cognoscant. Nõ timeo confusionem, quia meam salutem desidero. Sic & Paulus fecit, concessa sibi peccata publicat, dicens: Gratias ago deo, qui me confortauit in Christo, quia fidelem r. Ti. 1. me existimauit, qui prius sui blasphemus, c & persecutor, & contumeliosus, sed nunc fidelẽ me fecit. Propterea, inquit, memetipsum publico, vt siquis est blasphemus, & iniuriosus, & multis obnoxius malis non desperet salutem: tantum est, vt recedat a malis, & faciat, bona, & habebit spem salu Eze. 18. tis. Quia nolo mortem peccatoris, dicit g dominus, tãtum vt conuertatur, & viuat. Et tu ò Dauid quoniam mœchatus es, & homicidium perpetrasti, ideo pœnituisti, & remissionem a deo meruisti. Propterea temetipsum publicas, vt siquis est mœchus, & homicida, discat, quoniam si con- M uersus pœnituerit, potest ad salutem venire. Ideo vtraq; ante oculos posuit, & peccatum, & pœnitentiam, & salutem, vt eligamus salutem. Hoc est, Ergo, putas solũmodo, quòd quæritur, vt omnibus notũ faceret peccatum, & curationem suam? Non. Sed quid aliud? Ego dicam. Sicut enim audistis, quia pœnitentia multam, & magnam habet remissionem, & grande in nobis prouidet apud deum fiduciam: sic & illud necesse est vos audire, quia non solum pœnitentiam putat sibi sufficere, sed formidat, & tremit, ne in talia deinceps incidat mala. Volo ergo ostendere, quia psalmus non tantum peccatorem demonstrat, sed & pœnitentem. Et hoc charitati vestræ dico, vt nemo sibi post pœnitentiã applaudat, & quasi securus remissius viuat, sed magis cautius agat, vt salutem suam.

ſuam in portu tranquillitatis conſtituat. Volo ergo oſtendere eum, quoniã ſanatus eſt, & melior ſui factus, & potẽtior, & fortior. Sed forſitan dicis: Quomodo denuo deſiderãs inuenitur? Et iterum pugna, iterum peccatum. Sed quemadmodũ emendauerit, & deſiderium ſuũ deo obtulerit, exponam. Cõtigit quodam in tempore ab
1.Reg. 13.b A Allophylis obſideri Bethlehem, cum caſtra poſuiſſent in valle gigantum. Quod cum audiſſet Dauid, contraxit exercitum
Ibid. ſuum, & veniebat cõtra eos in diebus meſſis. Deſiderauit autem Dauid, & ait. Quis mihi daret potũ aquæ de ciſterna, quæ eſt in Bethlehem iuxta portam? Irruperũt ergo tres viri fortes de comitibus eius cõtra Philiſtæos, qui vallauerant vrbem, & hauſerunt aquam de ciſterna Bethlehem, quæ erat iuxta portam, & attulerũt ad Dauid, Et ille noluit bibere, ſed libauit eam domino, dicens: Propritius mihi ſit dominus, ne
Ibid. faciem hoc. Num ſanguinem iſtorum hominum, qui profecti ſunt, & animarũ periculum bibam? Noluit ergo bibere, iterũ pugna cogitationum, iterum diſceptatio: ſed illa quidem concupiſcentia lege prohibebatur, hæc vero in tempore æſtus ſitiẽti neceſſaria, & debita erat. Et cũ fortiſſimi viri cõciti perrexiſſent, & in periculo animarum ſuarum exhibuiſſent aquam cupitam: quo tranſeuntes aduerſariorum multitudinem? Allata ergo aqua intellexit rex quid fecerit, quia in pugna validiſſima ſitim ſuam non valuit continere. Idcoq; vicit deſiderium ſuum, quod ſciuit cum alie
B no periculo adimpletum. Allatã accipiens aquã bibere noluit, ſed ſemetipſum reprehendit, & domino eã libauit: non.n. aqua erat, ſed ſanguis. Non natura ſanguinis in cauſa erat, ſed deſiderium, & volũtas ſua. Vides iam quo caſtigatus de priori concupiſcẽtia, poſtmodum cautior eſt factus, & qui corpus adamauerat, & ruerat, aquam deſideratam, & neceſſariam, & ſitiens bibere noluit, & victor ſui factus eſt. Hæc loquor propter eos q fornicati ſunt. Cõcupiſti forſitan meretricem, & peccaſti, facere quidem non debueras. Sed ſi cupis agere pœnitẽtiam, quod maxime debes: quia
Eccl.11. & damnum ſeculi ſentis, & animæ detrimentum, ne adiicias peccatum ſuper peccatum. Et forſitan dicis: Quo me abſtinere poſſum? Dabo tibi conſilium. Vxorem habes, licita vtere voluptate. Si nõ habes, expedit nubere, q̃ fornicarai. Sed nõ poſſum, inquis, me continere. Hoc puſillanimitati eſt, & negligentiæ tuę, qui dei præcepta cõtemnere malles, q̃ facere. Quod C
si oſtendero tibi alium, nec vxorem habentem, nec fornicantem, ſed ſobrium, & pudicum: quam habebis excuſationem? Et ille quidẽ in pelago huius ſeculi nullo quaſſatur naufragio, & tu in portu cõſtitutus ad naufragium demergeris. Habes vxorẽ, fornicaris, magis autem mœcharis. Et quo modo, inquit, poſſum incentiuas vincere paſſiones? fruere vxore, quia, præcepit beatiſſimus Paulus, dicẽs: Propter fornicationem autem vnuſquiſq; vxorem ſuam habeat, & vnaquæq; virum ſuũ habeat. Mulier ſui corporis poteſtatem nõ habet, ſed vir Similiter, & vir ſui corporis poteſtatẽ non habet, ſed mulier. Si ergo allicuerit te meretricis aſpectus, & ſermo, reuolue intra temetipſum huius præcepti ſententiã, & dicito: Quoniam vir ſui corporis poteſtatem nõ habet. Verbum hoc ſcribe in facie tua, & dicito meretrici: Quid me vocas? Nõ eſt meum corpus, ſed vxoris meæ, nec audeo prodere. Alienũ dotis eius non poteris mutare, neq; facultates eius impẽdere, & quomodo audebis corpus eius fœda polluere macula? Dicito ei, debitũ hoc vxoris non tuum: dicito ei, timeo Chriſtũ quoniam membra hæc de corpore ſunt Chriſti. Audiant ergo, & mulieres, & timeant, & intelligant vbi hoc mandauerit Chriſtus, & dicant: Qm̃ mulier ſui corporis nõ habet poteſtatem, ſed maritus. Scio multas mulieres per bonam cõuerſationẽ lucraſſe viros ſuos, & caſtitatis exẽplo prouocaſſe ad pudicitiam, & prudenti cõſenſu non reliquiſſe viros ſuos. Quod ſi tu abſtines ſine illius voluntate, tribuis illi fornicandi licentiam, & peccatum illius tuæ D
imputabitur abſtinẽtiæ. Quid melius eſt, vt tu illi debitum reddas, aut illa quod tibi debet, alibi perdat? Conceſſio tua nõ eſt Ibi.6.d
inhabita, illius verò prohibita, corpus.n. vnum eſtis. Cum alieno autem ſi dormierit, perdidit membra tua. Conſiderate fratres beatiſſimi Pauli pietatem. Qui tãquã clementiſſimus medicus ingreſſus cubicu
lum, & quaſi reſidens dat ſalubre conſiliũ, Ibi.7.a
ſciens fragilitatem humanam, dicit: Nolite fraudere inuicem, niſi forte ex cõſenſu ad tẽpus. Propterea, inquit, accepiſti vxorem, & tu accepiſti maritum, vt inuicem

conſen-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

consentiaris, & pari consilio quod melius est, eligatis. Vis abstinere? Summum est, quod cogitas. Noli inuidere viro tuo, persuade illi, vt habeas duas coronas, vt non
E incontinentia, & castitas, virginum sobrietas, & luxuria habeant contentionē. Si tu abstines, ille verò inflammatur libidi-
1.Co.10. ne corporis, recordare Pauli sententiam, dicentis: Ne fornicemini. Statim turbatur, & tanq; inter duos scopulos positus naufragium sustinet nauis, cui portus clauditur.
Ibid. 7. Nolite ergo fraudare inuicē, nisi forte ex consensu ad tempus. Etenim vbi pax est, ibi omnia prosperabuntur. Vbi sobrietas lucet, ibi vnanimitatis abstinentia coronatur. Vbi autem intemperātia dominatur, ibi pugna, & contentiones non deerunt. Nolite ergo fraudare inuicem nisi ex consensu. Beatissimus Paulus tanquā bonus dispensator quippe, qui vniuersum orbē cupit despondere Christo, castitatis insigniaHeb.13. præbens, propterea non erubescit dicere honorabiles nuptias, & cubile immaculatum, quibus etiam ipse dñs interfuit,
a Io.2. a & pietatis suæ largitus est munera, aquam commutans in vinum: figuraliter ostendebat, vt intercessu virginitatis nuptiæ, quę quasi generales, & licitæ sunt, nutu dei palmam abstinentiæ mererentur. Curre ergo quantum potes, si lassaueris, ad portum re-
F uoca pedem, dicente Paulo: Et iterum iu-
1.Co.7. a idipsum reuertimini, ne tētet vos satanas propter incontinentiam vestram. Castitas enim sine comitibus suis, ieiunio videlicet & tēperantia cito lasceſſit: quod si his quasi adminiculis robora fuerit, persacile coronabitur. Tria.n. sunt hæc, virginitas, nuptiæ, fornicatio, nuptiæ medię, fornicatio deorsum, virginitas sursum. Virginitas nāque coronam habet, nuptiæ laudem mediocrem, fornicatio pœnam, atq; iudiciū. Vide ergo si abstinere vis, cum consilio facito, & sic arripe iter, considerans corpus tuum, quia summam rem desideras, tanq; bonum pædagogum adhibe tibi ieiuniū, & temperantia, & perges fiducialiter, quo desiderasti. Nam, & cum quis natare dispo-
nit, prius considerat, & deliberat, vt exupe-
rare possit natando, quod cœpit, sic & tu, bonū est, quod habes, sed si meliorem partem habere cupis, sapienter, & consulte arripe: consiliatorem habes Paulum dicen-
Ibid. tem: & qui habent vxores, sic sint tanquā non habentes: vt per abstinentiam, & bonam conuersationem in hoc seculo conscientiam puram habentes, coronari in futuro mereamur, per Christum dominum nostrum, cum quo est deo patri cum spiritu sancto, honor, gloria, & potestas per im- G
mortalia secula seculorum. Amen.

HOMILIA SECVNDA,
In psalmum quinquagesimum.

RElíquias hesternæ mensæ hodie vobis reddere volo, sed reliquias, & mē iam cum audis charissime, nihil palpabile arbitreris, aut crassum. Non enim carnem conscidimus, sed verbum Dei vestræ insinuamus menti. Ex mensa enim corporali, si vna, vel secunda die caro cocta manserit, caro deperit, & corrumpitur. In proloquenda autem sapientia aliter est. Si integrum permanserit annum, suauitatem suam longe lateq; diffundit. Remansit caro, & post paululum perputrescit. Remansit sapientia, & suauior redditur. Comedit quis carnem, sentiet corruptelam. Comedit sapientiam, eructat verbum bonum, & proximum suum replet dulcedi- Ps.44. a
ne. Ideo propheta, quia tales escas edebat, fiducialiter dicebat: Eructauit cor meum verbum bonum. Commouentur iterum vndæ, sed mens constantior fit. Agitantur corpora, sed auris dura, & intrepida fit. H
Et cum omni intentione audiamus, quæ dicuntur. Vidistis hesterna die charissimi prophetam loquentem, & Dauid regem cadentem, surgentem, vincentem, coronatum, & publicatum. Vidistis peccatum insurrexisse, & per imprudentiam corruisse: & tanquam fera quædam peccatum insiliens, & allidens, sed ingressa pœnitentia releuans, & exaltans medēdo vulneri spe salutis. Vidistis prophetam arguentem. Vidistis, & regem philosophice portantem. Vidistis secantem medicum, saniem vulneris defluentem. Vidistis pœnitentem, & mortuum viuificantem. Audistis dicentem regem, peccaui domino, & prophetam respondentem: Dominus transtulit 2.Reg.
peccatum tuum. Velox cōfessio, velocior 12.c
medicina. Facto peccauit, verbo pœnituit. Annuit deus, correctio facta est, vulnus apparuit, & sanitas redit, sed non fuit his propheta contentus. Nam post correptionem, post pœnitentiam, post emendatio-

neu,

nem, post peccatorum ablutionem psalmum hunc conscripsit, ita vt etiam posterę generationi fiat illius passio medicina, & illius naufragium sit aliis portus, & qui bus ille vulneratus est, & emendauit, aliis
I in iisdem incidentibus ipsa possint vti medicina, & emendatione sanari. Sed nunc videamus quid dicit psalmus, & cum syncero affectu audiamus [Miserere mei deus secundū magnam misericordiam tuā. Et secundum multitudinē miserationū tuarum, dele iniquitatem meam.] Quid amplius quæris? O Dauid perseuera gratias agens, indesinēter glorifica, quia ablatum est peccatū tuum. Sed volo, inquit, & cicatricem extenuare. Ablatum est vulnus, volo, & pulchritudinem recipere. Ideo dicit: [Miserere mei deus.] Ad misericordiam, inquit, confugio ad cōem peccātium portum: nec.n. confido operibus meis, siquid forte boni feci: miserere mei deus, quia misericordia tua inestimabilis est, omnem excedens sermonem, interpretari nequiens, peccatorum consolatio, iustorum cautela. Non enim solummodo peccatores saluantur, sed & iusti misericordia circūdantur. Audi denique quid Petro dixerit Christus, columnæ, & fundamento fidei, qui ob robur confessionis vocatus est Petrus, dicente domino: Tu es Petrus, & super
Mat. 16. c hanc petram ædificabo ecclesiam meam.
Et iterum: Simon, inquit, quoties voluit
Luc. 22. c satanas cribrare vos sicut triticum, & ego rogaui p te, ne deficeret fides tua. Vides,
K quoniam, & iusti misericordia indigent, vt ex peccatoribus iusti fiant, & iustificati iusti maneant. Nam, & beatus Paulus per
1. Ti. 1. c misericordiam talis est factus. Gratias, inquit, ago qui me confortauit Christo, quis fidelem me habuit, constituens in ministerio, qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus. Quomodo ergo saluatus es ò beatissime Paule? Sed propter hoc, inquit, misericordiam consecutus
Ibid. sum. Vides & iustum per misericordiam saluatum? Prius quippe ecclesiam domini persequebatur, & Christianos in carcerē detrudebat, & tanquam singularis fera vineam domini deuastabat prophetas legerat, & prophetarum ignorabat. Paterna lege doctus, datorem legis nesciebat. Quomodo ergo misericordiam cōsecutus est?
Act. 9. a Mic. 6. Saule Saule, quid me persequeris? O ineffabilis misericordia dei quousque descendit. Quid me persequeris? Patrem, inquit, suum imitatur. Nam, & ille populo Hebræorum dicebat: Populе meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui, aut in quo contristaui te? responde mihi. Et filius eius L
Saulo dicit: Saule Saule, quid me persequeris? Quid ergo ille? Quis es domine? Illico dominationem confitetur? Vidisti animæ generositatem, vidisti humilitatem famuli dicentis. Quis es domine? Ego sum, inquit, Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. O ineffabilis sapientia domini. Quare non dixit: Ego sum filius dei, Ego sum in principio verbum, Ego sum, qui in dextera patris sedeo, Ego sum, qui in forma dei consisto, Ego sum, qui cœlum extendi, Ego sum, qui terram super aquas fundaui, Ego sum, qui mare diffudi, Ego sum, qui vbique præsens sum, & omnia repleo, Ego sum, qui semper sum, & natus sum? Quare non dixit magna illa, & admirāda præconia? Sed quid ait illa benigna pietas, & ineffabilis clementia? Ego sum Iesus Nazarenus, de inferiori loco, de parua ciuitacula. Cur autem semetipsum de humiliori nominauit loco? Nesciebat enim eum persecutor. Si enim scisset, non vtique persequeretur. Ignorabat quoniā de spiritu sancto natus est. Nam quòd de Nazareth erat non ignorabat. Si ergo dixisset ei, quoniam filius dei sum ego, & in principio verbum, qui cœlum feci, & astra ornaui, haberet dicere: Alter est ille, & alter is, M
quem ego persequor. Intellexistis charissimi, quæ diximus. Si dixisset illi magna illa, & excelsa mysteria, habuit dicere: Non est iste, qui crucifixus est. Et ideo dixit, vt sciret, quia ipse esset quem persequebatur, qui carnem induit, qui figuram serui suscepit, qui cum eodem conuersatus est, & passus est, qui mortuus, & sepultus. De inferiori loco semetipsum nominat, dicens: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris, quem nosti, quem scis, qui tecum est conuersatus. Propterea statim dominū est confessus, quia de cœlis vocantem audiuit. Tantum quippe descendit dominus, quantum seruus ascendere poterat. Propter hoc, & misericordiā consecutus sum, inquit. Ideo & Dauid: Miserere mei deus secundum magnam misericordia tuam. Et secundum multitudinem miserationū tuarum dele iniquitatem meam. Nam, & Chananæa illa ad istum confugit portum: Mise-

Mat. 15 Miserere, ait, mei, filia mea male a dæmonio vexatur. Vbi misericordia flagitatur interrogatio cessat. Vbi misericordia postulatur, iudicium non sequit. Vbi misericordia petitur, pœnæ locus non est. Vbi misericordia, quæstio nulla. Vbi misericordia, condonata responsio est. Miserere mihi, so lummodo volo. vt quid a me expetis quæstionem? Dixi semel, q̃ misericordiá inæstimabilem quæro. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuã. Dixisti magnam, edicito quantam. Quanta sit, nescio, q̃ grandis est noui. Quantum autem, non valeo apprehẽdere, nescio magnitudinis quantitatem, non comprehenditur verbo. Video nanq; fructum misericordiæ grandem. Nisi enim in immensum extenderetur, admodum pauci saluarẽtur. Hanc misericordiá filius eius ostendit. Veniens. n. misericordia sua saluauit cũctos. Miserere mei deus. O portus omni tempestate carens, ò portus omni tranquillitate plenus. Grande barathrum peccatorum meorum, sed multa dũi mei humanitatis, cautela: factus est homo, ecce misericordia magna. In vtero virginali cõceptus est, q̃d eras tu, vt tu quod nõ eras, esse posses. Hoc misericordię ineffabilis magnitudo. Dum esset paruulus, ab extremis finibus vocauit Magos, post illos publicanũ, post hunc meretricem, post illam latronem, post illũ vocauit blasphemum. O noua vocationis principia. Dominabantur dæmones malè orbis gubernabantur negocia, prævaluerunt peccata, impietas omnes possidebat, alii dæmonibus libabãt, alii creaturas pro deo venerabantur, alii immunditię, & omni spurcitiæ seruiebant, & ipsi, qui legem acceperant, per prævaricationẽ legis deũ contemnebant. O grandis misericordia domini. Cum omnis mundus conclusus in peccatis esset, venit creator vniuersitatis, & principia peccantium euacuauit, vt nullius postmodum desperaret de sua salute. Si impius es, cogita publicanum si immundus es, attende meretricem: si homicida es, peripice latronem: si iniquus es, cogita blasphemum. Considera Paulum apostolum, prius persecutorem, postea annunciatorem: prius persuasorem, postea dispensatorem: ante hoc zizania, post hoc frumentum: antea lupum, postea pastorem: antea plumbum, postmodum aurum: antea piratam, postea gubernatorem: antea dispersorem ouium, postea dispensatorem Ecclesiæ: primo euellentem vineam, postea plantantem: prius dissipantem, & postea ædificantem. Vidisti mulierem modam malitiam: sed perspice ineffabilem misericordiam. Vidisti superbiam seruuli: considera benuolentiam domini. Nolo mihi dicas, blasphemus sum: nolo dicas persecutor sum, immundus sum. Habes omnium ostensiones, in quem volueris portum confugito. Vis in nouum? vis in veterem? In veteri Dauid, in nouo Paulus. Nolo excusationes mihi afferas, nolo mihi ignauiam tuam prætendas. Peccasti, pœnitere. Millies peccasti, millies pœnitere. Hæc assiduè infundo medicamenta, & tumorẽ intercipio. Noui enim multum conscientiæ cruciatum, scio quanta est desperatio. Stat diabolus gladiũ acuẽs, & dicens in hæc verba: Omnem iuuentutem tuã confudisti, omnem vitam tuã perdidisti. Ante eras in theatro cum amicis, in circo cum sodalibus, in lupanari cũ meretricibus. Deinde rapuisti, auaritię studuisti, periurasti, blasphemasti, quæ iam tibi salutis spes est? Peristi, peristi. fruere ergo iam, vel præsentis vitæ voluptatibus, duco in lętitia cor tuum. Hæc diaboli verba sunt, ista inimici consilia: sed mea contraria sunt verba. Si lapsus es, poteris surgere: peristi, sed poteris saluari: fornicatus es, sed poteris cõtinere: mœchatus es, sed poteris liberari: ad spectacula properabas, sed poteris reuocare pedem: cum malis hominibus versabaris, poteris recedere, & cum bonis esse: in vtraque parte liberum habes arbitrium, tantum vel parua incipiat esse conuersio, paululũ pœnitere. Fũdant oculi lachrymam, redi ad cõscientiam tuam, considera temetipsum, propone ante oculos iudicii diem, & paradisi delicias, quę præparantur sanctis. Occidisti, sed pœnitere: mœchatus es, sed confitere: cecidisti, sed resurgere: vulneratus es, adhibe tibi curam, dum viuis, dum spiras etiam in ipso lecto positus, etiam, si dici potest, exanimans, vt iam de hoc mundo exeas, de hac compede libereris. Pœnitere, non impedit tempus temporis angustia misericordia dei. Quo inquit, & qualiter? vlceribus plenus sum, vulneribus refertus. Mille criminibus obnoxius, non possum in nouissimo pœnitere die. Potes, & valde potes charissime in exitu tuo cogita deum, in testamento relin-

Matt. 2. Ibidẽ. 9. Luc. 7. Ibi. 23. Acto. 9.

Rom. 2.

Astutia diaboli.

E relinque pauperibus. Tu illic vadis, & opera tua manét. Nolo mihi dicas: Vnde nosse potero, si qualemcunq; veniam habeo? Vbi misericordia dei imploratur, quæstio non expetitur. Quando ille curat, nolo diffidas, tantum nos, vel paululum conuertamur. Stat medicus fecãs, & innumeras adhibens curationes, & nõ interrogas, quomodo curaris, sed concedis artifici seruo concedis, & deo misericordiæ non concedis? Noli dicere quomodo, sed magis admirare, & glorifica. Nã & ergo te interrogabo, quomodo latro saluatus est? quippe qui omnem vitã suam cruentam habuit, homicidiis, persecutionibus, direptionibus. Mille obrutus malis, & non pœnituit, dũ adhuc esset in terra: ab hominibus quidem pro scelere suo condemnatur: a deo autẽ per bonam cõfessionem coronatur. Vnius diei vitæ spatium non erat. Dominus in cruce clauis affixus pendebat, iamiamque moriturus non desperauit salutem suam, & certe socio eius renitẽte. Sed hic cõfessus est dominum pœnitens facti sui, & paradisi ianuã meruit aperire. O latronis admirãda fides, & in cruce positus vim facit,
F & intrauit regna cœlorum. Sed quẽadmodum, inquit, saluatus est, discere cupio. Au-
Luc. 23. di verba latronis: Meméto, inquit, mei domine, cum veneris in regnum tuum. Et tãtum præualuit sermo, præualuit cõfessio, adiuuante misericordia dei. Et quia ex animo pœnituit, & confessus, est deum esse Christum, & paradisi meruit esse colonus. Si me interrogas quomodo? nescio qũo, nec a me expetas qualitatem. Saluari solummodo cupio, non requiro curationis vmbram: liberari cupio de ægritudine, nõ interrogo medicinæ rationem. Si potes dicere quomodo deus est, nosse poteris, & quẽadmodum misereatur. Interrogabo te & ego, dicito mihi: Quomodo adulteri? quomodo molles? Quomodo masculorũ concubitores? quomodo fures claustra caueris habitantes? Mille accusationes, inimici amarissimi, potestas iudiciaria imminens, parati carnifices, & ad nutum regis dimittuntur. Rex homo est mei similis, & meus conseruus. Quid enim, si purpura circundatur? Sed nihil mea substantia amplius habet. Vna natura, par conditio. Sic ingredimur mundum, pariter egredimur è mundo. Ipso spiritu sustentamur, & ad
G nutum eius, & paruis apicibus puniendi soluuntur. Si hoc facit homo moriturus, quanto magis deus angelorũ, & archangelorum dñs? Si solummodo inuenerit, saluari num poterit? Et rex quidem si dimiserit è carcere, pœnam dabit, non peccata. Deus autẽ peccata dimittit. Si dixerit adultero: Iam nolo vt adulter sis, verba statim vertuntur in opera. Si dixerit fornicatori: Fornicari cessa ab immundicia tua, illico mens eius in melius mutatur. Et vt scias, quia ita est, dixit: Fiat cœlum, & factum est cœlum. Præcepit fieri terram, & verbũ Gen. 1. eius in opere cessit. Volo fieri luminaria, statim facta sunt, & astris completum est cœlum. Sol & luna præcepto eius cõsummant cursum suum. Volo fieri angelos, & in puncto horæ tanta milia facta sunt. Et qui ex nihilo hæc omnia fecit, si vult sermone suo tuo peccata non valet soluere, & post pœnitentiã in angelicũ constituere gradum? Quid. n. est peccatum ad dñi misericordiam? Tela araneæ, quæ vento flante nusquam cõparet. Si deus voluerit nul- H lus impediet. Hæc dico, non vt negligentiores, vos faciam charissimi, sed vt ad fidẽ vos saluaris expectationis adducã. Nunquam desperetis de vobis, sed de dei misericordia confidite. Desperate potius de illo, qui de se desperauerit, qui reuocare pedem non vult, qui dei præcepta contẽnit, & despicit, & non se cogitat esse morituru. Considera nunc ergo charissime prophetam iustum post gratiam spiritus sancti, & post tantã ad deum fiduciã, post multitudinem virtutũ, post tantos triumphos publicantem semetipsum, & dicentẽ. [Miserere mei Deus secũdũ magnã misericordiã tuã.] In immẽsum misericordiæ pelagus memetipsum extendi ad dñi miam. Quid amplius quæris? O Dauid audi pro- 2. Reg. phetam Nathan dicentem: Dominus di- 12. d misit peccatum tuum. Non quæro solum peccata dimitti mihi, sed & decorẽ meum pristinũ quæro. [Et secundũ multitudinẽ miserationũ tuarũ dele iniquitatẽ meã.] Vide quid quẽrat. Dele, inquit, & amplius I laua me. Plus aliquid quẽro, maiorem honorẽ, maiorẽ gloriã. [Amplius laua me ab iniqtate mea, & a delicto meo mũda me.] Quid ergo dignum fecisti, vt hoc tibi fiat? Attende diligentius verba, & temetipsum appendæ misericordiæ dei. Inæstimabilis est, sine fine est, quę comprehendi non potest, superans omnem sensum, omnem co-

gni.io-

gitationem. Sed quia talis est misericordia domini tamen non, vt homines misericordiam cõsecuti remissiores fierent, quærit quiddam a nobis deus. Miseretur quidem, sed non possi miseretur. Prouocat nos & dixit: Da & tu aliquid, vt puta mille scelera perpetrasti, habes onera delictorũ, volo alleuiare põdus tuum, da & tu manum tuam. Non quia ego tui ego, sed quia volo, & te aliquid cõferre ad tuam vtilitatẽ. Quomodo ergo latro saluatus est, & tãta soluit peccata? Scito eum misericordia ꝓuocatum, sed fide sua tanquam adminiculo vsum, in eo quòd dixit: Memento mei domine, dum veneris in regnum tuum. Quid contulit deus saluti ipsius? Remissionem videlicet peccatorum. Quid vero intulit latro? Iudicium salutis suæ, confessionis fidem. Qualem? Grãdem, excelsam nimis cœlum tangentem. Quomodo? Ego dicam Iudæi viderunt mortuos suscitatos, leprosos mundatos, dæmones fugatos, matre infrænatum, piscem staterem portantẽ stellam rutilantem, magos concurrentes, Herodem turbatum. Hæc omnia videntes, crucifixerunt Christum. Latro uero nihil horum uidens, sed considerabat sputis repletum, crucifixum, aceto potatũ, & felle. Et cum hæc omnia uideret, non est scãdalizatus, sed regem cœlorum cõfessus est. Vides quoniam non sine causa misericordiam consecutus est, quia & ipse fidem intulit ad salutem suam, nec non & publicanus aliena iniuste auferens, quomodo saluatus est. Transiens nanque Christus, dicit ad eum: Veni sequere me. Qui statim exurgens, secutus est eum. Et sicut latro confessionem intulit, sic publicanus obedientiam suam, & meruit in apostolatus ordinem collocare. Sicut enim cum quidã graui ægritudine vexatur, & multis modi indiget medicaminibus, & attenuatus est sumptibus si introierit medicus, & dixerit ad eum, qui ægrotat: plures species ad confectionem medicaminis necessariæ sunt respondeat vero ægrotus: non habeo vnde tantas species emam, paupertate detineor, dicat ad eum medicus: illam & illam da mihi speciem tantum, cætera de meo præstabo sic & deus dixit: Da mihi confessionem tuam, & lachrymas pœnitentiæ, cætera autem pro misericordi mea, & humanitate tibi præstabo. Ideo que rogat Dauid, vt multum ab iniquitate sua lauetur. Quid ergo pro hoc munere intulit? Dixit: Miserere mei deus, & vsquequaque laua me ab iniquitate mea, & a delicto meo mũda me. Quid obtulit? [Quoniã,] inquit [iniquitatem meam ego agnosco.] Vicissitudo est. Deus dat, vt saluificetur reus, dedit dñs misericordiam suam, dedit, & qui peccauerat cõfessionem peccatorum suorum. Parum quidẽ sed quod habuit. Quid dabis ò Dauid, vt saluari possis, vti misceatur medicamentum? Qm̃, inquit, iniquitatem meam ego agnosco. Et esse potest homo, qui non agnoscat peccatum suum? Quanti sunt peccatores, & securi degũt: quanti rapiunt, & nõ uolunt intelligere, qm̃ inique agunt: quanti deuastãt uiduas, & diripiunt pupillorum facultates: quanti circunueniunt aliena matrimonia, quãti tribulant orphanos, & agnoscere nolunt M
superuenturam sibi calamitatem. Insuper fiducialiter, quæ mala sunt agunt, & nec ingemiscunt, nec lachrymam proferunt, neq; confitentur. Qũo ergo possunt hi tales saluari, & nescientes, nec agnoscẽtes sacinora sua, nec dei iudicium præ oculis habentes? Vidisti regem exomologesim facientem & dicentem: quoniam iniquitatem meã ego agnosco, & peccatum meũ corã me est semper. O ingenuitas animæ, ò mentis integritas. Non est oblitus peccati sui, & iniquitatis, quanuis concessum sibi fuerit: ille tamen in conscientia sua, tan quam in imagine, adulterium, & homicidium depictum habebat. Et per singulos dies videbat putredinem, & ideo dicebat. Et peccatum meum coram me est semper. Ego illud video, tu ne id consideres. Ego illud scribo, tu quasi dominus dele. Vide enim quid sit. Si tu memor sis, deus non erit memor: si tu oblitus eius fueris, deus eius memorabitur. Ego sum, inquit, dominus, q deleo iniquitates tuas. Tu vero me Esa.43.d
mor eorũ esto. vt quid ergo vis, vt memor sim? Vt gratior, inqt, fit misericordia mea, vt sentias quid tibi concesserim. Si. n. semper memor fueris cumuli peccatorũ tuorum, eris memor, & magnitudinis beneficẽtiæ dei. Cõcessit tibi, sed tu ne obliuiscaris, & non erit memor, tu aũt semp recor A
dares. Tales erant sancti, virtutes suas nõ meminerint, sed peccatorum suorum memoriam reuocabant. Non sicut nunc homines; peccata sua obliuiscuntur, & celare cupiunt. Si quippiam autem boni fece-

Lu.23.c

Luc.7.

L

rint, in medium proferunt, & omnib. pro
bare, festinant. Fecisti aliquid boni, cela il-
Matt.6. lud, vt dominus tuus videat, & ipse laudet.
Quod si iactâter aliquid boni, feceris, glo-
riam ab hominibus recepisti. Fecisti malũ,
memor esto, vt dominus tuus illud obliui-
scatur. Concede domino tuo si dixeris: mi
nor alti ea: dominus tuus si dixerit, augebit
ea. Quomodo ergo dicam, cũ dederis ino-
pi rogatus, quid dicis? Vidi pauperem esu
Mat.25. rientem, & paui eum. Et ipse deus dicit:
c Esurientem vidisti me, & pauisti. Permitte
illi, qui potens est dicere granditer, conce-
de illi dicere, & exaltare. Peccata autẽ tua
dicito, vt deleas illa. Si confunderis alicui
dicere, quia peccasti, dicito ea quotidie in
anima tua. Non dico, vt confitearis con-
seruo tuo, vt exprobret. Dicito deo, q cu-
rat ea. Hæc enim si non dixeris, ignorat ea
B deus? Nunquid a te vult ea agnoscere? Cũ
faciebas ea, præsto erat: cũ admitteres, no-
uerat. Peccare nõ erubuisti, & cõfiteri eru
bescis? Dicito in hac vita, vt in illa requiẽ
habeas: dicito ingemiscens, & lachrymãs.
In codice scripta sunt peccata tua. Spon-
gia peccatorũ tuorũ lachrymæ tuæ sunt,
grandis earum virtus. Dicam tibi quid va-
leant lachrymę, attende diligentius. Quid
martyribus maius, qui animam suam po-
nunt pro amico suo? Grandis gloria mar-
Ioã. 15. tyrum. Martyres effundunt sanguinem;
peccatores effundũt lachrymas. Meretrix
illa nõ fudit sanguinem, sed fontes lachry
Luc.7.f marũ profundit, & deleuit peccata sua. Et
g quid dicam de meretrice, & immunda mu
liere? Columna ecclesiæ, & fundamentum
fidei princeps apostolorum Petrus ad an-
cillæ vilissimæ mulierculæ, interrogatio-
Mat.26 nem tertio negat dominum: nunquid san
g guinem fudit nonne amare fudit lachry-
mas, & abstersit peccatum suũ, & recepit
pristinam dignitatem? Ecce habes codicẽ,
vbi scribas quotidianũ expensum. Habeo
codicẽ conscientiam tuam, & scribe quo-
tiadiana peccata. Quod accubueris super
stratum tuum, & neminem infestum pate-
Psal.4.a ris, antequã veniat tibi somnus, profer in
C medium codicem conscientiam tuam, &
reminiscere peccata tua, siquid in verbo,
seu in facto, vel in cogitatione peccasti.
Hoc. n. dicit propheta. Irascimini, & noli-
te peccare, quæ dicitis in cordibus vestris,
& id cubilibus vestris compungimini. Per
diem non habuisti tempus, sed obseruasti
iudici tuo, & iniunctum negocium, & cõ-
fabulario amicorum, & domestica necessi
tas, & filiorũ cura, & vxoris solicitudo, &
militiæ timor, & cęterarũ mille te rerum
circundederunt causę. Qñ in lectulũ tuum
veneris, vt sopori membra cõcedas ad trã-
quillum portum, nemo tibi molestus est,
nemo pulsat, dicito in corde tuo, & in ani
ma tua: Expendimus diem, ò anima, quid
boni fecimus, aut qd mali operati sumus?
Et si quid boni fecisti, gratias age deo: si-
quid mali, de cætero ne facias. Et remini-
scens peccatorũ tuorũ effunde lachrymas
& poteris in lectulo tuo positus ea delere.
Roga deum tuum, & sic permitte animam
tuam soporari. Confessus peccata tua, faci
to tibimetipsi rationem, & ora misericor- D
diam dei, & inuenies requiem. Quid gra-
ue, aut quid molestum positum in lecto,
quotidiana deflere peccata? Cũ reputare
tibi cœperis, tanquam in equleo suspen-
de cogitationes tua, & vngula timoris dei
radito eas. Propone tibi timoré gehennę,
superducito ei facturæ actum non haben-
tem dolorem. Iudicium facito tibimetipsi
terribile, leuiorem præpara cõfessionẽ co
gitatuum tuorũ, vt non in futuro die igna
uior sis ad perserutanda peccata. [Qm̃ ini-
quitatem meam ego agnosco, & peccatũ
meum corã me est semper. Tibi soli pecca-
ui, & malũ corã te feci.] Quid est qd dicit?
Nõ timebam eum, qui iniustitiam passus
est miles erat mens, iudicare me non po-
terat: sed solicitus sum pp te, ne tu a me
exigas pœnas. [Vt iustificeris in sermoni-
bus tuis, & vincas cum iudicaris.] Quid est
qđ dicit: Peccaui tibi fiat iudicium, & iudi
ces, qui vincis, qũo? Quia videt deũ sine in
termissione volũtate semper iudicare cũ
hominibus. Propheta dicit: audite nanq;
cõ valles, fundamenta terræ. Quoniam iu Mic.6.a
dicium est deo ad populum suum. Et ite- E
rum alibi: Populo meus quid feci tibi, aut Ididem.
quid cõtristaui te? Responde mihi. Et ite- Esai.1.a
rum alibi: Audi cęlum, & auribus percipe
terra, qm̃ dominus locutus est: Filios ge-
nui, & exultaui, ipsi autem me spreuerunt
Et vbique vide deum iudicare cum homi-
nibus. Dicit ei: Apud te victoria est, vt iu-
stificeris in sermonibus tuis, hominẽ agri-
colam regem fecisti, prophetam constitui-
sti victoriam mihi in pugna dedisti, gigan-
tem superare fecisti, non virtute corporis
sed virtute fidei. Purpura induisti, diuitias
mihi

mihi dedisti plurimas. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris. Si dixeris peccata mea, & nõ dixero ea ego, cõ demnabor: ꝓpterea misericordia opus habeo. [Etenim incerta, & occulta sapientiæ tuę manifestasti mihi.] Quia dixit regnũ, dicit & prophetiã. Sic me honorasti, vt & filiũ tuũ reuelares mihi, & notũ mihi faceres. Didici, qm̃ filiũ hẽs: etsi in throno tuo sit, didici qm̃ futurus est homo. Annunciaui vniuersõ mundo gaudia aduẽtus eus. Et quia pati haberet pro salute generis humani, & quia crucifigendus esset, & sepeliẽdus, resurrecturus a mortuis sine corruptione, & quia ascensurus in cœlos. Dixi descensionẽ eius, dixi resurrectionẽ eius, dixi ascensionem eius, dixi sedem eius in dextera patris, dixi vocationem gentium, dixi congregationem ecclesiæ, dixi expulsionem Iudæorum, dixi apostolorum electionem. Incerta, & occulta sapientię tuæ manifestasti mihi. Sic me honorasti, sic me dilexisti, & magna mysteria manifestasti mihi. Et vbi hæc manifestauit? Audi hunc ipsum prophetam, quomodo descensionẽ eius de cœlo dicit: Descendit sicut pluuia in vellus, quoniam aduenit filius dei, non cum fulgure, aut tonitruo, neq; cum strepitu, neq; cum exercitu angelorum, neq; nuda deitate. Si. n. sicut venisset, vniuersa interisset creatura, ꝙ non montes, nec colles portarẽt. Quippe qui respicit super terram, & facit eam tremere, qui tangit montes, & fumigant: nam si nudam substantiã ostendisset, sol vtique extingueretur, luna non appareret, mare excicaretur. Propterea silentio, & tacite veniens, nemine sciẽte, neq; ipso diabolo: sed venit silentio in vterum virginalem. O noua res, & ineffabilis, & miranda rerum mysteria: lapides consumuntur, & matet nil lædituꝛ, montes tabescunt, & virginis vterus deum intrinsecus gestat. Quid dicã, aut qd loquar, quo digno sermone pronunciem? O amentia hæreticorum, dicite mihi, qũo ancilla deũ portabat, quomodo creatura creatorem? Qui interrogas quæ sursum sunt, dicito quæ deorsum sunt. Qui vbique erat: quomodo in matris vtero erat, & in throno maiestatis suæ sedebat? Si me interrogas, nescio, fide credo, non cõprehendo cogitatione. Et quia silentio erat vẽturus, nõ terrens, nõ conturbans? Descẽdit, inquit, sicut pluuia in vellus. In terrã enim descendens pluuia sonum reddet, super lanã autem, & in vellus descendens, nullum sõnitum dabit. Mollicies lanę soluit sonum pluuiæ descendentis: & vt dicas quoniam silentio venit, non terrens, nõ conturbãs, non perdens, non exterminans. Descẽdes, inquit, sicut pluuia in vellus. Dixisti descẽsionem silẽtio factam, dicito & proditionẽ eius. Qui edebat, inquit, panes meos, multiplicauit aduersum me supplantationem. Dicito, & pugnam Iudæorum: Impugnabant me gratis. Dic & consilia eorum mala aduersus Christum: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? adstiterunt reges terræ, & principes cõuenerunt in vnum, aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Dic & crucem eius: Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Dic & cibum, & potum: Et dederunt in escam meã fel, & in siti mea potauerũt me aceto. Dic & insultationes Iudæorũ: Sperauit in dño eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eum. Dic, & sepulturã eius: Posuerũt me in loco inferiori. Dic & resurrectionẽ eius. Qm̃ non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionẽ. Dic & ascensionem eius: Ascendit deus in iubilo, & dominus in voce tubæ. Dic & thronum eius: Dixit dominus domino meo, sede a dextis meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedũ tuorum. Dic & gloriã ecclesię eius: Adstitit regina a dextris tuis, in vestitu deaurato, circumamicta varietate. Dic & thronũ virginum: Adducentur regi virgines post eam. Dic & electionem apostolorum: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii. Dic & baptismum: Super aquã refectionis eduxit me, Dic & mysteria: Paraſti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Dic & vnctionem: Impinguasti in oleo caput meum, & poculum tuum inebrians quàm præclarum est Dic & petitionem gẽtiũ Pm: ete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Ecce. n. incerta, & occulta sapientię tuæ manifestasti mihi. [Et iniquitates meas dele.] Quid ò propheta, qd desiderasꝛ Soluta sunt peccata tua, interempta est pœna tua. Non, inquit, sufficio his, auarus sum, ad petendam misericordiam dei. Noui dominum meum esse clementẽ, propheta erã prius, volo & nunc esse propheta, & illam habere fiduciam, illam san-

Psal.71.

Ps. 103.

F

G

Ibidem
Psal.40.
Ibi. 119. b
H
Ibid.2.a
Ps.21.d
Ibi.68.c
Ib.21.b
Ib.87.b
Ibi.15.e
Ibi.46.a
Ps. 109. a
Ibi.44.c
Ibid. d
Ibidem
I
Ps.22.a
Ibid. b
Ibidem
Ibi.2.b

UNIVERSIDAD DE MURCIA

& spiritus gratiam auolauit quippe a me, sicut columba, fœtorem peccatorum meorum sentiens, volo prisinã recuperare gratiam. [Auerte faciẽ tuã a peccatis meis, & oẽs iniquitates meas dele.] Dicito manifestè, qd velis. [Cor mũdũ crea in me deus.] O ingenuitas prophetæ, ò desiderium ad deum, vt loquaris mihi iterũ quæro, vt & ego tibi loquar. Amicitiam illam, & familiare colloquium quæro. Quid enim? Quia liberatus a pœna sum, securus esse nõ possum. Mihi maior pœna est fraudari colloquio tuo, quanuis enim subsistiam tuam videre nõ possim, inuisibilis nanq; est, præ desiderio tuo, opera tua vidi, & exulto. Nõ vidi te, sed vidi cœlos, & exultaui, & dixi:
Pſ. 18.a Cœli enarrant gloriam dei. Conspexi terPſ. 23.a rã, & dixi: Domini est terra, & plenitudo
Ib.73.c eius. Vidi mare, & dixi: Tu confirmasti in
Ibidem virtute tua mare. Vidi diem, & noctem, &
Ib. 94.a clamaui: Tuus est dies, & tua est nox, solẽ & lunam tu fecisti. Vidi mõtes, & dixi. Et altitudines montium ipsius sunt. Sicut qui amat, etiamsi nõ videat, quem amat, tamẽ etsi calceamentum eius videat, videre videtur quẽ desiderat, sic & ego circumeo vniuersam creaturam, tãquam catulus sitiẽs, vt per odorem suauitatis tandem aliquando domini sui præsentiam mereatur videPſ. 41.a re, & dico: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad deũ fontem viuum. quãdo veniã, & appareho ante faciem dei? Rex, inquit, es, purpura indutus es, diademate ornatus. Non quæro, inquit, ista, decorem meum quæro, & splẽdorem spiritus. Contemno vmbram, pertranseo cœnosa quæque, folia sunt ista, &
L nox, & somnium, & fœnum, & tanquã tela araneæ. Gloriam meam quæro, nõ possum facere creaturationem, non suffero dilationem, qui fiduciam perdidi circundatus peccato. Cor mundum crea in me. Et non solum hoc quæro, sed inhabitantem in eo. [Et spiritũ rectũ innoua in visceribus meis.] Bene dixit, Innoua. De nouo nanq; fabricata est domus, q̃ inueterauerat peccatũ, rogo vt innouet gratia. Et pro hoc munere, qd mihi dabis ò Dauid? [Docẽ] inquit, [iniquos vias tuas, & impii ad te cõuertentur.] Si accepero spiritũ dispuPſ. 46.a tabor orbi terrarũ, & dicã. Oẽs gentes plaudite manib. iubilate deo in voce exultationis. Quoniam dñs excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. Si accepero spiritum, dicam: Dixit dñs domino meo, Pſ. 109.
sedo a dextris meis, donec ponã inimicos a
tuos scabellum pedum tuorum. Doceam iniquos vias tuas, & impii ad te cõuertentur. Et Iudaicæ ceremoniæ vbi erunt? Nõ immolo tibi oues, & nõ offero vitulos, & arietes: scio quia his nõ delectaris, sed quæ
M filii tui sunt. Vis conuersionem gentium, abolitionem peccatorum. Qm̃ si voluisses, sacrificium dedissem, vtiq; holocaustis nõ delectaberis. Quia ergo nolo ista, quid mihi dabis? Habeo & aliud sacrificium, quo delectaris. [Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatũ deus non spernit.] Imò sacrificium maximum humilitas est. Solue peccatũ meũ, da mihi spiritum sanctum. Hoc sacrificium humilitatis multo melius est quàm Iudæorum. Nam & tres pueri illi ætate iuuenes, senibus prudentiores pauci, sed superãtes multos: captiui, sed fortiores rege, q̃ amiserũt quidem patriam, & non perdiderunt fidẽ: nudi, sed vestiti: pauperes, sed abundãtes: serui, sed liberos præcellẽtes, qui flammas ardentes conuerterunt in rorem, qui elementa maxima demutarunt, qui ignis obtuderunt virtutẽ, quos alligauit tyrãnus, & soluit ignis, lamentabant, & dicebant.
Da.3.c Peccauimus, iniustè egimus, iniquitatem fecimus, & non est princeps, neq; prophe-
ta, neq; locus primitiarum ad sacrificandum, vt inuenire possimus misericordiã, sed in anima contribulata, & spiritu humilitatis fiat sacrificium nostrum. Et hoc non
A sua scelera deflebant, quę necdum admiserant: sed quasi boni aduocati pura cõscientia pro populo, qui in captiuitate constitutus erat, rogabant deum. Cor igitur contritum, & humiliatum deus non spernit, hic solicitus intendite, pro salute enim vestra, sunt quę dicunt. Omnes quippe vos doctores fieri volo, omnes peritos, omnes monachos: non vt coniuges nõ habeatis, sed vt cæteras virtutes possideatis, q̃ vos deo commendare possunt, Monachus. n. non solum propterea dicitur, quia vxorẽ non hẽt, sed qa religioni dei, & seruitio ipsius mancipatus est: & cura illi est, quemadmodum deo, non seculo placeat, & qui magis castitatem, quæ deo chara est, & spiritus sancti habitatio. Volo ergo vos in religione dei seruire. Quid ergo est, quod quærimus? Orauit confessus est, rogauit, obsecratus est, deprecatus est, lachrymas fudit,

fudit, cor mundum petiit, fidem dedit. Quærendum si quod quæsiuit, inuenit. Multam in vobis cerno alacritatem, multum gaudiū: delectatur: nanq; gubernator cum viderit prosperiores flare ventos. Vndarum quidem eleuationem non video, sed video multitudinem commouentium se, & non recedentem, & aures patulas, & attentos oculos vestros constringi, quidē corporaliter, sed mente stabili dilatare sensum ad audiendū verbū dei. Nam quod quæritur, hoc est: Orauit, rogauit, obsecratus est, deprecatus est, deposuit pœnam, liberatus est a peccato. Quid ergo quæritur, si ad priorem reuertitur fiduciā, si spiritus meruit gratiā, si quod petiit, accepit? [Cor mundū crea in me deus, & spiritum rectū innoua in visceribus meis.] Videte charissimi quantum potuit pnīa, vt priorem redderet dignitati, qua pollebat ante quam caderet. Attendite, quæ dicuntur de confessione, de repetitione spiritus, de prophetali gratia, quinquagesimū scripsit psalmum. Post hunc vero, & sexagesimū, & septuagesimum, & octuagesimum, & nonagesimum. Ne ergo quidā dicerent. Quid.n. si scripsit psalmos, sed non spiritu sancto, nō.n. recepit spiritum sanctum, interrogemus eos quo descripserit. Humana, inquiunt, sapientia, deseruerat.n. eum spiritus sanctus. Peccatum quidem ei concessum est, sed spiritus redditus non est. Ipse quidē petiit, sed vbi acceperit nō inuenimus, & vbi illi responsum hoc dederit deus, Ecce reddidi tibi, quod amiseras. Attēdite diligēter, scripsit quinquagesimum psalmum, deinde sexagesimum, & cēteros p ordinem. Scripsit autem, & alterum psalmum, qui est post centesimumnonum: Dixit dñs dño meo, sede a dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Hunc psalmum post passionem domini competit aptari, cum cōsummatis omnibus ascendit ad patrem. Quinquagesimus vero est, in quo se dicit recepisse spiritum sanctum. Ille autem centesimusnonus, in quo dicit: Dixit dñs domino meo, sede a dextris meis: quærendum est, sicut cœperam dicere, si post peccatum, & pœnitētiam receperis, spiritum sanctum. Vbi ergo ostenditur, q̄ receperit? Audi q̄ omnia operatus est Christus. Mare infrenauit, leprosos mundauit, dæmones effugauit malitiam exterminauit, paralyticum solidauit, vox desuper intonuit: Hic est filius meus dilectus, in quo cōplacui. Ioannes Baptista testimonium perhibet: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Res ipsæ clamabant. Spiritus venit super eum in specie columbæ. Iam ergo incipiebat ascendere crucē, vocauit iudæos oēs, & dicit eis: Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Ante hoc vos non interrogauī, quia necdum vobis probamenta deitatis meæ ostenderam. Q̄ autem elementa deitatem meam ostenderunt, & pater desuper intonuit, & dixit me charissimum esse suum filium: postq̄ doctrinam meam omnibus manifestaui, & viam veritatis ostendi signis, & prodigiis, & virtutibus: nunc vobis dico, quando ne vmbram quidem contradictionis habetis. Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt illi ingrati, & vecordes: Dauid filius est. Negantes. s. deitatem eius, & nolentes dicere eo, q̄ dei filius esset. Dicit ad eos dñs: Et quomodo Dauid in spiritu sancto dominum eum vocat, dicens: Dixit dominus dño meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Videtis ergo charissimi solutam esse quæstionem, quam non per sapientiā mundanam, neque per seculi prudentiam locutus Dauid, sed per spiritum sanctum futura p̄dixit, ipso dño testimonium perhibente, quòd receperit post pœnitentia spiritum sanctum. Inter quinquagesimum .n. psalmum, & centesimumnonum grande interuallum est, & temporis, & ordinis. Si autem spiritum sanctum recepit, imò quia recepit, solutum est peccatum, susceptа est pœnitentia, restituta est gratia. [Cor mundum crea in me deus, & spiritū rectum innoua in viscеribus meis.] Vides q̄ iterum ad suā rediit dignitatem? Iterum propheta munitus gratia, iterū de Christo annunciat, & dispensationis eius prædicit mysteria. Videtis charissimi quanta est pœnitentiæ virtus, & cōuersionis ad deum ab operibus malis? Hic enim sanctus Dauid non solum cum in corpore esset, placuit deo, sed & post mortem suam, vius inuenitur p̄stitisse grande solatium. Contigit nanq; Ezechiæ regi inimicas in temporib. iudæorum gentes circumuallasse Hierosolymam, & cum esset Ezechias iustus, vir, rogauit deum: & prostratus lachrymis deprecabatur, vltionem de aduersa-

tiis postulans. Venit ad eum Esaias ꝓpheta, & dicit: Ne putaret ille, qꝫ iustitia sua exauditus est, & certe iã defecerat Dauid & habebat multos annos requiescés. Quid ergo dicit ei? Protegam hanc ciuitatẽ propter me, & propter Dauid seruũ meũ, Dauid mortuos est, & merita eius vigent. O rem admirandam ò ineffabilis clementia dei, homo mortuus viuo patrocinatur. O iustorum, & post consummationem inexpugnabilis pugna virorum, pro his omnibus gratias agamus deo, & tale nos exhibeamus in hac vita, quo possimus inuenire requiem sempiternam cum sanctis, per Christum dñm nostrum, cum quo est deo patri, vna cum sancto spiritu, honor, gloria, imperium, & potestas, per immortalia secula seculorum, Amen.

F

Esa.37.g Clarè vides sanctos i patria patrocinari viuis.

DE EO QVOD SCRIPTVM *Est in Psal. lxviij. Exaudi me domine, quoniam suauis est misericordia tua. Homilia.*

QVi orationibus insistere, sp voluntatẽ dei implere, ꝓmissa eius sustinere norũt, ita ipsi soliciti viuũ, vt ẽt a leuibus peccatis abstineãt, nec exaltare vocẽ suam in risu possint, intẽdentes illo testimonio, vbi dictum est. Stultus in risu exaltat vocẽ suam, sapiens aũt vix tacitè ridebit. Obseruant ponẽtes custodiã ori suo, scientes: qa in multiloquio nõ effugietur peccatũ. Et qa ẽt de ocioso sermone reddituri, sunt rationem, isti ergo sano oculo cordis vidẽtes ambulant, ne offendant: ꝓficiscuntur: vt ꝓficiãt: tolerant, vt ꝓueniant: ꝓuemũt, vt gaudeant. Hæc spes ꝓducit eos vsq; ad rẽ. Nã iste, q sic clamat, vt modo cãtauim⁹: Exaudi me dñe, qa suauis est misericordia tua, scdm multitudinem misericordiæ tuę respice sup me: satis de deo ꝓsumebat, sperabat, credebat, rogabat, impetrabat. Non dixit, Exaudi me, qa talia sũt merita mea: nec dixit, quia ꝓcesserunt bona facti mea, exaudi: sed vide quid ait. Tanta suauitate repletur, delectatus odore illo suauitatis: qa Christi bonus odor in illo iam erat, in spiritu vaticinationis clamabat, dicens: Exaudi me domine, quia suauis est misericordia tua. Non audeo iactare merita mea, sed non taceo gratiam tuam. Ergo suauitas, quæ est in deo nostro, dulcis est, sapore sancto redleta est, nutrit, fouet, defendit, & fortificat, cõsolationem prẽstat, benignitatem nõ negat, tolerantem facit, iustum, sustinẽtem, humilem, benignum, largum, sobrium, castum, charitate plenũ, hospitalitate prædituꝫ, prudentia ornatum, temperantia clarum, fortitudine firmum, iustitia liberatum. Gaudeant, quia ista pulchritudine tantarum virtutum vestiti sunt. Ista ergo suauis misericordia perducit vsque ad prẽsentiã dei. Nec ita vnusquisq; sibi blandiatur de misericordia dei, vt cogitet, quia non erit iudicium. Erit & iudicium nã quid clamabat in psalmo ore propheticosanctus Dauid: Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine? Hic misericordia, ibi iudicium iudicis. Ne cum non hic placuerit deo misericordiæ, in iudicio inueniant dei veritatem. Ergo primo mores purgandi sunt, vita corrigẽda, mala consuetudo mutanda, vetusta institutio dimittenda, & ita dici potest: Exaudi me domine, quia suauis est misericordia tua secũdum multitudinem misericordiæ tuæ. Quia vero multa mala, sunt generis humani, & multa misericordia est dei nostri. Si enim misericors non fuisset, cum die peccatores occideret: sed quia benignitas dei, vnumquemque ad pœnitentiam vocat: duri & insulsi secundum duritiam cordis sui, thesaurizant sibi iram in die iræ, secundum reuelationem iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua. Ergo iste deus multum misericors, qui non in finem irascitur, neque in æternum indignatur: ideo dicit ei, Secundum multitudinem misericordię tuæ. Non pro facinore meo, non pro vita mea, sed propter, multitudinem misericordiæ tuæ respice in me. Quando respicit deus, fugiunt peccata, extinguuntur delectationes, liquefiunt omnia mala, collecta desiderio, tantum vt respiciat claritas, & statim fugit peccatorum obscuritas. Ergo dicamus, & nos correcta vita, elicata conscientia. Exaudi me domine, quia suauis est misericordia tua. Si tamen non redarguat cõscientia, quoniam scriptum est: Beati mundo corde, quia ipsi deum videbunt.

G

Eccl.21.c Pro.10.c Mat.12.c 2.Co.2.

H

Psl.100.

I

Ro.2.

Mat.5.

DE

K DE EO QVOD SCRIPTVM EST *in psl xxj. Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut guttæ distillantes super terram. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec extollatur luna Homilia.*

DOminus virtutũ, & plenitudo glorię, magna, & mira faciens, ineffabilia demonstrans credẽtibus, cõsiderantibus opa eius stupor mentis accidit eis, formido, & pauor cordis, Nã modo quos versiculos cãtamus, audite: Descẽdet sicut pluuia in vellus, & sicut guttæ distillãtes sup terrã. Orietur in diebus eius iustitia, & abundãtia pacis, donec extollatur luna. Pluuia in vellus ostẽditur prædicatio Christi in synagoga
Lu. 4.d. & Io. 7. b lata. Nã qñ tulit librũ corã oĩbus sacerdotibus, obstupescentes dixerunt. Hic qũo legit, cũ literas nesciat? Ergo sedebat, & docebat in templo populum dei, ideo pluuia
Esa. 45. b in vellus, quia prædixit. Esaias dicens: Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, & terra germinet saluatorẽ. Nam quid significabat tpibus illis Hierobaal, qui alio
L Iud. 6. noie dictus est Gedeon, qñ signum petiit a deo, & ait: Hoc vellus descendente pluuia ipsum solum madidetur, & tota area licca sit. Quid significabat pluuia, nisi prędicationem legis? Nam vellus illud sacrificia Iudæorum in quibus sacrificiis iusserat sibi pecora offerri. In isto ergo vellere descendit pluuia, qa sola fuit Iudæa legis cultura. Aliam petitionem postulauit, vt vellus siccum esset, & area pluuia infunderentur: in qua pluuia demonstrauit nobis transferri sacrificia a synagoga, & totam aream mundi impleri prædicatione Christi. Illis enim repudiatis, nobis aduenit misericordia in aduentu saluatoris. Descendit ergo pluuia in vellus, Christus in synagogam, legem confirmans, & adimplens, non soluens. Sed quia solummodo filium hominis putauerunt, ideo dominum glorię crucifixerunt. Subsequitur ergo versiculus, dicens: Et sicut guttæ distillantes super terram. Guttæ istæ virtutes sunt, quibus idẽ dominus noster Iesus Christus dignatus est terram veniens implere. Gutta fuit, qñ leprosum mundauit, puerum Centurionis a mortis periculo sanauit, paralyticũ
M curauit, cæcum illuminauit, mortuos suscitauit, & cętera miracula, quæ legis in euangelio faciente domino. Istæ ergo guttæ distillauerunt in terram, id est miracula in carne humana aduenientia. Orta est ergo in diebus eius iustitia. Qualis est ista iustitia, nisi stater ille inuentus in interioribus piscis a Petro de mari leuatus? De quo stateret dixit Petro: Da filiis regni huius pro me, & te. Ergo ista iustitia qualis Mat. 17.
est, nisi vt dominus carne induta, & hominem oculis humanis demonstraret, & diuinitatem occultaret? quanta iustitia, vt traderet se pro omnibus hominibus, & ꝑ ecclesia vbique diffusa? Quanta iustitia, nisi vt omnia toleraret iniusta ex improbitate Iudæorum, & suam iustitiam demonstraret ferocitati eorum? Hæc iustitia monstrata est omnibus hominibus, vt qui vidisset mulierem ad concupiscendum eam, Mat. 5
iam mœcharetur eam in corde suo. Nulli d
malum pro malo reddere, cum omnibus 1. The.
hominibus pacem habere, pro inimicis o- 5.c
rare. Ecce orta est in diebus eius iustitia. Quæ iustitia pietati coniuncta, tolerantiæ conglutinata, appenditur ibi vita æterna, & fit iustitia; vt in quacunq; mẽsura mẽsi fuerimus, in eadem remetiatur nobis. Hęc Mat. 7.
est iustitia, vt ante tribunal Christi stemus A
& reddamus rationẽ, quę per corpus gessimus, siue bonum, siue malum. Hęc est iu- 2. Co. 5.
stitia de qua dicebat Apostolus: De cętero b
superest mihi corona iustitiæ, quam red- 2. Ti. 4.
det mihi dominus iustus iudex in illa die, b
non tantum mihi, sed & omnibus qui diligunt manifestationem eius. Ecce orietur in diebus eius iustitia, subsequitur: Et abundantia pacis, donec extollatur luna. Psal. 71.
Quantam enim abundãtiam pacis nunc videmus, vt caro, quæ concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, Gal. 5. c
subiugati sunt affectus carnales spiritui, sit abundantia pacis donec tollatur luna. Habemus aliam pacem abundantem in nobis charitatem, quam hæreditariam donauit nobis, dicens: Pacem meam do vobis, Io. 14. d
pacẽ meã relinquo vobis. Hæc est abundãtia pacis. Sed quandiu? donec tollatur luna. Quid est, Donec tollatur luna? Donec finiatur omnis prædicatio ecclesiæ, & colligantur omnia: plicetur cœlum hoc, vt li- Esa. 65.
ber, & terra ista transeat, vt sit cœlum no- Apo. 21
uum, & terra noua. Luna enim dicta est
ecclesia, quę crescit in sanctis, decrescit in B
peccatoribus, dicente propheta: Vi sagit- Ps. 10. a
tent in obscura luna rectos corde. Quæ est

obscura

obscura luna, nisi persecutionem passa ecclesia, quãdo despicit eam sol, & caret claritate tẽpore persecutionis, hoc est, donec tollatur luna? Sẽtiamus ergo tam occultũ secretum apertum nobis a deo, & factum manifestum. Quia quæ fuerunt in lege antevelata, facta sunt in euangelio reuelata. Aperta est ergo ianua scientiæ cordis. Quærite eũ, reddite ei, q̃ vouistis, & distinxerunt labia vera in regula illa symboli, in qua professi estis. Quis descendit ꝓ nobis? quis tanta passus est? Vnde vẽturus est iudicare viuos, & mortuos? De cœlo veniet ex gremio patris. Quos inuenerit fortes, & stabiles in fide, dabit eis coronã iustitiæ, q̃a orietur in diebus eius iustitia, & ac
Ps.71.b cipiẽt abundantiam pacis: in illa regione, vbi nulla nominatur inimicitia, ibi iam luna non erit: quia ecclesia tota nõ de malis, & bonis plena erit, sed tm̃ de bonis. Cõcedat ipse, vt ibi boni serui, pii fideles, humiles, mãsueti, in spiritu, & veritate susciplantini, in dexterа sequestrati a sinistra,
℣ vt pastorem bonum agnoscentes, qui ani-
Io.10.d mam suam posuit pro ouibus suis, in perpetuo cum eo regnetis. Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM *Est in lxxxiiij. Psalmo. Non in æternum irascaris nobis, &c. Homilia.*

Pro.18. OMnis, qui se agnoscit, sui accusator est. Nam iustus, & iustificatus, qui in primordio sermonis sui accusator existit, cum venerit aduersarius nõ confundetur. Omnis qui sua in isto seculo dolendo peccata accusat, & fuerit a se accusatus, a deo erit excusatus. Sed illa est fructuosa accusatio, si subsecuta fuerit correctio. Cæterum quotidie se accusare, & nõ corrigere, deũ tentare est. Melius ergo eligo, vt primo sit correctio, & postea accusatio, quam pcedat accusatio, & non subsequatur correctio. Quid ergo scriptũ est, ne repetas sermonẽ in oratione? Magna vis, magna ob-
Eccl.7.b scuritas. Quid est, q̃d dixit, Ne repetas sermonẽ in oratione? Quis.n. non repetat? An forte illud intelligendum est de eo, q̃d dicis deo, Peccaui? Non repetas factum, q̃a
D cum repetis. i. ad peccatum redieris, oratio nem repetis. Ergo eligendum est a sapientibus peccatum agnoscere, & dolere semp

ptерita vetusta, male cõmissa, male cogitata, pessime delectata: inordinate dicta debent quotidie in mẽte manere, & semper homo debet ista dolere, vt cum venerint nouæ suggestiones, ibi repellatur inimicus, dicens: Adhuc doleo peccatum vetustum, q̃o admitto peccatum nouũ? Quid ergo dicebat iste ꝓpheta: Nõ in æternum irascaris nobis, vel extendas irã tuã a generatione in generationẽ? Quid est hoc, q̃d dicebat. nõ in æternũ irascaris nobis? quasi diceret: Hic nobis irascere, hic nos affligе, hic nos emenda, in isto seculo flagella. Quia quem diligis, flagellas, & emendas. Heb.18
Flagellas aũt oẽm filium, quem recipis. Hic b
ergo in isto seculo, quia flagellum meum finitur, & correptio mea inuenitur. In tuo ergo flagello correctio mea inueniatur hic, & noli in æternum. Si in æternum me flagellaueris, pœna perpetua mihi erit. Ergo ne in ꝑternum irascaris nobis, q̃a vita hic tenetur, aut admittitur. Dignare ergo hic quicqd vis, qualiter vis, q̃n vis, fac
E in me q̃d vis, tm̃ vt ibi me recipias, vbi oẽs recipis quibus ignouisti, qui a te nõ recesserunt, qui per pœnitentiam ad te transierunt. Ergo ne in æternum irascaris nobis: non tantum nobis, sed & posteris nostris a generatione in generationem. Quia scriptum est: Rependam peccata patrum in Exo.20
filios in secundam, & tertiam generatio- a
nem, in iis, qui non cognouerunt me. Gratias tibi deus, quia addidisti, in iis, qui te non cognouerunt. Cæterũ si taceres, omnes condemnares. Demõstratti ergo, quia pater si fuerit contemptor tuus, & filius talis fuerit ꝙuè tibi non obediẽs, & nepos secutus fuerit vias aui, & patris sui: prone pos si ita attẽderit, quod anterior generatio eius: quia ergo non te cognouerunt, repẽdes eis in secãm, tertiam, & quartã progeniem. Nam quid dixit propheta alio lo- Hie.31
co: Quid est, q̃ inter vos vertitis parabolã c
istam, dicentes: Patres comederunt mala acida, & dentes filiorum obstupescunt? vl terius non erit hoc. Nonne anima patris, & filii mea est? Nec pater pro filio, nec filius pro patre. Vnusquisq, ꝓ facinore suo iudicabitur, pro peccato suo punietur, ꝓ malis suis in pœnã æternam mittetur. Nõ ergo dicat, quia post pœnam accipiet qua F
lemcunq; indulgentiam in æternum. Anima ergo, q̃ peccat, morietur. Põdus pctorũ Eze.18.
suorum vnusquisque in se portat, ꝓ suo a

peccato

peccato indicabitur. Nam si sit bonæ vitæ pater, & filius malæ, non liberat patet filium: æquè si sit filius sanctus, & pater iniquus, non liberat filius patrem. Quia ergo
Roma. 14. & 2. Co. 5. b
stituri sumus ante tribunal Christi, & reddituri rationem, quæ per corpus gessimus siue bonum, siue malum nullus erit excusatus, nullus accusatus. Sed ecce homo, & opera eius, qui reddet vnicuique secundum opera eius, siue bonum, siue malum.
Ps. 142. a
Hic ergo clamemus cum propheta vt modo cantauimus: Non in æternum irascaris nobis, vel extendas iram tuam a progenie in progeniem: quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuês. Quia vero dei omnipotentis est hic velle omnibus misereri, si rei non festinent indulgentiam recusare nô corrigendo, sibi vilescendo, in peius proficiendo. Et iam fratres quandiu pigri, quandiu tepidi, quandiu remissi, quandiu desides, quandiu negligentes, quandiu vilescitis vobis, quandiu desperatio vos possidet? Iam surgite, qui aliquando male sedistis: manducate panem doloris, agite pœnitentiam, & nolite sub spe misericordiæ in peccatis permanere, Nec differatis conuerti ad deum de die in diem. Subito veniet ira eius, & non tardabit, & in tempore vindictæ disperdet te. Nec dicas peccaui, & quid accidit mihi? Ecce ipse sum qui fui, & in nullo minoratus sum. Omnem substantiam meam habeo, vxorem, filios, familiam, pecora, omniaque mea in integro mecum consistunt non tantum sicut fuerunt sed etiam augmentata sunt. Et ignoras qui tecum talia cogitas, quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem cordis tui, & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicii dei, & qui reddet vnicuique secundum opera sua. Clamat deus, nolens aliquem perire: Conuertimini ad me, & cõuertar ad vos. Pater misericordia mea, si mutentur opera vestra: non deerit indulgentia mea, si corrigantur facta vestra. Hoc tamen scitote de deo clementissimo, quia non vult mortem morientis, tantum vt conuertatur, & viuat.

G

Ps. 126.

Ecclesia. 5. b

Ro. 2. a

1. Pe. 3. Zach. 1. a

Ezec. 18. b

H

EXPOSITIO PSALMI nonagesimi, *Qui habitat in adiutorio altissimi &c.*

Homilia.

PSalmum nonagesimum deo demonstrante atq; enodite proponi exponere, vt omnis qui cum psalli, sciat cui psallit, quare psallit, & quid psallit. Sic. n. inchoat: Qui habitat in adiutorio altissimi. hic quasi confirmantis est, & non interrogantis. Habitare in adiutorio non suo, sed altissimi, sempiterne habitare demonstrat. Et quia nô de viribus sui prosumit, in protectione dei cœli cõmorabitur. Reuera q; protegitur a deo fabricatore cœli secutus habitat in terra, & prolixam vitam inueniet, & lætus sp erit, & in spe sp gaudebi. Protegitur imperator scutis, & non timet: qui a deo protegitur, quid timet? Ergo iste qui in protectione dei cœli cõmorabitur, reuera protegitur a deo fabricatore mundi, securus habitat in terra, & prolixã vitam inueniet, & lætus sp erit, & in spe sp gaudebit: securus dicet deo, Susceptor meus es. Susceptores hoc noluerunt facere, susceptae a quincialibus fiscalia, & dare securitates domini: & a conductoribus pensiones accipere, & emittere pictatia securitatũ. Ergo deus noster qui susceptor noster est, susciptat a nobis opera misericordię, & pietatis eleemosynę, & hospitalitatis, orationis sanctæ, & cõfessionis, & det nobis sacuritatem perpetuitatis. Et refugium meũ deus meus sperabo in eum. Magnum refugiũ. Nã petra refugium erinaciis, & leporibus. Quicunq; peccauerit quasi ericius est plenus spinis: quicunque timidus erit, quia peccauit quasi lepus est coniũctis auribus fugiens a mala consuetudine diaboli, & vbi fugit? ad petrã, magnum refugium. Quæ est ista petra? quæ est? audi illum agonistam: Petra autem erat Christus. Ergo refugium Christianorũ Christus, est, vbi portum inueniunt nauigantes, & non naufragium. Et hoc totum fit p spem. Nam sic subsequitur, Sperabo in eũ: scuto circundabit te veritas eius. Sic subsequitur versiculus psalmi, sed recapitulauit sententiam expositam, quod dixit; In protectione dei cœli commorabitur. Protectio hoc est quod, & scutum. Scuto ergo circumdabit veritas eius tetigit nos, vt contra sagittas inimici ignitas

I

2. Co. 10. a

K

sumus

simus parati, vt armatum cor suggestionibus eius non acquiescat. Et qualis veritas nos protegit, nisi illa, q̃ veniens in mũ-
Io. 14. a dum dixit: Ego sum veritas? Ipse ergo protegit, & circundat, vt vndiq; nos paratos inueniat, & clausos, vt oẽs aditus sensus nostri scuto veritatis tegãtur. Sequtur: Non timebis a timore nocturno, a sagitta volãte p diem, a negotio perambulãte in tenebris, a ruina, & dæmonio meridiano. Quis est iste timor nocturnus ambulãs in tenebris, nisi tẽtationes diaboli, quas mittit in dãnificationibus, in detractionibus, in vituperationibus? A timore isto nocturno non timet Christianus, quia vituperationibus non frangitur. Sagitta volãs per diem põt intelligi laus humana, quę ẽt ipsam percutit, vt elatione periat, sed qa scuto illo veritatis protegimur, nec a negocio perambulante in tenebris, aut sagitta volante per diem formidamus. Quid est negocium perambulamus in tenebris? Audi negocia, quæ rationabilia vñr esse Chri-
L stianis, & sunt tenebrosa. Nam omne negocium inter ementes, & vendentes con-
Ps. 10. c ficit mendacium. Nam quid dicebat ille? Quid? Quia non cognoui negociationem introibo in potentiam domini sp. Semper ille ingerit compendiosa negocia, vt anima pecunia decipiatur. Malum negocium pecuniarum, quod animam inuiscat & captiuat. Ergo ab isto negocio perambulante in tenebris, a ruina, & dæmonio meridiano non timemus. Quę est ista ruina, & quod est istud negociũ meridianũ? meridies dr̃, quia diuidat diem. Meros. n. pars est diuisa diei, vt tm̃ videatur trãsire, quantum remanet ad finem diei. Ergo in centro cœli sol stans, medius dies dicitur, Nam cum in tentationibus impugnatur a malis Christianis anima Christiana pro sua religione, & pro sua fide, vel si aliqui apostatæ, seu pagani insultent ei de religione Christi: contusio nascitur, & ardor, ibi cũ rubore, & verecundia perfunditur, & fit quasi meridies, qñ igneus est sol. Nã illi, qui alta radice non sunt fundati, & super petrosa seminati, tempore tẽtationis
M exorto Sole arefiunt, eo qp non habeant radicẽ altam. Et hoc facit dæmon meredianus, i. incendens suos insultores, vt recedat Christianus a fide, vel verecundia perfusus confundatur Christianus esse: & de ista confusione, quæ adducit ad peccatum hic subsequitur. Postquam dixit, A ruina, & dæmonio meridiano: subiungit, Cadẽt a latere tuo mille, & dena milia a dextris tuis: hoc ꝓpheta Christo dicit. Quid est, Cadent a latere tuo mille? Multoties vidimus eremitas, vel bonos Christianos iã sic perfectos esse, vt pro sancta vita sua, qua perseuerauerunt in solitudine, & in sancta religione, lateri Christi sint applicati: sed sub elatione aliqua decepti, vel illusione diaboli perturbati, faciunt lapsum, & quasi a latere Christi cadunt. Et quare mille? Quia mille in dextera manu designamus. Primum dicitur, & mille. Ergo isti iam, qui prope sunt, vt perueniãt ad Christum, subito in exitu vitæ suæ transeunt ad aliqua nepharia, & impudica. Et cadunt a latere eius mille: sequitur, Et dena milia a dextris tuis. De quibus dicit, nisi de illis, quibus dicturus est: Esuriui. n. & non dedistis mihi manducare sitiui, & non dedistis mihi bibere; nudus eram, & non operuistis me: hospes, & non collegistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me: in tribulatione, & non me estis consolati? Isti dena milia dicuntur. Sed a dextris ad sinistram transeuntes, cadent a dextris eius. Nam & illi qui dicturi sunt Nonne in noie tuo dæmonia eiecimus, & multas virtutes fecimus quasi ad dexterã se putant esse, & dicit eis. Discedite a me, Mat. 25. non noui vos, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Et isti cadent a dextris eius. Sequitur: Tibi aũt non appropinquabunt. Et reuera nõ possunt tales appropinquare veritati, qui cõsenserunt falsitati: Veruntamẽ oculis tuis considerabis. Hoc Christo de malis ꝓpheta dicit. Et retributionem peccatorum videbis. Ergo quid intelligimus, oculis tuis considerabis, nisi quòd dixit ꝓpheta alio Ps. 53. b loco: Vultus autem dñi super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorũ, Oculis suis cõsiderabit, vt perdat de terra memoriam eorum. Et illi. cadent a latere, vel a dextris, iam proximi ad portum fa-
B cientes naufragium, accipient retributionem pctorum ab illo, qui reddet vnicuiq; Ro. 2. a secundum opera sua. Accedit hic iam populus fidelis, populus Christianus, populus perfectus, & dicet: Quoniam tu es dñe spes mea, altissimũ posuisti refugium tuũ. Vere magna altitudo est confugere ad deum: homines accedentes ad deum cum corde

corde alto, quod non est in terra depositū, isti confugiunt ad deum. Et cum in ipso alto corde non dubii sint, sed certi, alis apertis. Duæ alæ agnoscūtur dilectionis, q̄ sunt dei, & proximi. Cū ibi in alto ascendunt, non accedent ad eos mala. Et flagellum nō appropinquabit tabernaculo eius.
Heb.12 b quid facimus, quia dictum est, Quem n. diligit dñs, corrigit: flagellat autem omnē filium quem recipit, & sanctus Iob flagellatus est, tentatus est examinatus est, exacerbatus est, vulneratus est: sed non appropinquabit flagellum tabernaculo eius, qa
Iob.2.b non cessit flagello dei, sed dixit: Si bona suscepimus de manu dñi, mala quare non sustineamus? Videte qualis athleta, cuius tabernaculo non appropinquabit flagellum. Quid est, Non appropinquabit? Non
C permansit. Quare non permansit? quia abspe non recessit, quia tolerantiā habuit. Et quia omnis tolerantia fructum habet præsentis vitæ, & futuræ, & hic accipit multiplicatum quod dimiserat, & illuc cum laude peruenit, quia hic in tribulatione non deficit. Ideo legimus ista, vt imitemur, nō vt tātummodo talem virum laudemus, & nihil faciamus. Ex hinc iam inducit personam Christi: nam & ipse Iob personam ipsius portabat. Et dicit: Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus uiis tuis. In manibus tollant te, ne quando offendas ad lapidem pedē tuū. Intantum persona Christi est, ut diabolus tempore illo tentationis, q̄n eum tentauit in pane, & in regno mundi, & in elatione,
Mat.4.d hoc ei dixit in prima tentatione: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo dei, & in secunda tentatione dixit, quādo ei dictum est, q̄n ei ostensa sunt omnia regna mundi ab ipso diabolo dicente: Omnia tibi dabo si cadens adoraueris me, responsum est ei a Christo: Dominum deum tuum adorabis & illi soli seruies, & tertia tentatione leuans eum in pinnam templi,
D dicens: Mitte te deorsum in terram, quia de te scriptum est: Angelis suis mandauit de te, ut custodiāt te in oibus uiis tuis. In manibus tollēt te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Propheta dixit, qūo diabolus futurus erat dicere in tentatione Saluatoris. Subsequitur, dicens: Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconē. Quis est iste aspis, nisi ipse serpens diabolus, qui protoplastum innocentem, & rudem decepit? Basiliscus quare dictus est, nisi quia inter serpentes principatum tenet? Quomodo diabolus princeps est omnium uitiorum. Ambulauit super illum unigenitus Saluator noster, quando dixit: Ecce uenit princeps huius mundi, & in me nihil inuenit. Tentatus est a Sadduceis, a diuersis iudeis, tamen ambulauit super aspidem, & basiliscum. Nam quando ei proposuerunt, siue de muliere illa, quæ septem uiros habuit, conculcati sunt, quando responsum est eis: Erratis, nescitis scripturas, in cœlo neq; nubēt, neq; nubētur, sed erunt, sicut angeli in cœlo. Ita ambulauit super aspidem, ambulauit super basiliscum, q̄n ei dictum est a iudæis: Dic nobis, in quo nomine hoc facis, & quis tibi hanc dedit potestatem? Ambulauit super basiliscum, q̄n dixit eis: Et ego interrogo vos vnum sermonem, quem si dixeritis mihi, & ego dicam vobis: Baptismum Ioannis vnde erat de cœlo, an ex hominibus? Et illi iam sub pedibus eius iacentes, dixerunt intra se: Si dixerimus, de cœlo: dicet nobis, quare nō credidistis ei? Si dixerimus, ex hominibus timemus populum: quia sicut prophetam habebant eum. Et responderunt ei, Nescimus. Et confusi recesserunt. Et ambulauit super draconem, q̄n Sadducæos confudit secundo. Ambulauit super basiliscū, quando interrogantes hanc quæstionem, rei recesserunt. Sequitur: Et conculcabis leonē, & draconem. Quis est iste leo, qui vicit de tribu Iuda leonem, & draconem, qui significatus est in psalmo: Draco hic quem finxisti ad illudendum ei? Hoc mare magnū, & spatiosum, ibi repentina quorū non est numerus. Animalia pusilla cum magnis, carnales cum spiritualibus. Et quia in ipso mari huius seculi negocia damnosa diabolus agit, draco dictus est, qui illudit mūdo, & conculcatus est a domino nostro Iesu Christo, qui percussit eum gladio oris
F sui in morte sua, in pretio redemptionis nostræ. Diabolus, qui lætatus est in primo homine captiuato, exinde captiuatus est Christo resurgente glorificato, qui conculcauit leonem, & draconem. Q̄n in me speraut, eruam eum, quoniam cognouit nomen meum. Quando sperauit in eum? q̄n caro clamauit ad patrem, dicēs. Deus deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Eruit eum, quoniam iudæi non præualuerunt

Lo.14.d
Mat.22. c & Luc. 20. f
E
Lu.20.
Apoc.5. Ps.103. d
Ibid. b
Ps.21.2

UNIVERSIDAD DE MURCIA

luerunt contra eum. Cognouit nomen eius, quãdo dixit: Longe à salute mea verba delictorum meorum. i. longe sunt a me peccata membrorum meorum. Peccata posſum portare eorum, non tñ habere, qa ipſe eſt, qui peccata noſtra portat, & pro nobis dolet, quem nos putauimus in dolore eſſe. Ipſe autem vulneratus eſt pro nobis, & humiliatus eſt pro peccatis noſtris. Sequitur: Inuocauit eum, cum ipſo ſum in tribulatione, eximam, & glorificabo eum, longitudine dierum replebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum. Inuocauit
Ibid. a eum, & exauditus eſt, qñ dixit: Deus deus
Mat. 27. meus reſpice in me. Erutus eſt, qñ emiſit
G ſpiritum. Cum ipſo fuit in tribulatione, qñ dixit: Ne diſcedas a me, qm̃ tribulatio proxima eſt. Cum ipſo fuit in tribulatione, exemit eum, & glorificauit eum. Quomodo eum glorificauit? quando eum cla-
Io. 17. à rificauit, quando dixit, Clarifica me pater claritate illa, quam apud te habui antequã mundus eſſet. Clarificauit eum, quando in toto mundo clarum eum fecit credenPſ. 18. à tium mentibus. Quando in omnem terrã exiit ſonus eius, quando verbum exiit, & cucurrit in campos. Glorificatus eſt ergo,
Luc. 2. b vt nos dicamus: Gloria in excelſis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Orationibus veſtris inquantũ dñs donauit, & pulſanti aperuit, expoſuimus vobis totũ pſalmum. Orate ergo, vt qui pcepiſtis a nobis modica, accipiamus magna, & detur nobis, qd̃ tradatur vobis, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM *eſt in pſalmo xciij. Quis exurget mihi aduerſus malignantes? &c. Homilia.*

HAduerſus fructus, & impetus malorũ hominum, cõtra peſtiferas cogitationes, qui ſtudent magis, vt viuant: nec viuant, vt illi, qui ita ſæculi laqueis obligati ſunt, vt totum cor depoſitum in terra trahant, non agnoſcentes eum, qui fecit cœlum, & terrã. Contra hæc ſola oratio Chriſtianorum ad eũ poterit ꝓualere, licet ſuis viribus aduerſitates nullus manu cordis repellere poteſt, niſi fuerit adiutus cœlitus dextera illa ineffabilis diuinitatis, tñ neceſſaria eſt nobis inceſſabilis operatio, vt ſequamur magiſtri, & dñi præceptum, dicentis: Oportet ſp orare, & nunquàm deſi
Lu. 18. I cere. Iſti ergo mali hoſtes, qui magis ideo viuunt, vt probent bonos, vt ſi qua forte ex morũ obfuſcauit claritatẽ ſanctæ, & immaculatæ uitæ perturbantibus peſtiferis hoſtibus, quo proficiunt illi in peius, iſti
Mar. 5. d purgantur in melius, dicente dño: Cũ dixerint oẽ malum aduerſum vos, mentientes, gaudete, & exultate, qa merces veſtra
Ibid. g copioſa eſt in cœlis. Et iterum. Orate pro inimicis veſtris, bene facite iis, qui uos oderunt. Orate pro calumniantibus, & perſequentibus vos, vt ſitis filii patris veſtri, qui
f in cœlis eſt, qui Solem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Si. n. diligitis eos tm̃, qui uos diligunt, quam mercedẽ habebitis? nõne, & publicani hoc faciũt? Et ſi eos ſalutatis tm̃ qui uos ſalutant, quid amplius facitis? nonne, & Ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo perfecti, ſicuti & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Taliter impugnabatur propheta, de quo modo cantauimus. Nã niſi exagitaretur, tentaretur probaret, perficeretur, qñ clamaret, dicens: Quis exurget mihi aduerſus malignantes, aut quis conſiſtat mihi aduerſus operantes iniquitatẽ? Niſi quia dñs adiuuit me, paulominus habitauerat in inferno aĩa mea. Quaſi quærens, & dicens: Qui adiuuat me contra tantos impetus, cõtra tãtas ſuggeſtiones, contra tantas importunitates malorũ? Ergo quis exurget, dicebat, quaſi qrens, & cõquirens perageret in tota creatura, & iam nullum ex hoſtibus adiutorium inueniret. Repetiuit: dicens: Aut quis conſiſtat mihi aduerſus operantes iniquitatẽ? Rediit ad fontem miſericordiæ vnde ſemper hauriebat beneficia, ad dñm rerum oĩum, & conditorem creaturarum. Hic & confeſſus nõ
K ingratus dixit: Niſi quia dñs adiuuit me, paulominus habitauerat in inferno aĩa mea. Oſtẽdit, quia oĩs anima deum ſitiẽs, & eſuriẽs, derelinqui in quocunq; periculo, in quacunq; extremitate non poterit. Et ſi paululum differt beneficia, tamen nõ
Eccl. 2. derelinquit ſperantes in ſe. Nam quis ſperauit in domino, & confuſus eſt: pmanſit in mandatis eius, & derelictus eſt? Et beneficia præſtans dicebat, ſalus, & ſaluatio noſtra dominus Ieſus Chriſtus: Credis,
Mar. 9. d quia poſſum hoc facere. Et ille clamabat medulla fidei, interiori credulitate: Credo domine, adiuua incredulitatem meam.

Et

Et dominus respondens dicebat. Secundū fidem tuam fiat tibi. Nullus ergo ex cultoribus dei dubitet, quāuis beneficia difficilia speret, quāuis miracula super se veniētia postulet, defferri a summo bono deo non potest. Cōsiderate patres nostros, qui fuerunt ante nos. Patriarchæ fide exierūt de terra sua, & de cognatione sua, credentes, quia qui iusserat eos exire, dimittere non poterat exeuntes. Quid dicam de illo populo, qui in eremo quadraginta annos nutritur? licet murmulosō, licet indigno licet ingrato? de propagine illorum tertiā progeniem introduxit in terram promissionis: quia quæ promisit deus, & potēs est facere. Quid dico de illo Abraham patre multarum gentium, qui fide in senectute meruit accipere filium, & contra spem in spe credidit? Quid dico de Isaac, quia iam vxor eius sterilis vocabatur, ad vnū coitū geminum accepit fructū filiorū, ita vt in vno ergastulo vētris Esau, & Iacob vno tēpore conciperentur, alerentur, & crearentur. Quid dico de Iacob, qui fide exiit cū vno baculo a genitoribus suis, pergens ad Laban auunculum suum. i. fratrem matris suæ, & venit in Luza, & ibi vidit tm̄ mysterium, & inenarrabile, angelos ascendentes, & descendentes, & sanctum locum nominauit, & in sua oratione Christum prophetauit, & saluatorem vngendo lapidem non tacuit, dicente Apostolo. Bibebant autem de spirituali sequente petra, petra autē erat Christus? Quid adhuc de illo dicam, qui veniens ad puteum, inuenit filiam Laban non posse adaquare pecora præ multitudine pastorum: reuoluit lapidem grandē quo puteus cooperiebatur, & adaquauit greges? Quantum mysterium, quanta granditas, in opera patriarcharū, quanta credulitas. Puteos cū legimus, siue fossos a patriarchis, siue obrutos a Philistinis: intelligūtur Philistinis Gētiles homines esse, seipsos amantes, vel hæretici, qui falsitate sua cooperiūt veritatem legis, ne adaquēt multitudinem gregū. Aeque intelligitur puteus fossus altitudo legis. Fodiunt eā doctores de sarculo linguæ, purgant terrenas cogitationes, veniunt ad spirituales, & perueniunt ad illam altitudinē sapientiæ, & scientiæ dei, quam oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, & profluit eis aqua de altitudine fontis saliētis in vitam æternā. Sed petra cooperitur quia quod in lege velatum est, in aduentu Christi reuelatum est. Cum ergo ad puteū venit Iacob, siue Moses, vel cæteri, qui ad puteos ignouerunt futura coniugia, quid intelliguntur, nisi in altitudine legis ecclesiam agnoscere? Inde adaquantur oues, id est, de verbo spiritali. Nam ipse Iacob dū adhuc pastor esset auunculi, & soceri sui, videbat fructum, & fœcunditatem ouium non ad se transire: fecit pactum cum socero suo, vt siqd nasceretur variū in agnis, A pertineret ad Iacob: siquid suluidū, & exalbidum pertineret ad Laban. Sapientia illa, quæ est ostensor omnium artium, omnia ingenia excedens, dictauit illi debere facere populeas virgas sculpere eas, vt viri de in quo erat decoriaret ex parte, & faceret viride cum albo. Posuit has virgas vario colore decoratas, vt quoties biberent greges tēpore conceptus conciperent ibi varios fetus: & huius sacramenti res erat. Virgæ intelliguntur p̄cepta legis, dicente Apostolo: Quid stultis, in virga veniam ad 1.Co.4. d vos? & reges eos in virga ferrea. Et alio loco: Virgam virtutis tuæ emittet dominus Psal.2.c ex Sió: Et ipse Moses virgam ferebat, quā Ps. 109. a ante Pharaonem proiiciebat. Intelligitur in virga, vt dixi, vigor legis, præfigurabat ecclesiam vbiq; diffusam. Qui audit nunc verbum dei, quod est illi virga, ponitur supra aquam, id est, infonte baptismi, & ibi bibentes oues baptizatæ, credētes pastori pastorū domino nostro Iesu Christo, qui Ioā. 10. animam suam posuit pro ouibus suis: ibi, a id est, in aqua, concipiunt varietatem vitę suæ. Vnus constituit vxorem ducere post B baptismum, & aliam mulierem tāgere nullam alius constituit ascendens de baptismo continentiam tenere, & vlterius amplexum fœmineum non tangere: alius cōstituit virginitatem custodire, alius viduitatem seruare: alius constituit monachi vitam tenere: aliæ in choro sacrarum puellarum permanere. In vtroq; sexu permanēt ista dona, gratias donāte. Hoc est figuratū ab Iacob, varias oues in aqua concipere, hoc totum credulitas de auribus dei sibi vendicauit. Quid dicam de Rachel vxore Gen.30 eius, quę sterilis vocabatur, quomodo cre d dens concepit, primum, Ioseph: vltimum, Beniamin? Quid dicam de ipso Ioseph, Ibi.39.c qui credulitate omnia a deo impetrauit, d qui puer paruus, adolescentia decoratus, impudicæ mulieris insolentiā credulitate

decli-

L Gen.21 a Ib.25.c d Gen.27 & seq. 1.Co.10 a M Isa.64. 1.Co.2.

declinauit, castitate possessus, in manu proteruæ mulieris pallium dereliquit. Quę mulier significat synagogam, quę incredulitate sua vsq; ad mortem dominum accusatione persecuta est, vt pallium carnis dimitteret in manibus eius: æque ipsum pallium in resurrectione corporis assumpsit.

C Quòd vero de carcere exiit, hoc est, quod idem ipse dominus de sepulchro ascendit. Quòd pauit Aegyptum tempore famis, hoc est, quod Christus verbo totum mundum repleuit. Et vt agnoscatur famé esse verbum dei, dixit propheta: In illis diebus
Amo.8. mittam in eos famem: sed non famem panis, sed famé audiendi verbum dei. Et quia prętermittendum non est de Iacob: quę nobis exponęda occurrerũt, redeamus ad ordinem dictionis. Nam cum ad cognationem suam uellet redire cum uxoribus, & paruulis, omniq́ue censu a Laban socero suo (ita continet series lectionis.) Igitur egressus Iacob de Mosopotamia Syrię, venit ad montem Galaad, ibiq; fixis tentoris nunciatum est ad Laban, quòd fugeret Iacob clam ipso cum coniugibus, ac liberis suis, omniq́ue suppellectili sua. Qui cõsecutus reperit eum in Galaad. Et locutus est dominus eadem nocte ad Laban, dicens: Caue, nequid aspere loquaris ad Iacob. Et hoc totum vnde factum est, nisi de credulitate? Illud vero quod sequitur, Transductisq́, omnibus, quę ad se pertinebant vadum Iordanis, Iacob remansit solus, & ecce angelus luctabatur cum eo, cumque iam crepusculo dies immineret, dixit angelus ad Iacob: Dimitte me, vt vadam, iam enim ascendit aurora, ad quem Iacob ait: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi, Cui dixit angelus: Quod nomen vocatis, at ille respondit: Iacob, cui angelus: Nõ vocaberis, inquit, Iacob ultra, sed Israel, erit nomen tuum, quia si cum deo fortior valuisti, quanto magis cum hominibus fortior prævalebis, tetigitq́; nerui fœmoris eius, & emarcuit, Magnum sacramentum, qui angeli tactu insanus sanus debuit reddi, versa vice factum est, vt sanus claudicans efficeretur, sed præfigurabat in duobus pedibus Iacob duos populos, scilicet credentes, & incredulos. Nam de populo iudæorum, qui Christum dominum
Psal.13.g futuri erant crucifigere, quid dictum est, Filii alieni mentiti sunt, filii alieni inueterauerũt, & claudicauerũt a semitis suis. Quanta fuit claudicatio, vt filium Ioseph confiterentur tantum, & non filium dei, & crucifigerent. In tantum fuit claudicatio, vt dicerent: Si tu es Christus, dic nobis. Ecce in vno pede Iacob demonstrabatur populus in Christo claudicans, iudæorum: in alio pede, integro, & stabili populus Christianorum, dicente propheta: Pes meus stetit in rectitudine, in ecclesiis benedicam te domine. Hos duos pedes significabat Iacob in duobus populis. Quid dicam de Mose, de Aaron, de Thamar, de Eleazaro? Virtutes, potentia, miracula, tolerantia, granditas, sustinentia, fides, spes, charitas erat in eis, vt duces populi efficerentur. Tolerabant insipientes, insulsos, iracundos, murmurosos, ingratos, & hoc totum illam credulitatem tenentes: quia agnoscebant patientiam pauperum non posse perire in æternum. Quid dicam de sancto Dauid, qui puer paruus cum oues vindicaret a ferocitate ferarum, leonem, & vrsum tenens sub ala suffocabat. Vnde hoc puer impetrabat, nisi quia iam deus in illo mysteria agebat? Nam quid erat suffocare vrsum, & leonẽ, & defendere oues, nisi dominum Iesum Christum venturum signare, qui alligauit satan, & Angelos eius, vt gregem suum liberaret de faucibus leonis rugientis? Qui cõculcauit leonem, & draconem. Aeque vrsum suffocauit, quando incredulitatem crucifixorum cõfudit dicentium, Hic dixit destruam templum, & in triduo reædificabo illud. Et iterum dixerunt. Nobis dormientibus discipuli venerunt, & furati sunt eum. Aeque tanta bestia occisa est, quando ex mortuis resurrexit. Breuiter ergo voluimus, quanto potuimus, vel quę occurrerũt dicere nõ prolixe, non laboriose, non latissime, ne fastidium ingereremus legentibus. Siquid enim comatice dicitur, cum dulcedine, & suauitate legitur. Ergo, & nos dicamus cũ talibus, quia filii prophetarum sumus, & credentes scimus nos cum membris Christi esse. Quis exurget mihi aduersus malignantes, aut quis consistet mihi aduersus
Psal.93.c operãtes iniquitatem? Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitaret in inferno anima mea. Ecce hoc dicamus quotid e deo purgata, eliquata mente, iugi oratione, conquadratis moribus, trutinata cõsuetudine, vt gratiam dei non in vacuum suscipiamus, sed faciamus in eadem gratia

Psal.15.c E

Psal.9. 1.Re.17

Mat.26 a F

Mat.28.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

tia fructum iustitiæ ob meritum vitæ perpetuæ.

IN PSALMVM, CANTATE *domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Homilia.*

G EGregium, vereq; mirandum hymnũ spirituali lyra nobis resonuit hymnographus Dauid, dum prophetica lingua sermonem texit euangelicum, & antiquis sermonibus nouas res significauit. Quid enim insonuit? Quemadmodũ modo audiuimus? Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Considera charissime pieq; contemplare, vt propheticam verbis adaptans euangelicis eundem reddat sententiarum, dogmatumque concentum. Cantate, inquit, domino canticum nouum. Scimus fratres, quòd nouũ canticum a vetere distinguitur. Quærendum igitur, quod sit argumentum cantici veteris, quod noui: hoc pacto ex rerũ differentia consequi poterimus veritatis intellectum. Primum, omniumq; vetustissimũ canticum ad mare rubrum decantatum est: quo tempore admirandus ille Moses virtute diuina transiit mare, ac pelagus vertit in terram, canticum resonans dicebat: Cantemus domino, glorioſe enim glorificatus est: equum, & conscensorem pedestrem in mare, fuit & aliud vetus canticum a beata Debbora decãtatum, quum prostratis in bello hostibus pro maximo quopiam trophæo erexit hymnum victorialem. Inueniesque, & aliud canticum in deserto cantatum, quum puteum reperissent filii Israel nouoque beneficio frui contigissent. Quin insuper multam veteris cantici mentionẽ inuenire licet iis, q vere syncereq; versantur in sacris literis. Oportet igitur, iam & recens illud, & nouum quærere canticum, quam vim habeat, & quid proponat nobis contemplandum. Hic mihi vigilanter attende. Verus canticum vnius populi finibus circunscriptum erat, vnoq; climate continebatur, videlicet Palestinæ, neq; phas erat populo extra illud clima vetus efferre canticum, sed quum populus esset vnus, vnaque gens, vno loco, vnoq; clima te, tum canticum, tum religio vetus erat circunscripta. Testatur quod dico etiam beatus Dauid sic alicubi loquens sub persona Iudæorum, qui erant in Babylonem abducti, Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Vides, quòd non fuerit concessum veteri cantico per omnem ire terram, quæ sub cœlo est? Sed repetamus ea, quæ dixerunt in Babylone Ibidem versantes, Tunc interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos verba cantionum & qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion. Dein lege circun- I scripti, vetitique ne in terra peregrina canerent diuina cantica, respondet quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Vetus itaque canticum adeo angustis finibus circunscribebatur, quemadmodum modo dicebam, intra populum vnũ, vnamque regionem: sed nouum per omnem terram incedit, quæ sub cœlo est, & ab vniuerso decantatur orbe, eoque Propheta quum dixisset, Cantate domino canticum nouum, protinus adiecit, cantate domino omnis terra. Vide quomodo explicat donum, vide quomodo dilatat theologiam, vide quomodo ostendit discrimen inter canticum nouum, & vetus illud angustis finibus circunscriptum. Ac nequis humanis coniecturis cecutiat in huius rei contẽplatione, nec euãgelicæ grãæ vim tacuit: sed quum dixisset, Cantate domino omnis terra, rursum adiecit, annunciate diem ex die salutare eius. Quod salutare? profecto liquet, quod de multis hymnis celebranda seruatoris dispẽsatione loquitur: quòd deus amore generis humani, inter homines versatus est, quòd medicus K ad ęgrotantes aduenerit, quòd caligantibus lux affulserit, quòd errãtibus apparuerit via, illa inquam via, quę & hodie clamat in euangelio, Ego sum via, veritas, & Io. 14.b vita. Sed operæpretium est fratres discere, quam ob causam deus populum illum loco, & climate circunscripserit, tum quur illi non permiserit per vniuersam terram I canere laudes diuinas: nam illud oportet in primis pulchre nosse, quòd deus non vertitur, nec immutatur, nec ab vna sentẽtia in aliam dimouetur, vt nunc hoc decernat, nunc diuersum: sed quod quum ipse maneat immotus & immutabilis, sese ad humanam attemperat imbecillitatem. Crebro fratres loquitur deus ac leges præscribit, non vt ipse possit, sed vt nos capere valemus poterat, & per vetus canticum accendere lucernam gentibus: sed non erant, qui lucernam manibus attingerent L

 validi

validi ad pietatis prędicationem. Etenim si qui acceperunt, non obtinebant pietatis sermonem, qui potuissent in alios pietatis legem transfundere? Verum quoniam populus ille segnis erat, & incredulus, vt facile gētium abominationibus seductos sese submitteret, vno loco septus est quo posset solus apud se exercere pietatis legē. Idē facit frequenter, & maritorum hominum quisque, quoties vxorem habet suspectā, circunscribit illam vno loco, thalamisq; includit eunuchos adhibet, & omnem opponit custodiam: in summa nihil non facit curatq; eorum, quæ seruant pudicitiam, eo quòd illa non habet verum amorem, ac pudicæ mentis custodiam, quæ castæ fœminæ, solet esse familiaris. Atqui pudicam, beneque moratam habet vxorem, a nulla eam progressione prohibet, quippe qui certum pignus habeat vxoris affectum. Illa prodit in forum, & extinctus est zelus: congreditur cum multis viris, nec vsquā est zelotypiæ morbus, eo quòd pudica mulier secum habeat custodem ac prædagogum, morum integritatem. Quod igitur inter nos homines geritur, idem facit, & deus. Ac nequis dicat incongruam esse similitudinem quam proposui, deus hoc modo copulatur populo, quo vir vxori, non iuxta corporum vnionem, sed iuxta mentis affectum, ac beneuolentiam. Idem ergo etiam in vetere testamento, synagogam alloquens per prophetam manifesto dixit: Desponsaui te in iudicio, & in misericordia, & in iustitia, & in agnitione. Interpretatus est dei copulam: corpora corporibus applicantur, verum in cō mistione dei, anima deo conglutinatur. Et quemadmodum illic dictum est, & adglutinabitur vxori suæ, & erunt duo in carnem vnā: sic, & anima quum deo verbo vnitur, clamat, Adhęsit anima mea post te, me autem suscepit dextera tua. Habebat igitur vetus synagoga pro viro legem, quemadmodum hodie testatur Esaias, per apostolum loquens, nam prophetica voce Paulus vsus est, dicens, sicut scriptum est: multi filii desertæ magis quam eius, quæ habet virum. Quoniam igitur synagoga illum virum habuit, videlicet legem (resumam enim, quòd dicebam) erat autem suspecta, quòd vbique charitatem deo debitam proderet idolis, conscientiam habens illorum cultu pollutam: redarguit illam densita loquēs, Et mœchata est cum lapide, & ligno, ac mei oblita est dicit dominus. Quoniam suspectam habebat mentem synagogæ, merito illam loco circunscribit, temploque veluti thalamo cuidam includit, nequaquam permittens, vt quouis loco sibi constituat altare: sed vniuersa quidem Iudæa ac Palæstina erat populi, cæterum vnicus erat locus habens altare. Ea propter, & Moses quum sciret, vxoris mores suspicioni obnoxios, (vxorem autem scriptura hactenus appellat synagogam) sciens igitur mentem synagogæ merito suspectam, prius illam appellat, dicens, Attende tibi Israel, nequando offeras holocaustomata tua, & victimas tuas, in omni loco, quemcunque inueneris, sed in loco, quem elegerit dominus deus tuus. Videte quam circunscripta sit, & quidem merito fratres: quum enim in vno loco accepisset altare, totum locum impleuit simulachrorum cultu, sicuti clamans Hieremias testatur: iuxta numerum ciuitatum erant dii tui Iuda, & iuxta compita Hierusalem sacrificabat Baal. Si quum accepisset vnum locum, terram omnem impleuit adulterio, si plena libertas fuisset concessa, cogita, in quam enormem incidisset incontinentiam. Ob hanc causam fratres etiam cantico loco circunscriptum est, & altare loco definitum, & populus ille loco conclusus. At ecclesia, quæ vbique Christum in se circunfert, innumerosque martyres immolauit ob charitatem quam gerit erga virum, a nullo prohibetur loco: sed in omni loco sunt altaria, in omni loco doctrina. hæc prædicit deus per prophetam. nam & ecclesiasticam exprimens synceritatem, & alterius populi ingratitudinem traducens, ad illos loquitur: Non est mea voluntas in vobis, dicit dominus omnipotens, nec accipiam hostias de manibus vestris: quoniam ab exortu Solis vsque ad occasum, nomen meum glorificatum est inter gentes, & in omni loco sacrificium offertur nomini meo, & sacrificiū purum. Vide quàm luculenter quamque dilucide mysticam interpretatus est mensam, quæ est incruenta hostia. Thymama verum purum appellat, sacras preces, quę post hostiam offeruntur. hic enim sustitus deum refocillat, non is qui a terrenis radicibus sumitur, sed qui a puro corde exhalatur. Dirigatur igitur oratio mea tā-

quam

Hie. 3. c

A

Deu. 12 a

Hie. 44 c. d

B

Mal. 1. c

UNIVERSIDAD DE MURCIA

quàm incensum in conspectu tuo. Vides vbicunque concessum est angelicum illud sacrificium inclarescere? vides nullis finibus circumscriptum, neque altare, neq; cãticum? In omni loco Thymiama offertur nomini meo. Est igitur hostia pura, prima quidem, mystica mensa, cœleste summeq; venerandum sacrificium. Est autem, & in nobis varia sacrificiorum differentia. Posteaquã enim lex in veteri testamẽto multas habuit hostias, aliam pro peccatis, aliã quæ dicta est holocau toma, aliam vocatam, laudis, aliam, salutaris, aliam pro leprosis mundandis, breuiter alias, & multas, & varias, pro his qui innumeris expiationibus censebantur, omnino magnus erat, & modo carens numerus sacrificiorũ in lege: quæ omnia noua gratia superueniens vno complectitur sacrificio, vnam, ac veram statuens hostiam. Habemus autem, & nos in nobis ipsis varias immolationes, non quæ iuxta legem incedũt, sed quæ decent euangelicam gratiam. Vis ne has cognoscere victimas, quas habet ecclesia, quum sine sanguine, sine fumo, sine altari cæterisque ceremoniis, munus euangelicum, sursum ascendit ad deum, quodque sit sacrificium mundum, & immaculatum? Audito sanctam scripturam tibi palam exponentem hanc differentiam, ac varietatem. Est igitur primum sacrificium, quod ante dixi, spirituale illud, ac mysticũ donũ, de quo Paulus ait, Imitatores estote dei tanquam filii dilecti, & ambulate in dilectione, quemadmodum, & Christus dilexit nos, tradiditque seipsum pro nobis deo sacrificium & oblationem in odorem suauitatis. Alterum sacrificium est martyrum, & quæ testatur hoc scriptura? Audi Paulum: obsecro vos fratres, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuam, sanctã gratam deo. Habes primam hostiam, quæ dicitur salutaris, habes secundam martyrũ, tertiam precationis, Dirigatur deprecatio mea, tanquam incensum in cõspectu tuo, sublatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Quarta est quæ offertur laude, hoc est per hymnos, Sacrificia deo sacrificium laudi. Quinta est per iustitiam: Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ. Sexta offertur per elemosynam: Sacrificium inquit, mũdum, & inmaculatum, visitare pauperes, & orphanos in afflictione ipsorum. Septima fit in iubilo. Iubilum autem est victorialis in bello applausus. Nam aliud est ololygmos, hoc est, clamor: aliud alalagmos, hoc est, iubilatio. Quum post victoriam in bello milites vociferantur, ea est iubilatio, victoriæ signum, eoque propheta eos, qui cõspecturi erant Christi victoriam, hymnum vociferantes aduersus hostes, beatos appellat, dicens: Beatus populus, qui scit iubilationem. Iubilatio igitur est victorialis in bello plausus. Posteaquam ergo seruator victoriam tulit, deuictis omnibus inimicis, dicens: Confidite, ego vici mundum: hymnum hunc offerentes victori, perficimus iubilationem, quam propheta beatum vocat, dicens: Circumiui, & immolaui in taberuaculo eius sacrificium laudis, & iubilationis. Est, & octauum quoddam sacrificium deo, spiritus contritus: Cor contritum, & humiliatum deus non despiciet. Vides quales hostiæ a nobis tractentur. Est & aliud nouum sacrificium, quod peragitur per euangelii prædicationem is est sermo doctrine de qua Paulus Apostolus ait: Administrantes euangelium dei, vt fiat oblatio gentium accepta, & sanctificata in spiritu sancto. Vides quam declarauit, etiam euãgelii prædicationem offerri deo? Habes igitur primum sacrificium, illud salutare donum, secũdum martyrum, tertium deprecationis, quartum iubilationis, quintum iustitiæ, sextum eleemosynæ, septimum laudis, octauum compunctionis, nonum humilitatis, decimum prædicationis: tametsi quiddam prætermisi, quum animo nouem enumerarim, putaui me tradidisse decem. Quòdnam igitur sacrificii genus prætermissum est? Est decimum sacrificium, fructificationis, de quo loquitur Paulus: accepi quæ a vobis missa sunt per Epaphroditum, sacrificium acceptabile in odorem suauitatis. Vides beneficentiam in sanctos a Paulo vocari sacrificium, Habes igitur varias sacrificiorum formas, Sacrificia deo sacrificium laudis: Laudaui vos omnes fratres, immo potius omnes laudauimus, & ante omnia deus, sacrificium, quod exhibuistis: loquor de beneficentia in pauperes, vt qui misserti estis eorum, qui in foro cõculcabantur clamantes ad deum, & per vos exauditi sunt: imitati estis dei benignitatem, depulistis a foro mendicitatis probrũ, processit eleemosyna, & extinxit de

Iubilũ, quid. E

Pf. 88. c

Ioã. 16.

Pf. 26. c

Pf. 50. d

Ro. 15. g

F

Phi. 4. d

XX 2 decus:

UNIVERSIDAD DE MURCIA

decus: dedecus enim diuitum est clamor pauperum. Thesaurizatis thesaurum diuitias iustitię. Nam hunc thesaurum oportet habere prę oculis, thesaurum veritatis thesaurum iustitiæ, thesaurum benignitatis in pauperes. Siquidem duo fratres sunt thesauri, vnus qui reponitur malis, & alter qui bonis reconditur. Thesaurus malorum est inobedientia, & intractabilitas, & Ro.2. a iniquitas: de qua dicit Paulus, Ignoras, q̃ bonitas dei ad pœnitentiam te inuitat, sed iuxta duritiam tuam, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis, & iusti iudicii dei. Vides thesaurum peccatorum reponi operantibus iniquitatem. Nunc vide thesaurum qui ex humanitate erga pauperes reponitur operanti- 1. Ti. 6. bus iustitiam. Audi Paulũ Timotheo scribentem: Præcipe his, qui diuites sunt in præsenti seculo, ne animis efferantur, neque spem ponant in incerto diuitiarum, sed vt benefaciant, diuites sint in operibus bonis, vt faciles sint ad impartiendum, & communicandum, thesaurizantes sibi thesaurum in futurum, vt veram apprehendant vitam. Vides thesaurum bonorum, vides thesaurum malorum. Et apud quem hic thesaurus deponitur? Clarum est quod H apud deum: nam ille, & malorum thesaurum reponit ad retributionem, & alteros quidẽ vlciscitur alteris vero rependit præmia. Vis ipse videre, quis thesaurorum horum perfectam habet memoriam, custo- Deu. 32 diamque? Per Mosen loquitur de iis, qui c perpetrãt mala, De vinea Sodomorum vinea eorum, & palmes illorum ex Gomorra, vna eorum vua fellis, botrus eorum botrus amaritudinis: venenum draconum, vinum illorum, & venenum aspidis insa- Ibidem. nabile. Et postquam commemorauit opera iniquitatis, protinus adiunxit: nonne hæc omnia condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? in die vltionis retribuam, in tempore quum lapsus fuerit pes eorum. Adhunc modum dispensat thesaurum iniquitatis his qui operantur iniustitiam. Dispensat, & thesauros regni de Esai. 33. quibus loquitur, & Esaias: venit sapiẽtia, a & scientia, & pietas a deo. Hi sunt thesauri iustitię, de quibus, & seruator sanctis discipulis suis loquebatur. Thesaurizate vobis thesaurum indeficientem, æternum in cœlis. Atque idem diuiti loquens, veni sequere me, & habebis thesaurum in cœlis. Luc. 12.

Fugiamus itaque thesaurum iniquitatis, & recondamus thesaurum eleemosynæ, I bonum opus, quodq; possit omne peccatum extinguere, quod idoneum sit ad soluendam omnem iniquitatem. Atq; vt plane cognoscas quantam habeat vim eleemosyna, attentius considera, quæ dicuntur. peccata quædam spectant ad deum, quædam ad hominem: veluti impietatem committere, blasphemias euomere, ac violare templum dei, aut ecclesiam dei persequi, aut sacerdotes afficere cõtumelia, hęc omnia referuntur ad deum. Cęterum mœchari, furari, iniuriam facere, hæc intra cõsuetudinem, quę nobis cum conferuis est, consistunt. Multiplex autem est differentia, eorum quæ committũtur in deum, & quæ in homines: nihil itaque peius iniquitate, neque quicquam infœlicius iniquitate aduersus deum, neque quicquam magis impium, quam aduersus deum blasphemia. Et tantam tamen impietatem eleemosyna valet diluere, nõ si perseueret in blasphemia, sed si per pœnitentiam peccatum reuoces. Nequis mihi hic obstrepat dictis meis perperam intellectis, nõ enim mihi ad amentiam, sed apud uos fideles mihi sermo est, apud ueritatis collactaneos. Nihil scelestius impietate, nihil scelestius blasphemia: & tamen tantum K malum per eleemosynam diluitur, siquis uere accesserit ueritati. Sumo mihi ad probationẽ ueterem Danielis historiam. Balthasar Nabuchodonosoris filius, quũ aliquando debaccharetur in res diuinas ac sancta uiolaret, ausus est in prophano conuiuio ebriorum impiorum ac blasphemorũ, sacra uasa, quę Hierosolymis fuerat, in medium afferre, iisq; pro temulentiæ instrumentis abuti. Et exportauit, Dan. 5. inquit, uasa dei, quę erãt Hierosolymis sancta, & bibit ex illis, ipse & uxores illius, & a pellices, & concubinæ illius. Violauit autem diuina, non tantum per mensam prophanam, uerumetiam per intemperantiã. Atqui tantum etiam malum deus lenitate sua tulit il a malorum tolerans uis, illa opulentia gratia, illa benigna, copiosaque humanitas, quæ acceptat pœnitentiam nostram, & uindictam prorogat. Debacchantem in sancta tolerat deus, & sententiam aduersus illum proferre differt. Extitit, inquit, dum hęc fierent in superficie parietis, hoc est, incrustamento, talus manus Ibi. ab

à uola-

L ávola vsque ad digitos, scripsitq; in pariete, Mane Thehel phares: & verba erat Hebraica, ac miraculi nouitas expauefecit tyrannum cum cõuiuiis suis. Requirebatur ænigmatum solutio: nec inueniebatur: accersiuit complures interpretes, qui non habebant quod dicerent de eo, quòd videbatur. Vocatur Daniel in medium: oportet enim primum consilio destitui mendacium, atq; ita demum elucescere veritatẽ.

Gen. 41 Quemadmodum in Aegypto quum hærerent magi ac sapientes, moxq; Ioseph interpretans nõ aperuit veritatem: ita & in Babylonia, redarguta omni humana sapientia, mox dei sapientia per fidelem famulum eluxit. Vocatus est Daniel ingressus est sanctorum verborum propheta spiritualis scripturarum liber, magni regis interpres. Atq; vt cognoscas quid interfit inter hominem simplicem, & hominem dei, qui natura quidem purus est homo, mente vero immortalis, introgressus ad illud conuiuium impietatis aduocatur ab

Dan. 5. eius conuiuii principe, videlicet rege, qui ait ad illũ, Scio quòd spiritus dei sanctus sit in te: Explana nobis scripturam hanc, quid sibi velit. Honoras famulum, & con-

M tumelia afficis dominum hominem reuereris, & deum contemnis? Confiteris spiritum sanctum, & sanctam polluis? Scio qđ spiritus dei sanctus sit in te. Et enim sub patre meo, copiosior spiritus erat in te. Si igitur hanc quæstionem dissolueris, purpuram indues, & torquem auream circa collum tuum. At beatus, & admirandus ille, pro nihilo ducens hominum munera, sed super omnia veritatem honorans, ait, Rex munera tua alteri da viro, ac dona tua aliis largire: Ego tamen scripturã enarrabo. Et quod erit interpretationis præmium? A deo merces veniet. Quin potius hoc ipsum mihi veritatis præmium erit, interpretari veritatem, ac pietatem, quæ infamatur vindicare. Vide autem admirãdam iusti sapientiam: non protinus interpretatur scripturam, sed prius redarguit mentem regis dicens: ò rex deus cœli dedit regnum, & potentiam patri tuo. Nabuchodonosor, insuper honorem addidit illi, similiter, & tibi: & vt sermonem in pauca cõferam, dedit tibi deus regnum, & potentiam, & tu oblitus es dei, & exportasti vasa illius aurea argentea q;, atq; ex his potasti tu cũ vxoribus tuis pellicibus, & concubinis eum vero qui habet in manu spiritum tuum, non benedixisti, ideo missus est articulus manus a facie eius scripsitq; in superficie parietis sententiã ipsius. Atq; hæc sunt verba: Mane, numerauit deus regnum tuum, & compleuit. id enim sonat, Mane, Syriorum lingua atque itidem Hebraica, Thehel, liberauit deus regnum tuũ, & dedit illud Persis, ac Medis, nam id temporis tantum erat regnum Babyloniorũ. Considera illud admiratione dignũ, quomodo declarauit, deũ omnia numero, & mensura facere. liberauit, inquit, ac mensus est: nihil enim ab illo fit absque mensura, nihil sine pondere, nihil sine congruentia, sed iusta mensura vindictam infligit: quumq; punit, trutina liberat vltionem, pro delictorũ modo eã rependens, ne maior sit cõmissis, sed congruens. Eoque deus aliquã comminans Iudææ, quum prius esset sublata atq; extincta Samaria, dicit: & extendã in Hierusalé mensuras Samariæ, & trutinas domus Ephraim. pro eo, quòd erat eandem vindictam admetiar his, quã illis sum admensus, Neq;. n. mensura caret diuina vindicta, sed mẽsura, & regula, & trutina mensurata est, sicut seruator loquitur in euangeliis. Qua mensura mensus fueris, remetietur. Mẽsus igitur fuerat deus, ac liberauit, diuisit, & impletus est numerus regni, ait ad illud. Quid autem accidit, post tuam seueram sententiã? mox induxit dicti solutionem: & nunc rex consilium meum placeat tibi, ac peccata tua eleemosynis redime, & impietatem tuam commiserationibus pauperum, si forte propicius fiat delictis tuis. Vides quantã vim habeat eleemosyna, quãtum valeat humanitas, quam efficax iustitiæ opus operetur erga egenos misericordia. Admonuit propheta, cui si obedisset ille legis transgressor, gratia fuisset consequuta pro nihilum. Sed gratia quidem erat simplex, mẽs vero nõ recipiebat correctionem. Adeo valida res est erga pauperes humanitas. Resecuit eleemosyna captiuorum speciem è foro, tollitur captiuitatis species ex vniuersa terra: vidisti forũ plenũ captiuis, & correxisti inamœnum spectaculum, contrahet deus vltionem vindictæ suæ, quæ peccatis infligitur. Neque enim iniustus est deus, vt obliuiscatur animarum iniuste interfectarum, neque sanguinis iniuste effusi. Sublati sunt sancti, sed pro pietate mortui

A

Ibidem

Sap. 11.

4. R. 21. b

B Matt. 7. a. &

Mar. 4. e

C

sunt. Ne mihi respicias ad captiuitatis bellíq; speciem, sed illud spectа, quod cõplures susceptо pro castitate certamine, mortem perpessi sunt, multæ virgines in tempore opportuno, videlicet in tempore persequutionis coronatæ sunt, quum animæ complures eodem tpe expugnarentur. Ac ne putes illos deo indignos, quorum sanguis effusus est, illud est vetus historiarum exemplum. Semper deus sanctos exponit periculis, quo per hæc declaretur pietatis vis, nequis dicat: Quur si erant pii sublati sunt, quur si erant pii occisi sunt, quur si deo erant curæ tantam sustinuerunt oppugnationẽ? Audi Dauidem, per vetera decantantem nona, deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum
Ps. 78. a tuum: Ac non simpliciter templum, sed templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam, posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum bestiis terræ. Si hi tanquàm indigni pietate traditi sunt, illi quomodo traditi sunt? si hęc nunc quidam patiuntur, vt indigni deo, quomodo eadem illa veteres sancti pertulerunt? Quòd si idem deus permittit, hæc
D omnia ad vtilitatem suorum dispensans, ac per sanctos emendans peccati maculam nihil prorsus iniustum, in his, quæ diuina potentia permittuntur. Hæc permittit deus ad exercendas mentes nostras, ac frequenter iusti pro iniustis mortem perpetiuntur. Habes veterem congruentiã, per antiquas historias pronunciauit deus aduersus Adam, dicens: Terra es, & in terrã
Ge. 3. d abibis. Atque is quidem accepta sententia inter viuos censebatur. Contra, qui nihil
Ibi. 4. b peccarat Abel, interfectus est: qui obnoxius erat culpæ, vita fruebatur: iustus morti subiectus est, idq; vtiliter: posteaquàm enim deus pronunciarat sententiam ad-
Ibi. 2. c uersus Adam, Quocunque die comederis, morte morieris: non dedit morti potestatem illico reum inuadẽdi, ne mors aduersus genus nostrum eriperet vera, certaq; contagia. Etenim si transgressios protinus arripuisset, pœna fuisset irreparabilis, citraq; pœnitentiæ remedium. Sed ingressa est mors per iniustitiã, vt eiiceretur per
Hom. 5. E iustitiam. Sublati sunt iusti, sed extincti
Ps. 111. non sunt: in memoria sempiterna erit iustus. Sanguis iustorum effusus est, sed deus
b eos, qui traditi sunt tanquã viles, & abiecti, filios appellat, & tanquàm filios vlciscitur. Porro, q; qui simpliciter ab inimicis occisi sunt, filii dei dicuntur ac tanquã filii vindictam accipiunt, sermonem meũ confirmat beatus Moses. Quid autem ait Deu. 32. f in cantico? Exultate gentes cum populo eius, & adorent eum omnes filii dei, qm̃ sanguinem filiorum suorum vlciscitur. Si filii dei, quomodo occisi sunt ab inimicis? Vides quòd deus permittit iustos occidi, ad probationem pietatis: nec violatum est verbum, vt confirmaretur sensus? Lætamini cœli, quoniam sanguinem filiorũ suorum vlciscetur, traditi sunt tanquàm alieni, & vindicantur tanquàm filii. Exercitatio pietatis est martyrium, hoc est testimonium euidẽs, & professum. Et quomodo? Audi, & considera, obsecro, demitte cogitationem ad sermonis profunditatem. In omni tribunali quid aliud martyri proponitur, quàm vt abneget deum? Ac dum aduersus hanc propositionem decertat, manifestam, & irreprehensibilem arripit coronam martyrii. Super his vero sanctis, qui nunc occisi sunt, non erat iudex iudicans, sed conserentia. Complures enim interdum (neq; enim condemno, sed humanas cogitationes excutio) transgressi sunt in cogitatione: veluti si quis aliquando in afflictione dixit, tibi est deus, cui seruimus, vbi est deus, quem professus sum? Ibi procella, ac tempestas, ibi periclitatur naufragium, Quòd si quis dum illis examinatur tempestatibus, denuo respuit, ac dixit, num hiç mihi vita circunscripta est, num expectaui bona terræ, an non expectabam regnum, an non expectaui resurrectionem mortuorum, an non magnificam angelorum vitam, an non vitam illam senii nescíam, quid itaque me lædit mors, adferens bona æterna, nõ perturbor temporariis, quum expectem æterna, qui hęc expendit in animo, deum habet suæ cognitionis iudicem, habet patronum, pium animum, habet tribunal, metum, habet testem, conscientiam, quæ ipsi iustitiæ plectit coronam, & ante conscientiam deum cœlitus prędia distribuentem operariis pietatis. Etenim Mat. 6
qui videt occulta, coronat in propatulo. Oratu, inquit, patrem tuum in abscondito: & pater, qui est in abscondito, reddet tibi. Ergo ne qui orat in occulto coronatur, sed qui in occulto contorquet mentem ad confessionem, non coronatur?

Marty-

Martyrium fratres, non euentu tantum æstimatur, sed etiam proposito. Non quũ martyr decollatur tum fit martyr, sed ex quo propositum ostendit profitendi martyr est, etiam si non patiatur, quæ martyres solent. Et quis est, qui hæc suo comprobat testimonio? Beatus ille Paulus, qui quum semel sit mortuus, tamen ostẽdit se quotidie mori. Quid enim, inquit, quotidie morior, per vestram gloriam, quam habeo in Christo? Quotidie morior. Quomodo moreris, qui viuis? moriebar proposito, sed seruatus sum gratia dei. Quantũ erat in hominibus potentibus, & in me, quatenus meipsum exposui, quotidie morior: quod autem ad gratiam attinet diuinam, tanquam doctor, reseruatus sum ecclesiæ. Dispensat enim deus res ad vtilitatem hominum. Et alios quidem tradit, vt ostendatur probata fidelium mens: alios rursus seruat, vt custodiat fermentum ecclesiis. Non sunt pollutæ virgines, cp propositum sit immaculatum, & animus immarcessibilis: & illud mihi considera frater, Virginitas citra controuersiam accipit coronas, vtra virginitas, quę est propositi, an quæ est necessitatis? An nescis, cp innumeræ virgines, corporaq; impolluta decesserunt ex hac vita? An non multæ filię gẽtium abominabilium, & impiorum, tempus nuptiarum expectãtes raptæ sunt? An non multi iuuenes corpore incontaminato, post coniugium, & nuptias morti sunt traditi? Iuuenes, inquam, Ethnicorum filii, Iudæorum filii, impiorum hæreticorum filii, Abieruntque innumeri corporis virginitatem habentes. An apud tribunal Christi, tali virginitate preditæ turbę dantur coronę? non dantur coronę virginitatis, fructum aufert necessitas. Quod si nullus est necessitatis fructus, sed tota merces est propositi, numerus ille innumerabilis manet incoronatus, virginitatem quidem habens, sed virginitatis propositum, non habens. Neque enim deus acceptum fert quod fit ex necessitate, sed quod ex proposito recte fit. Si igitur illis innumeris virginitas non imputetur ad virginitatem, nec his, quę prẽter propositum inquinationis corruptę sunt. Pollutum est corpus, sed animi templum non est pollutum: violatum est corpus, sed mens corrupta, non est. Nequis igitur reiciat multitudinem sanctorum in contumeliam, & captiuitatem traditorum. Sępenumerò sanctorum est pro impiis pati. Seruator, qui nihi peccauerat, pro peccatoribus traditur. Et Esaias clamat: homo in via sua aberrauit, & dominus tradidit eum pro peccatis nostris. Atque idem rursus, Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, & dominus tradidit illum pro peccatis nostris, & pro peccatis populi venit ad mortem. Vides? Imitatores Christi sunt, qui pro iniustis patiuntur. Accidit autem fratres, & alio modo, vt aliquantulum dilatem historiam, accidit, vt etiam ex his, qui occidũtur nonnulli peccatis obnoxii sint: dominus autem per temporariam afflictionem diluit peccatum, per corporum plagas extinxit animę vulnera. His mors imputatur pro supplicio: quin & ęgrotatio piis, qui peccarunt imputatur pro supplicio. Et quis est, qui ista promittit? Paulus: neque enim oportet quicquam dicere sine testibus: solaque animi cogitatione. Nam siquid dicitur absque scriptura, audi torum cogitatio claudicat, nunc annuens, nunc hęsitans, & interdum sermonem, vt friuolum auersans, interdum, vt probabilem recipiens: verum vbi è scriptura diuinę vocis prodiit testimonium, & loquentis sermonem, & audientis animum confirmat. Quis igitur sermo nobis attestabitur, quod afflictiones, & flagella hominibus illata imputantur ad peccatorum remissionem? Audi beatum Paulum loquentem de his, qui indigne accedunt ad mensam mysticam. An ignoratis, quòd qui edunt indigne, sibi edunt, ac bibunt ad iudicium? Et quid continenter adiecit? propteraa inter vos multi infirmi, propterea, quoniam indigne acceditis ad mensam, propterea multi infirmi. Multi infirmi, & dormiunt multi: pro eo quod erat, moriuntur, tanquam mors etiam pro peccato aduenial. His protinus annectit: Si. n. nos ipsos iudicaremus, nequaquam iudicaremur a domino: ergo domini iudicium est & morbus, & mors. Et quid mihi prodest post mortem? Quis fructus post obitum? Si nos ipsos iudicaremus, nequaquã iudicaremur. Cum autem iudicamur, a domino corripimur, ne cum mundo condemnemur. Deus enim iustificauit, ne iustos simul cum impiis perdat, neve simul condemnet sanctos cum prophanis, idque valde conuenienter: non enim par est, vt

1.Co.15 Esa. 53. 1.Pe. 2. At nescit desinere. H K 1.Co.11 g I L

qui deum adorãt, simul puniatur cum eo: qui deum afficit blasphemiis, eodem modo plectatur pie colens deumq; glorificãs, quo blasphemantes, & despectu habentes veritatem propterea deus occultis', & inuisibilibus modis varie flagellat pios delinquẽtes, quo videlicet nos puros exhibeat magno illi tribunali: vt quum hic corripuerit, illic imputet præmium. Denuo resumite sermonem apostolicæ intelligentiæ. Si nos ipsos iudicaremus, nequaquam iudicaremur. Cum autem iudicamur, a domino corripimur, ne eum mundo cõdemnemur. Huic dicto concordat, & beatus
Ps.93. b Dauid: Beatus, inquit, homo quemcunq; corripueris dñe, & de lege tua docueris eũ, vt mitiges ei a diebus malis: qui.n. hic correptus fuerit, in requie erit, ac mitius experietur diuinum iudicium. Nemireris, si primum hic castigatũ liberat in futuro seculo. Reperis.n. in diuina scriptura certissimũ argumentum, Sodomitarum, ac nihilo
M deterius habitatorum Gomorræ. Nihil illis magis impium, & tñ qm hic pœnas dederunt, mitius illos in iudicio tractandos
Mat.11. promittit dñs. Et tu Capernaum, q̃ vsque ad cœlum elata es, vsque ad infernum detraheris: quoniam si in Sodomis factę fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te mãsissent ad hunc vsq; diem: veruntamen tolerabilius erit terræ Sodomorum, & terræ Gomorræ, in die iudicii, q̃ vobis. Inde si Sodomitis tolerabilius iudicium reddit, q̃ in hac vita puniti sunt, cogita qũo pii qui hic castigãtur, futurũ effugiunt iudicium. Quod iudicium nobis omnibus contingat effugere, & cum fiducia sisti ad tribunal Christi, cui gloria in secula. Amen.

Tandem desit Ierin.

DO. IOAN. CHRYSOSTOMI *explanatio in Psalmum, Dominus regnauit, exultet terra.*

Ps.96. a

Act.28. a

ICtus a vipera Paulus manu, spiritus sancti virtutẽ, q̃ in se habitabat, his qui illic erant, et non dedita opera ostẽdit, vsus
A vipera teste. Erat enim, & ipsa inõ mendax testis, significans dei apostolum esse eum quem inuaserat. Vides sanctis, & feras, q̃ vocem non emittunt, testificari? Et voce quidem carent, sed opere miraculum clamant. Atque non solum sanctis ferę testificantur, sed & seruiunt. Sic, & Ionę, cetus triduo subiugalis fuit, & quo intus gubernans, non quo ipse volebat, ducens. Sic corui Heliæ quotidie cibos ceu domino afferebant. Sic leones Danieli mansuescebant, & viri sanctimoniam etiam non loquentes psædicabant. Sic edax ignis in tribus pueris sanctum, & diuinum ternariũ reuertebatur, & tremebat. Suæ enim naturæ oblitus, tam nihil nocuit, vt etiam capillum læsioni valde obnoxium nõ offenderit. At Christo meo testificabantur, & venti, ac mare, qui cum discipulis suis in nauim ascendit, dormiuitq̃ue in porta, & cum stridentes validæ tempestate venit mare è profundo commouerent, mareq; valde turpidum, fremebundo sonitu, & spumis niualibus, salsam his qui in naui erant minarentur mortem: nauis autem a fluctibus crebris, & a mediis fruentium ventorum turbidinibus circulo verteretur, & nauigantes futuræ mortis periculũ
B plorarent, surrexit increpauitq̃, mare ac ventos: factaq̃ue est magna, & expectata trãquillitas, ita vt ii qui in naui miraculũ videbant, & a mari ventisq; testimonium accipiebant, cum iuramento dicerent, Vere hic dei filius est. Quis pastor ita agnas suas placauit, vt Daniel efferos leones? Quis rex tam pernices Indos habet, vt Helias coruos? Quis discipulum ita absque murmure hospitalitatem exercere docuit, vt Ionas cetum in mari? Quorum armatorum exercitus, regem suum ita illæsum saluauit, & alienigenas ab impetu coercuit, vt Chaldaicus caminus Chaldæos ciues vrbis excussit, & Hebræos seruauit? Qui serui ita domino suo cum timore, & tremore obtẽperarũt? [Dominũ regnauit exultet terra, lætentur insulę multę: Et q̃ causa exultationis, & lętitię? Nisi q̃d boni magniq; factum esset, propheta non dixisset, Dñs regnauit. Christus.n. vbi regnauit, solutũ est peccatum, diabolus confusus est, dæmones fugerunt, aculei mortis confracti sunt, paradisus olim Adæ clausus apertus est. Supinæ peccacorũ nostrorũ extirpatæ sunt: & tribuli quidem eradicati sunt, a triplici aũt gratia caput meũ
C coronatũ est. Saluta mea ventus maledictio: Iã ego nõ timeo. Terra es, & in terrã reuerteris. In baptismate enim depositi terram, & cœlum indui: & nunc audio, Cœlum

Ionæ.1. a, & Mat.12. c

3.Re.17

Dan. 6. & 14. e. f

Ibi.3.c

Luc.8.d

Da.6.e & 14.f

g

3.Re.17

a

Ion.2.a

Ge.3.d

Iam es, & in cælum ascendes. Dominus ergo regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Non iam sub terra iaceo, non iam in abstrusis, & silentibus, tenebrosisq; diaboli specubus, & labyrinthis in inferno detineor. Meum est post hac nubes transcendere, & propter regnantem Christi gratiã
1.Th.4 d sursum in cœlum currere. Cuius rei testimonium nõ deest. Rapiemur in nubibus, inquit Paulus, in occursum domini, sicq; semper cũ domino erimus. Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Non iam Heua timet Adam approbrãtem, nam in maribus eius ruina reparata est. Nõ iam timeo serpentem aliorsum caput inclinantem, superq; ventrem euntẽ, ac calcaneũ obseruantem, Nõ iam timeo
Gen.3.c ictum virulentum: non.n. sum vltra terra, sed sal. Serpenti.n. dicit dominus maledicturus. Terram comedes iuxta dies vitæ tuæ. Ante Christi aduentum terra erã, comedebar a serpente: vbi autem venit dñs, in salẽ me mutauit. Discedilecte, quomodo sal fit: vt cum didiceris quomodo fiat, teipsum in re illa agnoscas. Sal ex aqua fit & vento. Sal meritò appellauit nos dominus, quoniam ex aqua & spiritu regenerauit. Dominus igitur regnauit, exultet terra, lętentur insulæ multæ. Quod autem non omnes, sed multæ, multę orthodoxorum ecclesię sunt, quę autẽ expertę sunt rectę fidei, hęreticorum sunt ecclesię: quomodo lętificabunt regem Christum, quẽ tam variis modis contumeliis afficiunt? si quidem vocare licet eorum conuenticula, ecclesias, & non potius vulpium cauernas? Sunt.n vulpes nõ imitatione naturę, sed volũtatis. Itaque si accedat dominum meum Christũ Arius, Eunomius, vel Macedonius, & dicat illi: Sequar te quocunque ieris: apositè etiam ipsi respondetur:
Cãt.2.d Vulpes foueas habent, & volatilia cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. De his dicit sapiens. Apprehendite nobis vulpeculas, quę demoliuntur vineas. Vulpeculæ, sunt hęreticorum discipuli, qui scilicet ingressi in ecclesias
E nostras fideles qui in vinea Christi, vt botri se exhibent, falsa doctrina subuertũt. Corrumpũt enim bonos mores colloquia praua. Dñs regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Deinde quid sequitur?
2.Co.15 b [Nubes & caligo in circuitu eius.] Nubis olim Hebræos ex Aegypto egredientes tegebat, radiosq; Solis feruescentes obscurabat, illos autem suis splendoribus illustrabat. At si clariorẽ nubem videre vis ascende in montem cum Petro Ioanne, & Iacobo, videbisq; illic nubem lucidam, & vocem è nube venientem: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Matt.3.d Quid autem est nubes, & caligo in circuitu eius? Aliud est nubes, alius caligo. Nubes est tenuissimus aeris lucidi contentus lucem aliquam de se emittens. Caligo vero crassior est, & nebulosa obtenebratio. Quomodo igitur, Nubes & caligo in circuitu eius? Prius ponitur nubes, postea caligo: ita in Christo primum est diuinitas, postea humanitas. Nubem dicendo, diuinam eius & luculentam deitatis pulchritudinem insinuat; caliginis autem nomine humanum significatur integumẽtum. F Hac enim caligine deus sermo viam suam occultauit. Audi & alio loco prophetam, dicentem: Carbones succensi sunt ab eo. Psal.17. Inclinauit cœlos, & descendit, & caligo sub pedibus eius: Pedes dei dixit, vt viam eius super terram significaret. Carbones succensi sunt ab eo, & inclinauit cœlos, & descendit, caligoq; ue sub pedibus eius. Occultauit enim viam suam tegumento carnis, vt ignota esset aduersariis virtutibus multifaria suæ sapientiæ via. Nam si cognouissent, dominum gloriæ vtique non crucifixissent: sicut & propheta dicit: In mari via eius, & semitæ eius in aquis multis, & vestigia eius non cognoscentur. Et vestigia eius non cognoscentur, dixit propheta. Eunomius autem diuinitatis generationem inuestigare audet. Et inclinauit cœlos, & descendit, & caligo sub pedibus eius: & ascendit super Cherubim, & volauit, & volauit super alas ventorum. Non quòd pennas habeat dominus, & volet, dicit propheta: Volauit super alas ventorum. Alæ ergo ventorum, quæ sunt? Vtiq; angeli vnde, & alibi dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem ardẽtem. Porrò quòd dixi caliginem crassiores tenebras, ne quis me fabulari putet, & non rem dicere, vt est, tollatur etiam hoc propheta ipse. Et ascendit super Cherubim, & volauit: volauit super alas ventorum, & posuit tenebras latibulum suũ. Quæris, quales tenebras posuit deus latibulum suum? Plane corpus: quia tabernaculum corporis sui dicit tenebras. Id te se-
1.Co.2 d Pf.76.d Pf.17.b Ibi. 103. G

quens.

quens psalmi versus doceat. Nam postquã dixit, Et posuit tenebras latibulum suum, adiecit dicẽs, [In circuitu eius tabernaculũ eius.] Vidisti eius nubẽ, cognouisti eius caliginem, & quid sit caligo. Nunc solue celebrem, & difficilis solutionis interpretationẽ, q̃ a multis quidem assertur, a paucis autem recte docetur. Dies diei eructat
Ps. 18.a verbum, & nox nocti indicat scientiam. Et posuit tenebras latibulum suum. Tenebras, discit scriptura, vocauit deus noctẽ. Nox eramus nos Gentes, noctem induit dominus. Nostrum etiam tabernaculum portauit. Dies diei eructat verbum, pater filio, secundum quod lux est dies, & dominus. Ego enim sum lux mundi, ait: Dies diei eructat verbum. Appropia Iordani, & ibi videbis, quomodo dies quæ supernè, ei
H quæ in flumine stabat, eructat verbum. Di
Matt. 3. d cit enim sic, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui: sed vt ne putes, quòd propheta spiritus sancti mentionem omiserit, cum dixit, Dies diei eructat verbum, disce dilecte, quòd triadem cõfitetur. Dies diei eructat verbum. Dies pater, dies filius verbũ, quod in medio aere volabat in specie colũbæ, spiritus sanctus. Testis est Pau
Ephe. 6. d lus, qui dicit. Gladiũ spiritus sancti, quod est verbum dei. Dies diei eructat verbum & nos nocti indicat scientiam. Nubes enim, & caligo in circuitu eius. Dies ipse, & nox ipse enim deus, & homo. Dies secundum deitatem, & nox secundum humanitatem. Nam in comparatione deitatis, nox est humanitatis, & hoc est q̃d ait, Posuit tenebras latibulum suum. Tenebras enim vocauit noctem. Nox nocti iudicat scientiam. Christus secundum humanitatem, nocti, omni terræ, hoc est omni humanitati, annunciat scientiam de patre, & seipso, & spiritu sancto. Nã ipsi gloria, & imperiũ, & in secula seculorum, Amẽ.

SERMO IOANNIS CHRYSOSTOMI *de confessione, super illud psal. Confitemini domino, quoniam bonus est.*

I
Ps. 106. a

SPiritus sanctus medelam purgãdi facinoris, & curam admissi delicti obtulit dum qualiter iram dei placaremus, ostendit. Non vult peccatoribus inferre vindictam, qui dare quærit cõfitentibus veniã. Nõ. n. vult irasci, qui præstruit, sanitati cõsulit qui medicinã vulneribus suggerit: misereri cupit, qui reo salutis cõsilia, & vtilitatis remedia tribuit. Cæterũ punire non vult, qui ad hoc præmonet, ne cogatur vlcisci. Vult aboleri offensam, si qui offendit, damnauerit culpã: vult confessione iam viuere eum, qui præcepta cõtemserat periturus: vt cui peccatũ attulit mortem, & cõfessio afferat sanitatem. Confessio. n. pœnitentiam monstrat: satisfactio veniam sibi diuina pietate concilia. Nec. n. poterit indulgentia tribui, nisi ira dei possit confessione placari. O veneranda pietas dei. Peccamus, & parcit, delinquimus, & ignoscit: offendimus, & adhuc placatus exilit. Vnde qualis erga iustos sit, monstrat: dum talem se erga peccatores ostẽtat. Nec peccator iam poterit excusari, qui confessionẽ, K
per quam venia nascitur, non properauit amplecti: quo possit reus gemino crimine detineri: dum primo legẽ cõtempsit, vt delinqueret, & cõfessionis remedia amplecti noluit, vt periret. Rapetu quisquis es peccator remedia, qui peccando diuina cõtemptis præcepta. Confessio afferat salutem, cui contemptus attulera mortem. Viue remediis, qui morituris fueras aliqñ peccatis. Consilia amplectere ad salutem data. Hortamenta diuina prouidè ac libẽter admitte peccatorum indulgentiam cõfessio ne instanti mereare. Quid horres fateri, quod libenter ac propere commisisti? Cur confunderis dicere, quod non confusus es pepetrare? Cur vereris domino indicare, quod veritus non es ipso præsente comitere? aut nunquid eum putas admissa nescire, nisi, a nobis, quę cõmisimus, noscat? Aut ignorare, quæ fecimus, putas, nisi nobis confitentibus discat? Peius est cõfiteri nolle, quam legem contemnere. Peius est admissi pœnitentiam spernere, quàm monita diuina despicere. Peius est dei offensam nõ satisfactione placare, quàm pecca- L
do dei bonitatem offendere. Et quamuis peccãdi causa grauior videatur, leuior tñ frequenter exilit dum cõfessione absoluitur, aut contumaciã debito mortis expungitur. Deniq; Niniuitæ confitentur, & viuunt: Sodomitæ obdurantur, & pereunt: Ion. 3. Ge. 19. c
illos impendens supplicium prouocat cõfiteri: hos vicinus interitus non confitendo efficit aboleri. Filii Israel, quoties peccant, hostibus tradũtur, quoties se peccas-

so fa-

se fatentur, de eorum manibus liberantur. Ita n. nullus vnq; peccato euasit: vt nullus cõfitendo indulgentiã dei non mereatur. Doceant diuina monita, si exempla docere non possunt. Cõfitemini, inquit, dño: qm bonus est. Bonum dñm hoc loco dicit: non iustum, quia qui bonum ostendit confiteri pſuadet. Peccatorem. n. bonus absoluit, iustus condemnat. Bonus indulgentiã tribuit, iustus merita peccatorum expungit. Apud iudicem bonum, confessio mater est indulgentiæ, apud iustum, pœnæ debitum. Bonus confitenti tribuit veniam, iustus cõpetentem infert pœnam. Vnde sic fit, vt qui confitendo, bonum sentire noluerit, iustum sentiat reticendo: & quem cõfessio posset absoluere, eius cõtumaciã possit seueritas iusti iudicis abolere. Quare consule tibi peccator, dum licet: dum q offensus est, suadet dñs: ad miserandũ dñs ipse paratus est, Nam si qui cõtemptus est misereri noluisset: rogares, vt vellet, cũ ipse misereri desideret. Qui offendit, rogando non desinat: liceat confiteri, cui peccare licuit: liceat petere veniam, cui licuit cõtrahere culpam: indulgentiam postulet, q mandata contempsit: veniam optet, qui legis iussa despexit. Confessio reddat, quod peccatũ detraxerat. Curet pœnitentia, qđ delictorum macula sordidarat. Serpẽtinũ virus, satisfactionis antidoto recuretur peccatorum venena precum instantia depellãtur: vt dũm, quę nobis delicta fecerãt iracũdũ, reddant obsequia digna placatũ. Et q a nobis fuerat peccatis offensus, confessio nobis misericors reddatur, & pius.

IN CVIII. PSALMVM.

DEus laudem meã ne tacueris. Quia os peccatoris, & os dolosi sup me apertum est. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odii circundederũt me, & expugnauerunt me gratis. Pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi ego aute orabam. Et posuerũt aduersum me mala p bonis, & odium pro dilectione mea. Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet a dextris eius. Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, & episcopatum accipiat alter. Fiant filii eius orphani, & vxor eius vidua. Nutantes transferantur filii eius, & mendicent, & eiciantur de habitationibus suis scrutetur, fœnerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius.] Magna hic nobis prudentia opus est. Verba enim, si consideretur sola prolatio, & quæ est ad manum auditio, perturbant multos eorum, qui non attendunt. Totus enim psalmus plenus est execratione, & per eã vniuersa peruasit oratio, eiusque qui dicit feruentem, & ardentem iram indicat, quæ non contenta eum vleisci, qui facit iniuriam, etiam in filios, patrem, & matrem extendi supplicium, & non vna ei sufficit calamitas, sed etiam mala malis cõiungit. Vide enim quot, & quanta imprecetur, dicens. Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet a dextris eius. Hoc est, sit obnoxius accusatoribus improbis hominibus, & insidiatoribns, nec eos possit superare. Hoc. n. sibi vult illud. Cum iudicatur, exeat condemnatus. Nec satis hoc duxit esse supplicii, sed cum hac condemnatione orat, vt etiam aliquis alius post illum illius honorem suscipiat, dicens. Et episcopatum eius accipiat alter. Et ne hic quidem sistit, sed etiã solum, qui erat ei relictus, portum obstruit, rogans vt ne dei quidem aslequatur clementiam, dũ dicit, Et oratio eius fiat peccatum. Quin etiam rogat, vt mortem subeat immaturã. Fiant, enim inquit, dies eius pauci. Atque ne hic quidem sistit, licet hæc sola dixisse sufficiebat. Ille vero etiam adiungit, quod quidem est animi valde incensi, ac inflammati, non vno, aut altero contentum esse supplicio, sed petere vt alia imponantur. Quæ autem deinceps sequuntur, sunt his multo grauiora. Eorum enim quos reliquit orbitatẽ, & viduitatem precatur. Atqui necesse est hæc eueniant postquam ipse excesserit, & tũ inter cæteras execrationes ea consequenter statuit, ira feruens. Et nec in orbitate quidẽ sistit, sed etiã post tales calamitates vlterius progreditur, mala eius amplificans, rogans, vt qui ex eo nati sunt, incertis vagentur sedibus. Nutantes, inquit, transferantur filii eius, & mendicent. Hoc est, errantes, & vagabundi ne necessarium quidem alimentum habeant, nec cessant assidẽ locum loco mutare, agitati, pulsi per omnem terram, & nusquam inuenientes locũ in quo consistant Cum his autem, eis etiam imprecatur inopiam, eamque extremam & into-

B διάβολος calumniator.

& intolerabilem, vt nec auxilium quidem assequatur a cognatis, sed obeat ab externis, & ignotis id petens. Audi autem quo hoc significans adiicit. Postquam.n.dixit, Transferantur filii eius, & mendicet, subiungit, Eiiciantur de habitationibus suis. Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius. Hoc est aliud genus calamitatis, sua bona diripi, & fœneratorem insidias perpeti, & omnibus modis probris, & contumeliis affici & quod est longè grauius, in tantis malis
D carere defensore Id autē præcatur, dicens Nō sit illi adiutor. Mala enim vel ipsa per se sunt intolerabilia. Quādo autem ne defensor, quidem adest, sunt lōgè grauiora. [Ne sic illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius.] Pape quantæ iræ magnitudo, qñ nec orbitatis quidem immaturitas misericordiam assequitur nō solum misericordiā imò ci ēt extremum exitiū affertur. [Fiant nati eius in interitum, In generatione vna deleatur nomen eius.] Vidisti orationē ira plenam, & quæ se non reprimit, & optat vt ipsi viuāt in varia, & multiplici atq; omnis adeo generis miseria, & absq; vlla nominis fama fūditus intereāt. Et perinde ac si non sufficiat filiorum calamitas, subiungit rursus. [In memoriā redeat iniquitas patrum eius, & peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dñm semper, & dispereat de terra memoria eorū.] Est.n. maximæ iracundiæ, ita minutatim discerpere quas generaliter dixit calamitates, & eas assidue versare. Postquam.n. dixit, in memoriam redeat iniquitas patrum eius, subiunxit, Non deleatur. Atqui idem est, ita tñ effecit, vt vtrunque
E diceret. Quod aūt vult dicere, hoc est. Interfice ipsum, occide, de medio tolle. Vidisti quotsint imprecationes. sed vis, ego eas rursus colligam. In malos, inquit homines incidat, accusetur, sit in eorum potestate, cōdemnetur, mortem subeat immaturam honore priuetur, & nec in suos quidē, sed in alienos eū translatum videat, vxor eius pereat, & filii eius paupertatem, orbitate, & vitam mendicorum sustineant, cōdemnentur, expellantur vndique, nullum habeant auditorem, a Dei beneuolentia excidant, nullus sit eis portus nec refugium, deleatur nomen eius è terra, pereat inglorius, & pater & mater luant pœnas suorum peccatorum, perdantur & funditus, intereant. Anno ea quæ dicta sunt, auditorem percellunt, & obstupefaciunt? Nūquid scire desideras quisnam est, qui sic est condemnatus? Si enim cum audimus hominem probris, & maledictis affici, rogamus adstantes, vt dicant quis sit, qui hæc audia, multo magis eum prophetam sic imprecantem audimus, necesse habemus discere, idque eum metu, & animo humili ac demisso, quis est quem tam vehemens inuasit iracūdia, quis est qui spiritum sanctum affecit tristitia, vt tot & tanta mala audiret. Psalmum ergo, si videatur, dicamus ab initio cum magna attentione. Nemo autem tumultuentur. Narrabo enim quam potero accuratissime, & diligentissime. Nō est enim paruum quod quæritur. Sed vnum quidem, & primum, quanam de causa cum is peccasset, qui probris appetitur, filii eius cum ipso puniuntur, & vxor, & parentes, secundum autem, quis est qui execratur, tertium autem quomodo princeps Apostolorum ostendit hunc psalmum dictum esse de Iuda, vel potius non totum psalmum, sed partem psalmi. Scriptum est.n inquit, in libro psalmorū. Fiat habitatio eius deserta, & in tabernaculis nō sit q inhabitet. Sed hoc nobis aliā rursus præbet quæstionem, non enim scripta sunt vtraq; in hoc psalmo, & ideo nō dixit hunc psalmum, sed totum librum, psalmorum. Illud enim fiat habitatio eius deserta est in alio psalmo, hoc vero, Et episcopatū eius accipiat alter in hoc. Petrus tamen vtrunque coegit in vnum testimonium. Quod etiam vbique facit Paulus, vt quando dicit, Veniet ex Sion qui eripiet, & auertet impietates ex Iacob, & hoc eis
G ex me testamentum quanto abstulero peccata eorum. Quid autem dixerit quispiam id quod dictum est, prophetiam, an imprecationem? rophetiā sub specie imprecationis. Nam etiam alibi tale, quid inueniemus. Quod Iacob quoque facit. Quoniam enim oportebat auditores iuuari ex iis, quæ aliis eueniebant, prophetias multas hoc modo figurant, vt vel ipso modo prolationis augeatur metus in republica. Neque enim perinde est si dicas, Hic hoc vel illud patietur, et si id vt iratus, & indignatus induxeris. Et quod hæc non temere pronuntiem, ex verbis propheticis hoc nobis manifestum reddam. Iacob enim cū esset moriturus. Venite, inquit, filius

Act. 1.

Psal. 68. Esai. 59. Ro. 11.

Gen. 49.

liis suis, & dicã, quid euenturum sit vobis in diebus nouissimis, & cum esset prophetaturus, statim a principio tanquã ira quadam percitus, incipit prophetiã ab imprecatione, si dicens, Rubem primogenitus meus, durus ad ferendum, durus & contumax, effluxisti vt aqua non crescas, futurũ eius exitium prædicens sub specie imprecationis. Ita rursus qũ bona dicit narrat, sub specie precationis, dicẽs, Det tibi deus H de rore cœli, & de pinguedine terræ. Hoc autem est prophetia. Quòd autem hoc nõ sit humanæ affectionis clarum est. Nam in Gen. 9. Chanaam quoque pater eius hoc facit, dicens, Erit Chanaan seruus eius, vt scias, ꝙ deus præueniẽs eos, qui iniuria afficiũtur, eos qui iniuriã faciunt persequitur. Quinetiam Christus quoq; tali figura vsus est, Mat. 11 Luc. 10. sub specie prophetiæ magis reuocãs, & lugentem imitans, & dicens. Væ tibi Chorazim, væ tibi Bethsaida. Et rursus, vt quando dicit, Hierusalé, Hierusalé, quæ occidis Mat. 23 Prophetas. De quonã ergo dictus est psalmus? Nonnulla de Iuda, spiritu per Dauid prophetante: reliqua autem de aliis. Hic enim rursus est prophetiæ modus. Sæpe autem inueniemus eum ita esse compositũ, vt proœmia quidem in alium, reliqua aũt dicantur in alium. Vt autem hoc ipsum etiam aliunde videas, quãdo iudæi ingressi sunt in terram promissionis: Diuidens duodecim trib⁹ in duodecim partes, iubetur Naue filius has, quidem benedicere, illas vero maledicere: Benedictio ergo & Deu. 28 maledictio erant prophetiæ eorũ, q̃ erant I euentura. Dicebat enim. Maledictus tu in ciuitate maledictus in agro, & innumerabiles eiusmodi imprecationes tribus componentes, effecerunt longam orationem. Hoc hic etiam dici potest, sub specie execrationis compositam fuisse prophetiam, quæ & quæ Iudę erant euentura annuntiat, & prędicit, & post illum etiam aliud tractat argumentum, nępe aduersus eos, qui insurrexerunt aduersus sacerdotium, vt sciamus, quantum sit malum in dei sacerdotes insurgere, doloque & iniquitate aduersus eos vti. Quę enim dicta sunt, nõ aliud sunt, quàm doctrina eorũ, quę sunt euentura iis, qui propinquos iniuria afficiunt, qui insurgunt cum dolo, & depraua to animo in eum, qui nullam fecit iniuriã. Quòd si æquum censet, vt etiam filii puniantur, ne te conturbet, ò dilecte. Hic n. dicit filios eos, qui fuerunt socii ac participes eorũ improbitatis. Scit enim scriptura appellare filios, & eos, qui sunt cognatione filii, & eos, qui fuerunt socii aliquorum improbitatis, etiam si non sint naturã filii, vt quando dicit. Vos filii diaboli Ioan. 8. estis Atqui non erant iudæi natura diabo li filii. Quomodo enim essent filii eius, qui est incorporeus, cum ipsi sint carne circundati? sed societate improbitatis attraxerũt ad se cognationem. Ita etiam eos eiicit a cognitione Abrahæ, dicens, Si essetis filii K Abrahæ, opera Abrahæ feceritis. Quod n. Ibid. filius non punitur pro patre, nec pater ꝓ Ezc. 18 filio, cuius est manifestũ. Hoc enim ostenditur in lege dictum esse, præterquam nisi ipsum referat, & tunc nõ pro filio, sed pro sua ponitur socordia, sicut Heli. Si autem videtur, psalmum prosequamur ab initio. Deus laudem meam ne tacueris. Alius aũt interpres dicit, Deus laudationis meæ, ne obsurdueris. Alius, Ne silueris, hoc est, ne prætermiseris punitionem, sed pœnas sume de iis, quæ facta sunt. Tu es enim gloriosus, magnus, & potens hæc corrigere. Quoniam os peccatoris, & os dolosi super me apertum est. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa. Et sermonibus odii circundederunt me, & expugnauerunt me gratis. Pro eo, vt me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam. Vidisti insignem improbitatem. Vidisti insidiarum conspirationem. Vidisti studium, & præmeditationem. Hoc enim deum maxime irritat, quando consulto, & præmeditato, & dedita opera ab improbis mala fiunt. Aliud L est enim cum quis deceptus, & seductus labitur, aliud cum quis vitium, & improbitatem exercet, & aliud rursus, quod est crimen maximum, quando se improbe gerunt in eum, qui non est improbus. Dicendo enim, pro eo vt me diligerent detrahebant gratis, nihil aliud significat, quàm quòd in benefactorem, & eum, qui dignus est amari, & bonam remunerationem consequi, se omnino contra gerunt. Ego autem orabam. Vidisti philosophiam, vidisti moderationem, vidisti mansuetudinem, vidisti animæ pietatem, & religionem. Non armabar, inquit, nec contra eum acié instruebam, sed ad te confugiebam, tuum implorabam auxilium, tuam opem, arma tua potentissima, tuum inexpugnabile præsidium. Deinde cum de Iuda dixisset,

quomodo

quomodo seipsum condemnauit, quomodo se suffocauit, quomodo eius Apostolatus translatus est in alium, rursus prius argumentum persequitur. Nam hæc quoq; est prophetiæ species, quod dicitur interrumpere, & aliquam historiam iniicere, & vbi eã recensuerit, rursus ad priora reuerti. Obscurata est enim prophetia propter
M ingratum iudæorum animum. Significat ergo, vt iam dixi, aliquem, qui in sacerdotium parauit insidias post tẽpus reuersionis a Babylone. Qui sunt autem diligentiores, hoc sciunt, vt qui historiam perlegerint. Ei ergo magna mala prædicit, nempe, vt sit omnibus defensoribus defectus, & rogat, vt omnis ei portus obstruatur, & nullam assequatur humanitatem, clemẽtiam, nec veniam. Hæc autem, vt ante dixi, & assiduè dicere non cessabo, videntur quidẽ esse imprecatio, sunt autẽ prophetia, quæ ostendit quomodo deus irritatur, quando insidiæ parantur sacerdotio. Deinde sigillatim persequitur calamitates, & dicit. [Per eo quod nõ est recordatus facere misericordiam. Et persecutus est hominẽ inopem, & mendicum, & compũctum corde mortificare.] Hoc est extremæ crudelitatis, hoc summæ inhumanitatis, qñ non solum insidiatur quispiam, sed ei insidiatur, qui potest mouere ad clementiam, & flectere ad commiserationem. Quid est enim eiusmodi, ad ferarum sæuitiã deductus est imò vero ad illis sæuior effectus est. Feris enim feritas natura insita est, hic autẽ ratione ornatus, suam nobilitatem improbi
A tati prodidit. Et illæ quidem cum iis, quæ sunt eiusdem generis, quandã amicitiam seruant, & mansuetudinem, hi autem ne communem quidem naturam sunt reueriti, sed cuius oportebat misereri, quẽ ferre, & erigere, eum deturbarũt, & euerterunt. [Et dilexit maledictionem, & veniet ei. Et noluit benedictionẽ, & elõgabitur ab eo.] Postquam multas calamitates ei imprecatus est, ostendit deinceps non ipsum, sed illum horũ fuisse principium, & causam, vt qui factis quidem suis dei auxilium repulerit, diuinam autem vindictã attraxerit. [Et induit maledictionem sicut vestimentum suum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.] Hic & plagæ vehementiam, & supplicii stabilitatem ostendit, significans mala omnibus hominibus è domo sua, & animi sui sententia proficisci, qui factis quidem, & actionibus bona quidẽ repellunt, in suppli
B cia autẽ seipsos iniiciunt. [Fiat ei sicut vestimentũ quo operitur, & sicut zona, quæ semper præcingitur.] Hoc autẽ dicit, ostendens iram dei ineffabilẽ, quæ eos, qui sunt eiusmodi persequetur. Quod autem dicit, est eiusmodi. Mala eos ita tenebunt, vt ne vllam quidẽ mutationẽ habeant. In eis. n. firma manebunt, & stabilia. Deinde ostendens, & castigat improbitatem, & vitium corrigit, & vt non in illum solum, sed etiã in omnes, qui sunt iis, quæ dicuntur obnoxii, hæc statuetur sententia, subiunxit. [Hoc opus eorũ, qui detrahũt mihi apud dominum, & qui loquuntur mala aduersus aiam meam.] Ideſt, Hæc est pœna, hoc est supplicium eorum, qui mihi aduersantur, qui insidiantur, qui bellum gerunt. Et qui loquuntur mala aduersus aiam meã. Ergo etiam pro verbis exigitur ratio, & vt eis sumuntur pœnæ acerbissimæ. Absolu
C ta itaq; de his oratione, ad deum rursus cõfugit pro eius impetrando auxilio. Neq; enim sistit in pœna eorum, qui parant insidias: sed ostendens, quòd qui malis afficiuntur, habent etiam deum vltorem pro iis, quas accipiunt iniuriis, ipsiq; firmam ac validam allequuntur defensionem, subiungit dicens. [Et tu dñe fac mecum propter nomen tuum.] Vide gratum, & pium aiam, vide humilitatem. Quanuis. n. satis iustam causam haberet petendi auxilii, vt mala patereretur. Hoc enim potest videri in multis locis scripturæ, vt qui ab hominibus iniuste malis afficiuntur, libere petendi a deo auxilii iustam, & honestam, habent occasionem. Ille autem prætermittens hoc dicere, confugit ad solam dei clementiam, & dicit, Et tu domine fac mecum propter nomen tuum, propemodum Hoc dicens. Non quoniam sum dignus, sed propter teipsum, quoniam es clemẽs, & misericors. Et ideo subiũgit. [Quia suauis est misericordia tua.] Hoies enim sæpe non sunt eiusmodi, eo. n. sæpe vtuntur ad detrimentum, & exitium, sed deus semper ad vtilitatem. [Libera me quia egenus & pauper sum ego. Et cor meum cõturbatum est intra me.] Vides eum rursus orare vt seruetur, non vt qui sit dignus, nec iustus, sed vt qui sit omnino euersus, vt qui confectus, vt qui mala passus innumerabilia. [Et cor meũ conturbatũ est intra me.]

Talis

Talis enim, & tanta est vis calamitatum, non corpus solum vexit, verumetiam cõ turbat animum. [Sicut vmbra cum declinat ablatus sum. Et excussus sum sicut locustæ.] Genua mea cofirmata sunt a ieiunio. Dicit vehementes insidias eorum, qui illum iniuria affecerunt, & malignitatem
D ineffabilẽ, & rursus studiũ, ac diligentiam quã ipse in eis adhibuit. [Genua mea infirmata sunt a ieiunio. Et caro mea immutata est propter oleũ.] Vides quænã arma cõparat aduersus insidias, & eã, qua in eũ vtebantur malitiã. [Et ego factus sum opprobriũ illis. Viderũt me, & mouerunt capita sua.] Tales sunt improborum animi, nõ modo non cedunt qũ viderint iustum eis opponentem pietatem, ac religionem, sed eis etiam probra ingerunt, eosq; ludibrio habent, & insultant. Quid hic autem? Ad auxilium inexpugnabile, ad opem confugit insuperabilẽ, dicẽs. [Adiuua me domine deus meus, saluum me fac secundũ misericordiam tuã. Et sciant quia manus tua hæc, & tu domine fecisti eam.] Quid est manus tua hæc? Tuum auxilium, tuum, inquit, præsidiũ. Nolo. n. solummodo seruari: sed illos etiã scire a quo seruatus sum vt sit mihi duplex trophæum, duplex corona, ingens gloria. [Maledicent illi, & tu benedices. Qui insurgunt in me cõfundantur. Seruus aũt tuus lætabitur.] Docet hoc auditorem quandam philosophiã. Ostendit. n. quòd etiam si diris innumerabilibus deuoueãt si deus benedicat, nihil detrimẽti ex eis accipietur, sed in ipsos vertentur probra, & ignominia. [Seruus aũt tuus lætabitur in te.] Rectè dixit, in te, significans illic proficisci lætitiam, vnde bona suppeditantur. Restat vt nulla me possit perturbare molestia, cum tua mihi maneat integra lætitia. [Induantur qui detrahũt mihi pudore. Et operiantur sicut diploide cõfusione sua.] Vide qũo rursus rogat, vt nõ solum tradantur supplicio, sed etiã pudori, & ignominiæ, vt id sit eis doctrina correctionis, & argumentũ mutationis in melior a.] Confitebor dño nimis in ore meo. Et in medio multorum laudabo te. Quia astitit a dextris pauperis. Vt saluã faceret a persequentibus animam meam.] Pro his omnibus, deũ remuneratur hymnis, laude gratiarum actione. Præclara. n. eius facta apud oẽs annunciare, in medio theatro prædicare ea, quę ab illo collata sunt, hoc est sacrificium, hoc est oblatio. Dei beneficia habere perpetuo in memoria, eaq; mẽti suę imprimere, & ore prædicare, & facere, vt eius beneficia a multis audiãtur. Nã & qui beneficium acceperit, pro grato animo mercedem accipiet, & maius Dei in se F auxilium attrahet, & qui audiunt, ex iis, q̃ aliis facta sunt euadent meliores, & ad virtutem persequẽdam accipient maximum incitamentum ex beneficiis, quę ab aliis accepta sunt.

IN CIX. PSAL.

DIxit dñs Domino meo sede a dextris meis.] Exurgamus quæso, & animũ intendamus. Psalmus enim disserit de valde magnis contemplationibus, non vni soli hæresi, sed variis, & diuersis obsistens. Nã & aduersos Iudæos, & aduersus Paulũ Samosatenum, & aduersus Arrianos, & aduersus Marcionistas, & aduersus Manichæos, & aduersus oẽs, q̃ resurrectioni nõ credunt, struit aciem. Qm̃ ergo contra tot aduersarios instructa est acies, nobis quoque multis oculis opus est, vt quæ sit luctã di ratio, & qũo muaduntur, exactè considerare possimus. In externis enim certaminibus, etsi aliqua eorum colluctandi, & cõcertandi ratio minimè animaduersa fuerit, in iis non lædetur spectator. Non enim doctrinę, sed delectatiõis gratia illud theatrum eo coactum est. Hic autem nisi exactè cognoueris vndenam aciem suam instruit, & vnde nos eum aggredimur, non leue detrimentum senties. Ne hoc ergo G tibi eueniat, mentem tuam excita, arrectę, & attentę tibi sint aures. Iudæos primum inuadimus, aduersus illos aciem instruimus, ex his verbis huius prophetę auxilio vtentes. Cum nos enim dicamus hæc de Christo dicta esse, hęc quidem non admittunt, fingunt autem quædam alia. Quę ergo dicunt primum conuincamus, & tunc id quod dicimus confirmabimus. Atque nunc quidem eos primum rogemus, quis est huius iusti Dominus. Dixit, enim inquit, Dominus Domino meo sede a dextris meis. Non meminit enim hic vnius personę, sed vnius, quę cum vna altera loquitur. Quem nam, ergo dicunt esse eum qui dicit? Deum. Qui autem audit Abraham. Alii verò Zorobabel, & alli alium. Vt ebrii, & nihil

nihil quod conueniat loquẽtes, imo vero sicut, qui in tenebris ambulant, & pulsant alter alterum. Quid ergo, dic mihi quęso, Estne Zorobabel Dauid dominus? Et quomodo fuerit hoc consentaneum, cum ipse pro magno honore Dauid appellatus sit? Porrò autem ea, quæ consequuntur ostendunt nihil hic dictum esse de Zorobabel, H nec de Dauide. Nullus enim eorum honore Sacerdotali functus est. Hic autem dictum est de aliquo, qui nouum aliquod, & admirabile Sacerdotium obiit. Tu es, enim inquit, Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Sed núc quod est præsens explicemus. Dicunt enim adhuc alia quædam hic vaniora, dicẽtes hæc dicta esse de populo. Sed neque populus fuit sacerdos: neque alia, quæ dicta sunt ei possunt conuenire. Eo itaque tanquam inani prætermisso, & quod non opus habet probatione, vt euertatur, aliud quod dicunt in medium adducamus. Quid ergo rursus dicunt alii? Quòd filius Abrahæ hæc dicit de domino suo. Et quid possit eo esse vanius? Qui enim hic vult filius Abrahæ? Vbi autem sacerdos fuit eius dominus qui etiam ipse sacerdote Melchisedec vsus est, & petiit ab eo benedictionem? Quomodo autem fuerit consentaneum, dictum esse de Abraham, Ex vtero ante Luciferum genui te? Quomodo autem, vel I Dauid, vel Zorobabel, vel populo hęc conuenerint? Naturam enim humanam superat, quod dictum est. Illud autem, Sede a dextris meis, quamnam habuerit interpretationem, si personæ illæ positæ fuerint? nullam. Quomodo autem dixit Abrahæ, sede a dextris meis, qui vel Angelis assistere, duxit esse dignum honore maximo. Sed quidnam est, quęso quod pro suo dicunt sapientia? Et quomodo, inquiunt, Dout.6. alium introducis dominum, cum aperte dicat scriptura, dominus deus tuus dominus vnus est, & eum solum coles, & præter ipsum non est deus? Cui itaque, dic quęso, hoc dictum est? Immemori, & ingrato tuo animo hęc maxime dicta sunt, O Iudęę. Cur enim Abrahę nihil eiusmodi dictum est, non Isaac, non Iacob, non Mosi, sed tibi soli, postquam ex Aegypto egressus conflauisti vitulum? Quanam ergo de causa dic mihi? Quod si ipse dubitas, à me causam edisce. Quoniam enim egressus vitulum conflaueras, & Beelphegor fueras initiatus, & deorum populum admirabaris, nefariam illam deorum multitudinem inducẽs: morbum tuum reprimens, ad deos, qui non sunt, distinguendos, posuit illud. vnus, non vt tolleret vnigenitum. Quanã enim de causa statim in proœmiis dictum est, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram? Et rursus, Agedum descendamus, & confundamus linguas eorum. Et rursus Dauid, Propterea vnxit te deus, deus tuus oleo lętitię prę consortibus tuis. Si autem Moses dicit, dominus deus tuus dominus vnus est: imbecillitas vestra fuit in causa. Et quid mirum si hoc in dogmatibus factum est, qũ etiam in rebus, à perfectioribus ad minus perfecta deduxit deus orationem, se demittens ad nostram imbecillitatem. Quocirca & vxorem hãc quidem eiicere, illam vero permisit introducere, cum non hanc legem tulisset ab initio, ciborum quoq; magnum fecit discrimen, licet contrarium dixisset, ab initio, Tanquam olera agri dedi vobis omnia. De loco quoque multas leges sanxit, non permittens vbique preces ad deum peragere, quanuis ne hoc quidé constituisset ab initio. Quin etiam in Persarum regione Abrahę visus est, & in Palęstina, & vbique, & Mosi post hęc in solitudine. Quid ergo? Repugnatne sibiipsi scriptura? Absit. Sed omnia pro tempore administrat, & dispensat ad vtilitatem, L vniuscuiusque generationis imbecillitatem corrigens. Et ideo tibi quidem dictum est. Dominus deus tuus dominus vnus est. Quod autem habet etiam filium, Prophętę etiam in libris suis posuerunt, & neque valde apertè dixerunt, ne tuã offenderent imbecillitatem, nec celarunt, vt post hęc tibi cõcederet resipiscere, & ex propriis libris colligere decreta veritatis. Ita etiam maximè prophetas, poterimus prophetas esse ostendere, & vt fide dignum sit vetus testamentum efficere, quando cum gentibus differimus. Nam si hoc sustuleris, quomodo os gentibus obstrues? Quid enim dices, exitum ex Aegypto, & quę de te prędicta sunt? Sed ea non valde admittet. Si autem narraueris, quę de Christo dicta, sunt in veteri, & ostenderis rerũ veritatẽ testari euentum Prophetię, ne poterit quidem resistere. Si autẽ nostra reprehendas, ò Iudęe, quomodo vetus testamentum defendes? Siquis enim tibi dixerit, Quomodo sunt

Exo.32 Nu.25. Psa.115. Gen.2. K Gen.1. Psal.44. Deu.24 Mat.19. Leu.11. Gene.2 Deu.12 Gen.12 Esa.9.11. 53.65.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

do sunt vera, quę scripsit Moses, quid dices? Quia eis credidimus. Multo magis ergo nostra vera sunt, nam nos quoque credidimus, & vos quidem estis vna gens, nos
M autem vniuersus orbis terrarum, & vobis nō sic persuasit Moses, vt nobis Christus, & vestra quidem cessarūt, nostra vero stāt. At ex prædictionibus. Sed sunt maiora, q̄ sunt apud nos. Nostra ergo si sustuleris, tuis vmbram offundis. At ex signis. Sed vos quidem Mosis nullum potestis signum ostēdere, fuit enim, & transiit nos autem Christi multa, & diuersa, quę adhuc nunc fiunt, & prædictiones, vel sole clariores. At ex legibus. Sed nostra plus in se continent sapientię. Sed quidq; prohibentibus Aegyptiis egressi estis. Sed longe maius est orbem terrarum bellantem superasse, quàm solos Aegyptios vicisse. Et ex dico, non vt vetus cum nouo committam, absit, sed ingratorum Iudæorum volens os obstruere. Nam & hæc: & illa ab eodem deo, & data, & facta sunt. Sed illud volo probare, q̄ Iudæis sublatis de Christo prophetiis, euertit maximam partem prophetiarum, nec posset aperte ostendere nobilitatem veteris, nisi nouum admiserit. Quod autem non de homine dicta sunt, & ex eo quod dicitur, sede a dextris meis, & quod nominatur Dominus æque ac dominus qui dicit, & quod ex vtero ante luciferum sit genitus, & ex eo quod sit sacerdos secūdum
A ordinem Melchisedec, & ex eo quòd dicitur, Tecum principium tuum iis qui sapiunt clarum est. Quod si alius nobis rursus emergat Iudæus, Christiani personam suscipiens, Paulus, inquam, Samosatenus potest quidem etiam aduersus eum dici ex nouo. Sed ne videamur relictis præsentibus ad aliam aciei partem transire, eum hinc quoque inuadimus. Quid is ergo dicit? Homo est, inquit, solummodo, & ex quo ex Maria natus est, ex illo tempore tātum habet essentiam. Quid ergo, dic quæso dices, ad illud dictum, quod habet, Ex vtero ante luciferum genui te? Oportet autem alia, quæ ad Iudæos dicta sunt, etiam ad eos dicere, qui ab eo processerunt. Nec nos in causa sumus. Sed hi ipsi habent cum eis magnam dogmatum cognitionem. Vnde etiam eisdem armis in eos vtamur. Eos enim qui similiter bellum gerunt, oportet eisdem iaculis confodere. Quid sibi vult sedis societas? Hic enim ostenditur horis æqualitas, quod satis est ad obstruendos Arrii. Et ideo Christus quoq; apud Iudæos dicens Christum esse filium Dauid subiunxit, Quomodo ergo Dauid vocat eum dominum in spiritu dicens, Dixit dominus domino meo sede a dextris meis? Paulus autem de humanitatis susceptione postea tractans, & eam apertius interpretans, & Marcioni, & Manichæo, & iis omnibus, qui simili morbo laborāt, certum vulnus infligit. Interpretatur. n. cum ea qua par est prudentia, quomodo fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedec. Nos autem rursus ad propositum reuertamur. Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Vidisti æqualitatem honoris. Vbi enim est thronus, illic est signum regni. Vbi autem thronus vnus, est eiusdē regni honoris æqualitas. Quocirca Paulus quoq; dicebat, Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ad filium autem Thronus tuus deus in sæculum sæculi. Ita etiā Daniel videt vniuersam quidem creaturam assistentem, & Angelos, & Archāgelos, filium autem hominis venientem in nubibus cœli, & peruenientem vsq; ad antiquum dierū. Quod si nonnulli offendantur ex eo quod sic dicamus, audiant eum sedere a dextris, & de
C sinant offendi. Quemadmodum enim nos non dicimus eum esse patre maiorem: ita nec tu eum minorem & inferiorem dixeris. Id. n. significat societas sessionis. [Donec ponam inimicos tuos scabellum pedū tuorum.] Et quinam sunt inimici? Audi Paulū dicentem. Primitiæ Christus. Deinde qui sunt Christi, in aduētu eius, deinde finis. Oportet enim eum regnare quousq; posuerit oēs inimicos suos sub pedibus suis. Vidisti propheticorum, & Apostolicorum verborum concentum, & cōcordiā. Hic enim dicit, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, & Paulus, Quousq; posuerit omnes inimicos suos sub pedibus suis. Sed neque illic illud donec, neque hic hoc, Quousq; sunt termini temporum. Quomodo enim steterit illud propheticum, quod dixit, Potestas eius potestas æterna quę, nō prēteribit, & regnū eius regnum quod non peribit in sęculum sęculi, si ad ea vsq; tēpora sit regnaturus? Vides non esse solummodo attendendas dictiones, sed esse ascendendum ad intelligentiam. Tu aūt cum audis prophetam di-

B Mat. 22.

Heb. 7.

Heb. 1

Dan. 3.

1. Co. 15

Dan. 7.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

centem, Patrem ponere sub pedibus eius, ne ex eo conturberis. Neque enim hęc dicta sunt, quod sit imbecillius filius. Paulus
1.Co.15 enim ostendit filium ponere inimicos sub pedibus suis, dicens. Oportet.n.eũ regnare quousq; ponat inimicos suos sub pedibus suis. Et rursus ei quoq; vniuersum tribuit, dicens. Quando tradiderit regnum deo, & patri, quãdo deleuerit omnem potestatem, & virtutem. Hoc est, quando regnum recte administrauerit, cessare faciet omnem potestatem. Hoc n sibi vult illud catargesei, id est, otiosam reddet. Quòd autem dicit vniuersum eius esse, patrem ab ipso non separat, sicuti, nec filium a patre diuidit. Quæ. n. sunt illius, sunt huius, &
Ioã. 17. quæ huius, sunt illius. Et ideo dicit, Omnia mea tua sunt, & tua mea. Qũ ergo audieris patrem subrecisse, ne existimes vinctum esse filium ab eo præclaro facinore, & si intelligas filium subrecisse, ne dicas patrem esse ab eis alienum: Quę.n. pulchre ac
Ioan. 5. præclare fiunt, sunt communia, quemadmodum, & ossa opera communia. [Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex Sion.] Virgã virtutis, seu potestatis, vocat ipsam
E potestatem. Meminit autem Sion, quoniã quæ præclare gesta sunt, illinc sumpserũt initium. Illic enim legem dedit, illic fecit miracula, illic cœpta prædicatio per vniuersum orbem terræ diffusa est. Quod si velis, quod dictum est sumere anagogice, audi Paulum dicentem. Sed accessistis ad mon
Heb. 12 tem Sion, & ciuitatem dei viuentis, Hierusalem cœlestem, & ecclesiam primogenitorum. Virgam virtutis emittet dominus ex Sion. Virga aliquãdo quidem castigat, & beneficio afficit, aliquando autem consolatur, & est signum regni. Et q̃ sit vtrunque, audi prophetam dicẽtem. Virga tua,
Psal.22. & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Et
Psal.2. rursus, Reges eos in virga ferrea, tanquam
1.Co.4. vasa figuli confringes eos. Et Paulus, Quid vultis in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu lenitatis? Vidisti quo sit virga castigationis: vide quomodo sit etiam
Isa.11. regni. Dicit.n. Esaias, Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.
Psal.44. Et Dauid, thronus tuus deos in sæculum sæculi, virga rectitudinis virga regni tui. Virgam. n hic vocauit virtutem, cum qua Discipuli orbem terræ obierũt, mores corrigentes, & a quodam alieno a ratione vi-
F tio deducentes ad hominum naturam rationis compotem. Euntes, inquit, docete omnes gentes. Habuit etiam Moses virgã, sed cum susceperit dei operatione, per quã operabatur in omnibus. Et illa quidem diuisit fluuios. Hæc autem fregit impietatẽ totius orbis terrę. Neq; vero aberraueris, si crucem quoq; domini voces virgam virtutis. Hęc enim virga mare, & terram conuertit, & magna potestate repleuit. Cum hac virga egressi Apostoli per vniuersum orbem terræ, omnia illa fecere. Hanc gestantes oia proficiebant, sumpto principio a Hierusalem. [Et dominare in medio inimicorum tuorum.] Vide prophetiam ipso sole clariorem. Quid est autem, dominare in medio inimicorum tuorum? Pro eo qđ est, In mediis gentibus, in mediis Iudæis. Ita enim plantatæ sunt ecclesiæ in mediis vrbibus, ita vicerunt, & superiores euaserunt. Hoc est præclaræ victoriæ argumentum, quod in mediis hostibus altaria erexerint, quòd tanquàm oues, & agni essent in medio luporum. Hoc enim eos quoque mittens, dicebat. Ecce mitto vos tanquam oues in medio luporum, quòd nõ est quidem minus priore miraculo. Non est enim minus, eos qui ouium locum obtinent, lupos vincere, quam eos, qui sunt in mediis intercepti, esse superiores. Quinetiam multo est maius eos, qui erant numero duodecim, ad se vniuersum orbẽ terræ attraxisse. Et dominare in medio inimicorũ tuorum: Non dixit, vince in medio inimicorum tuorum, sed Dominare, vt ostenderet nõ erigi trophæum fusis in acie hostibus, sed ex iussu significari dominũ. Ita enim vincebant Apostoli Christum in se habentes, omnia facientes tanquam ex imperio, Vnde etiam erat eis omnis domus aperta, & qui credebant, erant quouis seruo obedientiores, facultates suas vendentes, & earum pretia ponentes ad pedes Apostolorum, & nec ad vsum quidem suum audentes aliquid accipere, eosq; adeo magnifaciebant, vt ne se quidem eis auderent adiungere. Non solum autem habebant tantum virium in fidelibus, sed etiam in infidelibus. Quodnam enim est, dic quæso, serui iudicium? an non id facere quòd iubet eius Dominus? Quod autem lignũ Domini? An non ea in seruis perficere, quæ velit? Quinam ergo perfecerunt ea, quæ voluerunt in Regibus, & principibus? An nõ Apostoli? Manifestum est. Re-

Mat.28. Exo.4. Exo.14. Coll.1. Act.3. Act.4.

ges

ges enim, & Princeps volebant tenere orbem terræ in impietate. Iubebant.n.colere dæmones, contra autem Apostoli, fiebant autem ꝙ volebant. Quòd si mihi dicas carcerem, flagella, & torméta, dicis mihi maiora dominia. Qũo, & quanam ratione? Quòd quanuis hæc fierent, fiebat tamẽ nihilo secius quod volebant. Non.n. lege multorum Dominorum, sed virtute hoc sibi asciuerunt dominium, ꝙ nullo externo indiget, sed dum omnium petitur insidiis, resplendet. Illos n.dominos serui paratis iusidiis sæpe de medio sustulerunt: qñ erat imperfectum, & imbecillimum dominum, hoc autem non potuerunt extinguere, sed insidias molientes id longe clarius reddidere. Quis fuerit igitur dominus præclarios, is ne qui innumerabilibus opus habet auxiliis, vt seruos in officio contineat, an qui est liber ab iis omnibus, & eos, qui sunt sub suo domino ꝙ sua potestate tractat, & fert, & agit? Clarũ est hunc esse præclariorem. Domini enim
I qui hoc obtinent multorum dominium, nisi leges habeant opitulantes, & eos iuuet quod in ciuitatibus habitant, sæpe cũ domino vitam quoque amiserint. Paulus
Act. 13. 14. 17. 18. autem, & in solitudinibus, & vbiq; suum ostendebat dominium. Vis etiam videre ipsum clariorem Regibus? Tulit leges per vniuersum orbem terræ, & Regem relictis legibus, illius scriptis obtemperabant. Et alioqui illi quidem in corpora: hi vero in animum dominium obtinebant. Quis ita seruus domino, vel qui sub Regis ditione est, Regi cum tanta beneuolentia paruit, vt fideles Paulum tãtum scribenti literas? Quis dixerit eorum desiderium, & vehe-
Gala. 3. mentem pro eo æmulationem, cum vel ipsos oculos essent parati effodere? Quis tales vnquam seruos habuit? Quæ omnia Propheta mente agitans, quomodo fideles quidem subiunxerũt, erant autem terribiles infidelibus, eos per vim expellentes, & quomodo Christus per ipsos obtinebat imperium non dixit, sed tantummodo Kyrieue, hoc est, Dominare in medio inimicorum tuorum, sed cata Kyrieue, hoc est, Dominatum obtine, vehemens, & amplũ dominium significant. Et hæc cum viderent hostes, nihil facere poterant, etsi leges secum haberent, lictores, & omnem potestatem, sed erant hi potentiores propter
K eum qui in ipsis habitabat. Hic per ipsos dominatum obtinuit. Non solum dominatus est, sed etiam arcem, & vehementem in eos dominatum obtinuit. Propter eum enim qui in eius habitabant, & ignem, & ferrum, & bestias, & omnia alia confidenter adhibant, Ad omnia enim cum eis erat Christus, qui etiam tanquam in alienis Mat.28. corporibus decertantes, & liberi ab omni molestia rerum ad vitam pertinentium, ita gaudebant, & ita exiliebant, a Christi Acto. 5. dominio occupati, non pecunię, non corpori, non vitæ præsenti parcentes. Et hæc quidem faciebant, qui aliquando fuerant hostes aduersarii, sed inuicta dei potentia non solum eos liberauit ab inimicitiis, sed etiam in tantam deduxit seruitutem, & necessitudinem. Quamobrem etsi dicatur pater ponere inimicos sub pedibus suis, non ita dicitur sicut dixi, tanquam filio nihil agente. Vniuersum enim ab vni- Io. 1.& genito factum est, sed, vt sicut prius dixi, 15. Patrem, & filium vnum esse deum intelligas, seruata vnicuique sua proprietate, & ne esse duos existimes ingenitos. Quòd e- L nim quod factum est totum ab eo factum sit, cõsidera ex iis, quæ iam facta sunt. Nec vero, quæ dicta sunt, humano tantum more intellige, magna enim sequeretur absurditas. Vt autem tu quoque intelligas, audi ea, quę sum dicturus. Ex hominibus alii quidem facti sunt amici, qui prius inimici fuerant, alii vero adhuc manent inimici. Cęterum, quod inimicos quidem ipse amicos fecerit, & Paulus significat, dicens. Quando tradiderit regnum deo, & 1.Co.15 patri, significat etiam seruator, ei apud cru- Ioã. 17. cem dicens. Ego te glorificaui in mundo, opus perfeci quod dedisti mihi, vt faciam. Subiicere autem inimicos fuit patris. Atqui illud quidem est hoc maius. Neque enim sunt paria eos qui manent inimici punire, & eos qui sunt inimici amicos efficere. Sed neque filius ideo minor est patre, nec propterea pater est minor filio. Vt autem scias, quòd illa quoq; sunt Mat.25. filii, quemadmodum hæc patris, audi. Di- Mat.13. scedite a me maledictis in ignem æternũ, qui paratus est diabolo, & Angelis eius, & qui Angelos quidem mittit, vt colligat zizania, est vnigenitus, & videmus eum esse vbique qui punit diabolum. Hoc etiã ipsi dæmones cõtentur dicentes. Venisti huc M ante tempus torquere nos. Ipse est ergo Mat. 8. qui eos est torturus. Vides quod etiam

si quæ fiunt, dicantur a patre fieri, sunt tñ facta filii. Quòd autem filii quoque facta sint patris, audi rursus eum dicentem. Nemo venit ad me, nisi pater qui me misit, traxerit eum. Et rursus, Nemo potest venire ad patrem, nisi per me. Non sunt ergo hæc humano more accipienda. Nam illud quoq;, Inimicos tuos, ita est accipiendũ, non tanquam eius solius inimicos significet. Qui. n. non honorat filium, inquit, nec patrem honorat. Quare Iudæi non sunt eius tñ inimici, verũ & patris. Quocirca eius etiam attulit exitium, & ciuitatẽ eorum diruit, & euertit funditus, etsi non statim post crucem, & longum eis tempus dedit ad pœnitentiam, si modo vellent resipiscere, & emisit Apostolus, vt per ipsos eius didicissent potentiam, vel sero tandẽ conuerterentur. Cum autem esset eorum morbus immedicabilis, eis colophonem malorum imposuit, & ea quoque ratione eos rursus vocans ad pœnitentiã, vt cum a veteri forma reipublicæ exciderint, vel in ipsa rerum necessitate ad veritatem deducãtur, cum & eum quem probris, & iniuriis affecerunt videant vbiq; adorari, & sua omnia misere corruisse. Quando autẽ ne sic quidem meliores euaserint, tunc tandem vt quibus nihil super sit veniæ, in immortale detrudentur supplicium. Cum autem audis scabellum, ne putes eum dicere aliquid sensile, sed ipsam subiectionem. Quòd autem ei subiicit, clarum est ex eo quod subiũgitur. Recte autem dicit. Quia enim est vnus thronus, vnum quoque est scabellum. [Tecũ principiũ in die virtutis tuę.] Quoniam dixit superius, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, nequis existimaret esse imbecillum filium, & opus habere operatione sicut, & quempiam ex Apostolis, audi quomodo affert remedium huic suspitioni, dicẽs, Tecum principatum in die virtutis tuæ. Quid est, tecum principatus? In te, inquit, est principatus, qui non postea accessit, sed in te est perpetuo, quod etiam Esaias similiter significans dicebat. Cuius principatus eius super humerũ eius, hoc est, In ipso, in substãtia eius, in natura eius. Quod quidem non inest in regibus. Principatus enim eorum est in multitudine exercitus. Quod non erat in Apostolis. Nam ipsorum quoq; principatus fuit operatione eis importata extrinsecus. Ipse autẽ habuit principatum in natura, in substantia, vt qui non eam acceperit posteaquàm fuit genitus, nec extrinsecus importatam, aut aduentitiã possederit, sed ita sit genitus. Et ideo de regno quoq; interrogatus dicebat, Ego ad hoc natus sum, & ad hoc veni. Tecum principatus in die potentiæ tuæ. Non hæc autem solum, quæ dicta sunt significat illud, Tecum principatus, sed etiam alia, vtpote non esse eius principatum in alio, eum esse perpetuum, & immortalem. Homines. n. is, vel viuentes sępe deserit, etsi non viuentes, certè omnino mortuos, imò vero, quod magis est, ne dum viuunt quidem est cum eis, sed, vt iã dixi, in exercitibus, & satellibus ac corporis custodib. in magna vi pecuniæ, mœnibus, & aliis omnibus. In Deo autem non modo non ita est, sed in ipso est, & perpetuo, & quem admodum fieri non potest, vt non sit eius substantia, ita etiam vt non sit regnum. In die potentię suæ. Diem potentiæ potes dicere, & diem qui iam fuit, & diem qui futurus est. In vtroq;. n. maxima ostenditur potentia. An nõ tibi videtur esse maximũ potentiæ argm, quando per mortem mors deletur, quando portæ æneæ confringuntur, quando peccatum aboletur, quando maledictum soluitur, quando vetera omnia malà euertuntur, & alia noua bona introducuntur, Quid enim potest cũ hæc conferri potentia, siue consideres miracula, siue pulcherrima facinora? Mortui excitabantur, leprosi mundabantur, dæmones expellebantur, mare resręnabatur, peccata soluebantur, paralytici adstringebantur, paradisus aperiebatur, petręrumpebãtur velum, descindebatur, radii solis auertebantur, & tenebræ vniuersum orbem terræ occupabãt, corpora sanctorum qui dormierant excitabantur, latro in veterem patriam reuertebatur, apsides cęli aperiebantur, quæ conculcata fuerat natura supra cœlum cœli sustollebatur, & quod est his maius in throno sedebat regio, assistentibus ei Angelis, & aliis potestatibus, omne vitium fugabatur, virtus reducebatur, spiritus gratia dabatur, piscatores, Publicani, & constructores tabernaculorum ora philosophis obstruebant, oratorum linguam præpediebant, dæmonum euertebant tyrannidem, gentilium altaria, templa, fella, & publici conuentus abolebantur, nidor & fumus, & impia sacrificia omnia per

vim

Ioan. 6. Ioã. 14. Ioan. 5. Mat. 23. 24. Principium ἀρχὴ principatus. Esa. 9. Ioã. 18. Mat. 8. 11. 14. Luc. 8. Mat. 17. actor. 8. Luc. 22.

vim exigebatur, vates, prestigiatores, Aruspices, & vniuersa diaboli officina fugiebat, ecclesię vbiq; terrarum germinabant, chori virginum consistebant, & Monachorum ordines, cum ciuitatibus desertum quoque implebatur pietate iustorumque, & sanctorum virorum stantes chori supernis Angelorum potestatibus in modulato concentu respondebant, & populi Martyrum, & caterue confessorum vbiq; terrarum plantabantur, virtutis erat faustus. cum facilitate successus, barbarorũ gentes docebantur philosophiam, & qui erant, vel feris immaniores, vel cum ipsis Angelis in institutione vitę suę contendebant, & quantum terre sol respicit, tantum verbum peruasit post crucem & resurrectionẽ. Quę omnia apud se cogitans propheta, dicebat, Tecũ principatus in die virtutis tuę. Quòd si velis futurum quoque diem videre, & scire quomodo ille etiam dies est eius potentię, cogita apud te quantum sit videre cœlum contrahi, & vniuersam naturam, quę interiit resurgere, & nutu omnes adesse, diabolum pudore suffundi, & dęmones demisso capite terram intueri, iustos coronari, vnumquenq; dare rationem suorum delictorum, & pro recte factis accipere præmium, esse alterius vitę constitutionem, non enim amplius mors, morbus, & senium, non amplius paupertas, probra, & insidię, non amplius domicilia, & ciuitates, artes, & nauigationes, nõ amplius vestiũ amictus, cibi & potus, tecta, & cubilia, mensę, & candelabra, non amplius insidiæ, pugnę, & iudicia, non amplius matrimonia, doloresq; pariendi, & partus, sed hęc omnia tanquam puluis iactatus euanescunt, & alius quidam præstantior vitę status redditur, cum conceda tur corpori, vt sit ab interitu alienum, immortale, & magna sit potestate præditum. Quę quidem Paulus significans, dicebat, Præterit figura mundi huius. Quòd si non adhibes fidem iis, quę dicta sunt, quoniam ea non vides præsentia, ex præsentibus sume argumẽtum de futuris. Peruade ratione vniuersum orbem terrę, terram, mare, Græciam, Barbariam, terram habitabilem, & inhabitabilem, vrbes quę sunt in terra, insulas, quę in mari, montes denique, & nemora: & cum videris vbique Christi reducere potentiam, omnesque præstantissimum eius nomen prędicare, reputa apud te quòd qui tot, & tanta potuit, is est etiã futura pollicitus. Quod si ex parte quoq; velis argumẽtum sumere: cogita quanam de causa vniuersus orbis terrę concurrit, ad videndum sepulchrum, quod caret corpore: quęnam potestas trahit eos, qui habitant in extremis finibus terrę, vt videãt vbi natus est, vbi sepultus est, vbi fuit, crucifixus. Considera quantę sit potentię signum ipsa crux. Hęc enim crux antea erat mors execranda, mors opprobrii, & ignominię plena, mors omnium turpissima. Sed ecce nunc ipsa vita euasit honorabilior, & coronis splendidior, & omnes eam in fronte circunferimus, non solum non erubescentes, sed ea etiam gloriantes. Non solum priuati, sed & qui sunt ipsi diademate redimiti, ea potius gestant, quam diadema. Et merito quidem, est enim innumerabilibus diadematibus melior. Diadema enim ornat caput, Crux autem munit mentem. Ea dęmones vlciscitur, ea tollit morbos animę, ea est armatura inuicta, ea murus inexpugnabilis, ea est munimentum insuperabile, quę nou solum barbarorum irruptiones, & incursiones hostium, sed ipsorum etiam immanium dęmonum phalanges perrumpit. [In splendoribus sanctorum.] Alius, In decore sancto. Alius. In gloria sanctorum. Adhuc loquitur de die, & presenti, & futuro. Splendorem autem hic dicit, sanctorum pulchritudinem. Quid est enim Paulo splendidus? Quid Petro insignius? qui vniuersum orbem terrarum peruaserunt, vel sole clariores, pietatis semina deiicientes. Perinde enim ac si fuissent Angeli, qui è cœlo descendissent, ad eos omnibus non dabatur aditus. Hoc ostendens, qui librum actuum composuit, dicebat, Nemo audebat se coniungere eis, etenim ipsorum vestes erant plenę magna gratia, & vmbrę corporum magnam ostendebant potentiam. Quod si hic tales erant, cogita mihi eo die quando ab interitu aliena corpora acceperint, quando immortalia, quando omnem, qui videtur, splendorem superantia, quinam erunt ii, & qui fuerint eis similes? Prophetę, & Apostoli, & iusti, & Martyres, & confessores, & omnes, qui per optimam vitę institutionẽ in fide Christi fuere insignes. Cogita mihi illos populos, lampades, radios, gloriam, decorem, lętitiam, festum celeberrimum. Quisnam hæc explicabit?

Deu.21
Col.1.2.
Gala.6.
Col.2.
Act.5.
Ibidem